


Narodna in univerzitetna knjižnica  
v Ljubljani

109740



J. Toman  
Coope

Pieter van Toman  
parlementair  
en gemaal

**L I B E L L U S**  
OFFICIORUM  
**D I O E C E S I S**  
**L A B A C E N S I S**

breviário additòrum  
nóviter in órdinem redáctus

JUSSU & authoritate  
REVERENDISSIME

ac  
ILLUSTRISSEMI  
Domini, Domini

**A U G U S T I N I**

EPISCOPI LABACENSIS,

Sacræ theologiæ Doctoris,  
nec non

S. C. R. Ap. Majestatis  
Confiliárii áulici actuális.



---

Labaci anno 1819.  
Typis & sumptibus Josephi Scarbina.



2. C. R. M. M. 1993

F2C 1221/1952

# APPENDIX

## LIBELLI

# DIOECESIS

# LABACENSIS

## COMPLECTENS

# OFFICIA DIES FIXAS NON HABENTIA.

---

COMMEMORATIO  
S. Nicoláï, Patróni ti-  
tuláris Ecclésiæ Ca-  
thedralis.

*Dicenda per annum inter  
Suffragia Sanctorum post  
commem. Ss. Petri et Pau-  
li Apost.*

*Ad Vesperas.*

*Ant.* **A**mávit eum Dó-  
minus, et or-  
návit eum: stolam gló-  
riæ induit eum, et ad  
portas páradísi coroná-  
vit eum.

**¶.** Justum dedúxit Dó-  
minus per vias rectas.

**¶.** Et osténdit illi reg-  
num Dei.

*Vel his jam dictis.*

*Ant.* Euge serve bone,  
&c. ut infra ad Laud.

**¶.** Elègit eum Dómi-  
nus sacerdótem sibi:  
**¶.** Ad sacrificandum  
ei hóstiam láudis:

*Ad Laudes.*

*Ant.* Euge serve bone,  
et fidélis, quia in pau-  
ca fuisti fidélis, supra  
multa te constituam;  
dicit Dóminus.

**¶.** Justum deduxit Dó-  
minus per vias rectas:

**¶.** Et osténdit illi  
regnum Dei.

*Vel his jam dictis.*

*Ant.* Sacérdos, et pón-  
tífex, et virtútum opifex,  
pastor bone in pôpulo,  
ora pro nobis Dóminus.

**¶.** Amávit eum Dómi-  
nus, & ornávit eum:

**¶.** Stolam glóriæ in-  
duit eum.

## O R E M U S.

**D**eus, qui beatum Nicoláum pontificem innúmeris decorásti miraculis; tribue, quæsumus; ut ejus méritis, & præcibus a gehennæ incéndiis liberémur.

## O F F I C I U M

*Commemoratiōnis  
De Sanctissimo Cörper Christi. Semiduplex.*

Pro fériis quintis per annum (extra Adventum & Quadrag. ac Vigil. pri-vilegiatas) non impeditis.

*Ad 1. Vesperas.*

*Ant.* Sacerdos in æ-térnum.

*Psalmus 109.*

**D**ixit Dóminus Dómino meo: \* Sede a dextris meis:

Donec ponam inimicos tuos, \* scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dóminus ex Sion: \* dominare in médio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendóribus sanctórum: \* ex útero ante luciferum gènui te.

Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum: \* Tu es sacerdos in ætérnum secúndum ordinem Melchisedech.

Dóminus a dextris tuis, \* confrégit in die iræ suæ reges.

Judicabit in natiōni-bus, implébit ruínas: \* conquaffabit capita in terra multórum.

De torrénte in via biber: \* propterea exal-tabit caput.

*Ant.* Sacerdos in ætérnum Christus Dóminus secúndum ordinem Melchisedech panem & vinum obtulit.

*Ant.* Miserátor Dóminus.

*Psalmus 110.*

**C**onfitèbor tibi Dómi-ne in toto corde meo: \* in consilio justórum, & congregatiōne.

Magna ópera Dómi-  
ni: \* exquisita in om-  
nes voluntátes ejus.

Confessio, & magni-  
ficentia opus ejus: \* &  
justitia ejus manet in  
sæculum sæculi.

Memóriam fecit mi-  
rabílium suórum, mi-  
séricors, & miserátor  
Dóminus: \* escam de-  
dit timéntibus se.

Memor erit in sæcu-  
lum testaménti sui: \*  
virtútem óperum suó-  
rum annunciarit pôpu-  
lo suo:

Ut det illis hæredi-  
tatem gèntium: \* ópe-  
ra mânuum ejus véri-  
tas & judicium.

Fidélia omnia man-  
dáta ejus: confirmáta  
in sæculum sæculi, \*  
facta in veritáte & æ-  
quitáte.

Redemptionem misit  
pópulo suo: \* mandá-  
vit in ætérnum testa-  
mémentum suum.

Sanctum, & terri-  
bile nomen ejus: \* ini-

tium sapiéntiæ timor  
Dómini.

Intelléctus bonus óm-  
nibus faciéntibus eum:  
\* laudatio ejus manet in  
séculum séculi.

*Ant.* Miserátor Dó-  
minus escam dedit ti-  
ménibus se in memó-  
riam suórum mirabi-  
lium.

*Ant.* Càlicem.

*Psalm 115.*  
Créddi, propter quod  
locútus sum, \* ego  
autem humiliátus sum  
nimis.

Ego dixi in excéssu  
meo: \* Omnis homo  
mendax.

Quid retríbuam Dó-  
mino, \* pro ómnibus,  
quæ retríbuit mihi?

Càlicem salutáris ac-  
cipiam: \* & nomen Dó-  
mini invocábo.

Vota mea Dómino  
reddam coram omni  
pópulo ejus: \* pretiós-  
sa in conspéctu Dómini  
mors sanctórum ejus.

O Dómine, quia ego

servus tuus: \* ego ser-  
vus tuus, & filius an-  
cillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea:  
\* tibi sacrificabo hósti-  
am laudis, & nomen  
Dómini invocabo.

Vota mea Dómino  
reddam in conspéctu  
omnis populi ejus: \* in  
atriis domus Dómini,  
in medio tui Jerúsalem.

*Ant.* Cálicem salutá-  
ris acceipiam, & sacri-  
ficiabo hóstiam laudis.

*Ant.* Sicut novellæ  
olivárum.

### Psalmus 127.

Beáti omnes qui ti-  
ment Dóminum, \*  
qui ámbulant in viis  
ejus.

Labóres mánuum tu-  
árum quia manducábis:  
\* beáthus es, & bene ti-  
bi erit.

Uxor tua sicut vitis  
abúndans, \* in latéribus  
domus tuæ.

Filií tui sicut novél-  
læ olivárum, \* in cir-  
cúitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicétur  
homo, \* qui timet Dó-  
minum.

Benedícat tibi Dómi-  
nus ex Sion: \* & víde-  
as bona Jerúsalem óm-  
níbus diébus vitæ tuæ:

Et vídeas filios filló-  
rum tuórum, \* pacem  
super Israél.

*Ant.* Sicut novellæ  
olivárum Ecclésiæ filii  
sint in circúitu mensæ  
Dómini.

*Ant.* Qui pacem.

### Psalmus 147.

Lauda Jerúsalem Dó-  
minum: \* lauda De-  
um tuum Sion.

Quóniam confortávit  
seras portárum tuá-  
rum: \* benedíxit filiis  
tuis in te.

Qui pósuit fines tuos  
pacem: \* & adipe fru-  
ménti satiat te.

Qui emíttit eloqui-  
um suum terræ: \* ve-  
lociter currit sermo  
ejus.

Qui dat nivem sicut

lanam, \* nébulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suum sicut buccellas: \* ante faciem frigoris ejus quis sustinébit?

Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: \* flabit spíritus ejus; & fluent aquæ.

Qui annúciat verbum suum Jacob, \* justicias & judícia sua Israël.

Non fecit táliter omni natióni: \* & judícia sua non manifestávit eis.

*Aat.* Qui pacem ponit fines Ecclésiæ, frumenti ádipe sátiat nos Dóminus.

### Capitulum. I. Cor. II.

Fratres, ego enim accépi a Dómino, quod & trádidi vobis, quóniam Dóminus Jesus, in qua nocte trádebátur, accépit panem, & grátias agens fregit, & dixit: Accipi te, & manducáte: hoc est corpus meum, quod

pro vobis tradétur: hoe fácite in meam commoratiónem.

& Deo grátias.

### Hymnus.

\* Pange lingua gloriófi, Corporis mystérium, Sanguinisque pretioli, Quem in mundi prétium Fructus ventris generófi Rex effúdit géntium.

\* Nobis datus, nobis natus Ex intácta Virgine, Et in mundo conversátus, Sparso verbi sémine, Sui moras incolátus Miro clausit órdine.

\* In supréma nocte cœna Recumbens cum frátribus, Observáta lege plene Cibis in legálibus, Cibum tufbæ duodénæ Se dat suis mánibus.

\* Verbum caro, panem verum

Verbo carnem éfficit: Fitque sanguis Christi mērum,

Et si sensus déficit: Ad firmándum cor sincérum

Sola fides sufficit.

\* Tantum ergo Sacraménum

Venerémur cérnui: Et antiquum documéntum Novo cedat rítui:

Præstet fides supplemén-  
tum

Sénsuum deféctui.

\* Genítori, Genítóque

Laus & jubilátio,

Salus, honor, virtus quo-  
que

Sit & benedíctio:

Procedénti ab utrōque

Compar sit laudátko.

Amen.

*V.* Panem de cœlo  
præstítisti eis, Allelúja.

*R.* Omne delectamén-  
tum in se habéntem,  
Allelúja.

*Ad Magnificat, Ant.*  
O quam suavis est Dó-  
mine spíritus tuus, qui  
ut dulcédiem tuam in  
filios demonstráres, pa-  
ne suavíssimo de cœlo  
præstito, esuriéntes re-  
ples bonis, fastidiósos dí-  
vites dimittens inánes.

### Oratio.

**D**eus, qui nobis sub  
Sacraménto mirá-  
bili passiónis tuæ me-  
móriam reliquísti: tri-  
bue, quæsumus; ita  
nos Córporis & Sángui-  
nis tui sacra mystéria

veneràri; ut redemp-  
tiónis tuæ fructum in  
nobis júgiter sentiá-  
mus. Qui vivis & reg-  
nas.

*Ad Completorium, &  
per Horas in fine Hym-  
norum dicitur: Jesu, tibi  
sit gloria, qui natus es  
de virgine.*

*Ad Matutinum, Invit.*  
Christum Regem adoré-  
mus dòminantem gér-  
tibus: \* Qui se mandu-  
cántibus dat spíritus  
pinguédinem.

*Psalm. Venite, exul-  
témus.*

### Hymnus.

\* **S**acris solénniis juncta  
sint gáudia,  
Et ex præcordiis sonent  
præcónia;  
Recédant vétera, nova  
sint ómnia,  
Corda, voces, & ópera.  
\* **N**otis recólitur cœna  
novíssima,  
Qua Christus créditur ag-  
num & àzyma  
Dedisse fratribus, juxta  
legítima  
Priscis indúlta pátribus.

\* Post agnum typicum, ex-plētis épulis,  
Corpus Dominiūcūm datum  
discipulis,  
Sic totum ómnibus, quod  
totum singulis,  
Ejus fatémur mánibus.  
\* Dedit fragilis Córporis  
férculum,  
Dedit & tristibus Sánguinis  
póculum,  
Dicens: Accípite, quod  
trado vásulum,  
Omnes ex eo bíbite.  
\* Sic sacrificium istud in-  
stítuit,  
Cujus offícium committi  
vóluit  
Solis presbyteris, quibus  
sic cóngruit,  
Ut sumant, & dent cæ-  
teris.  
\* Panis angélicus fit panis  
hóminum;  
Dat panis cœlicus figúris  
téminum;  
O res mirabilis, mandu-  
cat Dóminum  
Pauper, servus, & hú-  
milis.  
\* Te trina Déitas, úna-  
que pósdimus,  
Sic nos tu vísita, sicut  
te cólimus:  
Per tuas sémitas duc nos,  
quo téndimus,  
Ad lucem, quam inhá-  
bitas. Amen.

In I. Nocturno.  
Ant. Fructum salutí-  
ferum.

## Psalms 1.

Beátus vir, qui non  
ábiit in consilio im-  
piórum, & in via pec-  
catórum non stetit: \* &  
in cáthedra pestiléntiæ  
non sedit:

Sed in lege Dómini  
volúntas ejus, \* & in  
lege ejus meditábitur  
die ac nocte.

Et erit tamquam lig-  
num, quod plantatum  
est secus decúrsus aquá-  
rum, \* quod fructum  
suum dabit in témpo-  
re suo:

Et fólium ejus non  
défluet: \* & ómnia que-  
cúmque fáciet, prospe-  
rabuntur.

Non sic ímpii, non  
sic: \* sed tamquam pul-  
vis, quem prójicit ven-  
tus a fácie terræ.

Ideo non resurgent  
ímpii in judicio: \* ne-  
que peccatóres in con-  
cilio justórum.

Quóniam novit Dóminus viam justórum:  
\*& iter impiórum per-  
sbit.

*Ant.* Fructum salutí-  
ferum gustándum dedit  
Dóminus mortis suæ  
témpore.

*Aut.* A fructu fru-  
menti.

*Psalmus 4.*

Cum invocárem, ex-  
audívit me Deus ju-  
stitiæ meæ: \* in tribula-  
tione dilatásti mibi.

Miserére mei: \* &  
exáudi oratióne me-  
am.

Filii hóminum us-  
que quo gravi corde: \*  
ut quid dilígitis vani-  
tatem, & quæritis  
mendacium?

Et scítote, quóniam  
mirificávit Dóminus  
sanctum suum: \* Dó-  
minus exáudiet me,  
cum clamávero ad eum.

Irascimini, & nolite  
peccáre: \* quæ dicitis  
in córdibus vestris, in  
cubílibus vestris com-  
pungimini.

Sacrificáte sacrifici-  
um justitiæ, & sperá-  
te in Dómino: \* Mul-  
ti dicunt: Quis ostén-  
dit nobis bona?

Signátum est super  
nos lumen vultus tui  
Dómine: \* dedísti læ-  
titiam in corde meo.

A fructu frumenti,  
vini, & ólei sui \* mul-  
tiplicáti sunt.

In pace in idípsum  
\* dórmiam, & requi-  
éscam;

Quóniam tu Dómi-  
ne singuláriter in spe \*  
constituísti me.

*Autiph.* A fructu fru-  
menti, & vini multi-  
plicáti fidéles in pace  
Christi requiéscunt.

*Autiph.* Communióne  
cálicis.

*Psalmus 15.*  
Consérva me Dómi-  
ne, quóniam spe-  
rávi in te: \* Dixi Dó-  
mino: Deus meus es  
tu, quóniam bonórum  
meórum non eges.

Sanctis, qui sunt in  
terra ejus, \* mirificá-

vit omnes voluntátes  
meas in eis.

Multiplicátæ sunt in-  
firmitátes eórum: \* pós-  
tea acceleravérunt.

Non congregábo con-  
venticula eórum de  
sanguínibus: \* nec me-  
mor ero nómimum eó-  
rum per lábia mea.

Dóminus pars hære-  
ditatis meæ, & cáli-  
cis mei: \* tu es, qui  
restítues hæreditátem  
meam mihi.

Funes cecidérunt mi-  
hi in præcláris: \* et  
enim hæréditas mea  
præclára est mihi.

Benedíciam Dómi-  
num, qui tríbuit mihi  
intelléctum: \* Insu-  
per & usque ad noc-  
tem increpuérunt me  
renes mei.

Providébam Dómi-  
num in conspéctu meo  
semper: \* quóniam a  
dextris est mihi, ne  
commóvear.

Propter hoc læta-  
tum est cor meum, &  
exultávit lingua mea,

\* Ínsuper & caro mea  
requiescet in spe.

Quóniam non dere-  
linques ánimam me-  
am in iaférno: \* nec  
dabis Sanctum taum  
vidére corruptionem.

Notas mihi fecísti  
vias vitæ, adimplébis  
me lætitia cum vultu  
tuo: \* delectatiōnes in  
déktera tua usque in  
finem.

*Antiph.* Cómunione  
Cálicis, quo Deus ipse  
fúmitur: non vituló-  
rum sanguine, congre-  
gávit nos Dóminus.

℣. Panem cœli de-  
dit eis, Allelúja.

R. Panem Angeló-  
rum manducávit homo,  
Alleluja.

*Lectiones de Scriptura  
ocurrente.*

R. I. Immolábit hæ-  
dum multitúdo filiò-  
rum Israël ad véspe-  
ram Paschæ: \* Et e-  
dent carnes, & ázy-  
mos panes.

℣. Pascha nostrum  
immolátus est Christus:

itaque epulémur in à-  
zymis sinceritatis, &  
veritatis. Et edent.

R. II Comedétis car-  
nes, & saturabímini pà-  
nibus: \* Iste est panis,  
quem dedit vobis Dó-  
minus ad vescéndum.

V. Non Moyses de-  
dit vobis panem de  
cælo, sed Pater meus  
dat vobis panem de cœ-  
lo verum. Iste est.

R. III. Respéxit Elí-  
as ad caput suum sub-  
cinerícum panem: qui  
surgens comédit, &  
bibit: \* Et ambulávit  
in fortitudine cibi il-  
lúis usque ad montem  
Dei.

V. Si quis mandu-  
cáverit ex hoc pane,  
vivet in æternum. Et  
ambulávit. Gloria Pat-  
ri. Et ambulávit.

In II. Nocturno.

Antiph. Memor fit  
Dóminus.

Psalms 19.

Exáudiat te Dóminus  
in die tribulatiónis:

\* prótegat te nomen  
Dei Jacob.

Mittat tibi auxílium  
de sancto: \* & de Sion  
tueátur te.

Memor fit omnis sa-  
crificii tui: \* & holó-  
caustum tuum píngue  
fiat.

Tríbuat tibi secún-  
dum cor tuum: \* &  
omne consilium tuum  
confírmet.

Lætabimur in salu-  
tari tuo: \* & in nòmi-  
ne Dei nostri magui-  
cábimur.

Impleat Dóminus  
omnes petitiones tuas:  
\* nunc cognóvi, quóniam  
salvum fecit Dómi-  
nus Christum suum.

Exáudiet illum de  
cælo sancto suo: \* in  
potentati bus salus déx-  
teræ ejus.

Hi in cùrribus, & hi  
in equis: \* nos autem  
in nòmine Dómini Dei  
nostri iuvocabimus.

Ipsi obligati sunt, &  
cedidérunt: \* nos autem

surréximus, & erécti sus eos, qui tríbulant sumus.

Dómine salvum fac regem, \* & exaudi nos in die, qua invocavérimus te.

*Antiph.* Memor sit Dóminus sacrificii nostri, & holocáustum nostrum píngue fiat.

*Antiph.* Parátur.

*Psalmus 22.*

Dóminus regit me, & nihil mihi déerit: \* in loco páscuæ ibi me collocávit.

Super aquam refec-tiónis educávit me: \* ánimam meam con-vértit.

Dedúxit me super sémitas justitiæ: \* propter nomen suum.

Nam & si ambuláve-ro in mèdio umbræ mortis, non timébo mala: \* quóniam tu mecum es.

Virga tua, & bácu-lus tuus, \* ipsa me con-solata fuit.

Parásti in conspéctu meo mensam, \* advér-

Impinguásti in óleo ca-put meum: \* & calix meus inébrians quam præclárus est!

Et misericórdia tua subsequétur me \* ómnibus diébus vitæ meæ.

Et ut inhàbitem in domo Dómini, \* in longitúdinem diérum.

*Antiph.* Parátur no-bis mensa Dómini ad-versus omnes, qui trí-bulant nos.

*Antiph.* In voce exul-tatiónis.

*Psalmus 41.*

Quemámodum desí-derat cervus ad fontes aquárum: \* ita desíderat ánima mea ad te Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem vi-vum: \* quando véniam, & apparébo ante fá-ciem Dei?

Fuérunt mihi lácry-mæ meæ panes die ac nocte: \* dum dícitur

mihi quotidiē: Ubi est  
Deus tuus?

Hœc recordatus sum,  
& effudi in me animam meam: \* quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei.

In voce exultationis, & confessionis: \* sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea? \* & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: \* salutare vultus mei, & Deus meus.

Ad meipsum anima mea conturbata est: \* propterea memor ero tui de terra Jordani, & Hermioni a monte mōdico.

Abyssus abyssum invocat, \* in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua, & fluctus tui \* super me transierunt.

In die mandavit Dominus misericordi-

am suam, \* & nocte canticum ejus.

Apud me oratio Deo vite meæ: \* dicam Deo Suscepitor meus es.

Quare oblitus es mei? \* & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur ossa mea, \* exprobraverunt mihi, qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt mihi persingulos dies: Ubi est Deus tuus? \* Quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: \* salutare vultus mei, & Deus meus.

*Antiph.* In voce exultationis resonent epulantes in mensa Domini.

¶. Cibavit illos ex adipe frumenti. Alleluja.

¶. Et de petra melle saturavit eos, Alleluja.

*Lectiones, ut infertus ponuntur post Officium ordine*

Mensum, cum suis Re-  
sponsoribus.

In III. Nocturno.

Ant. Introibo.

Psalmus. 42.

Júdica me Deus, &  
discérne causam me-  
am de gente non sancta,  
ab homine iniquo, &  
doloso érue me.

Quia tu es Deus for-  
titudo mea: \* quare me  
repulisti? & quare tri-  
stis incédo, dum affligit  
me inimicus?

Emitte lucem tuam,  
& veritatem tuam: \*  
ipsa me deduxerunt, &  
adduxerunt in montem  
sanctum tuum, & in ta-  
bernacula tua.

Et introibo ad altare  
Dei: \* ad Deum, qui  
lætificat juventutem  
meam.

Confitebor tibi in ei-  
thara Deus, Deus meus: \*  
quare tristis es anima  
mea? & quare contür-  
bas me?

Spera in Deo, quod-  
niā adhuc confitebor  
illi: \* salutare vultus

mei, & Deus meus.  
Ant. Introibo ad al-  
tare Dei: sumam Chri-  
stum, qui rénovat ju-  
ventutem meam.

Ant. Cibavit nos Dó-  
minus.

Psalmus 80.

Exultate Deo adjutó-  
ri nostro: \* jubiláte  
Deo Jacob.

Sümite psalmum, &  
date tympanum, \* psal-  
térum jucundum cum  
cithara.

Buccináte in neomé-  
nia tuba, \* in insigni  
die solemnitatis vestrae:

Quia præceptum in  
Israël est: \* & judicium  
Deo Jacob.

Testimónium in Jo-  
seph pósuit illud, cum  
exíret de terra Ægypti.  
\* linguam, quam non  
nóverat, audívit.

Divértit ab oneribus  
dorsum ejus: \* manus  
ejus in cophíno servié-  
runt.

In tribulatiōne invo-  
cásti me, & liberávi  
te: \* exaudiyi te in ab-

scóndito tempestatis: tempus eorum in fæcula.  
probávi te apud aquam contradictionis.

Audi pòpulus meus,  
& contestabor te: \* Israël, si audieris me, non erit in te deus recens, neque adorabis deum alienum.

Ego enim sum Dóminus Deus tuus, qui edúxi te de terra Ægypti: \* dilata os tuum, & implébo illud.

Et non audívit pòpulus meus vocem meam: \* & Israël non inténdit mihi.

Et dimisi eos secundum desidéria cordis eorum, \* ibunt in adiunctionibus suis.

Si pòpulus meus audiisset me: \* Israël si in viis meis ambuláisset:

Pro nihilo fórlitan inimicos eorum humiliasset: \* & super tribulantes eos misisset manum meam.

Inimici Dómini mentiti sunt ei: \* & erit

Et cibavit eos ex ádipte frumenti: & de petra melle saturávit eos.

*Ant.* Cibavit nos Dóminus ex ádipte frumenti, & de petra melie saturávit nos.

*Ant.* Ex altari.

### Psalmus 83.

Quam dilecta tabernacula tua Dómine virtútum! \* concupíscit & déficit áнима mea in atria Dómini.

Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum.

Etenim passer invénit sibi domum: \* & turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos:

Altaria tua Domine virtútum: \* Rex meus, & Deus meus.

Beati, qui hábitant in domo tua Dómine: \* in fæcula fæculorum laudabunt te.

Beatus vir, cuius est auxilium abs te: \* af-

censiones in corde suo dispósiuit, in valle lacrymarum, in loco, quem pósuit.

Etenim benedictiō nem dabit legislátor, ibunt de virtute in virtutem: \* vidébitur Deus deórum in Sion.

Dòmine Deus virtútum exáudi oratiōnem meam: \* àuribus pérceppe Deus Jacob.

Protéctor noster áspice Deus: \* & respice in faciem Christi tui.

Quia mélior est dies una in átriis tuis \* super millia.

Elégi abjectus esse in domo Dei mei, \* magis quam habitare in tabernáculis peccatórum.

Quia misericórdiam, & veritatem díligit Deus: \* grátiam, & glóriam dabit Dóminus.

Non privabit bonis eos, qui àmbulant in innocéntia: \* Dómine virtútum, beátus homo, qui sperat in te.

*Ant.* Ex altari tuo, Dómine, Christum sumimus: in quem cor & caro nostra exultant.

*V.* Edúcas panem de terra, Alleluja.

*R.* Et vinum lætificet cor hóminis, Alleluja.

*Lectiones*, ut inferius habentur cum suis Responsořiis, ordine mensium, post Lectiones secundi Nocturni.

*Ad Laudes,*  
& per Horas.

1. *Ant.* Sapiéntia edificavit sibi domum, miscuit vinum, & posuit mensam, Alleluja.  
*Psalm.* Dóminus regnávit. cum reliq. ex Dom.

2. *Ant.* Angelórum esca nutriviſti populum tuum, & panem de cœlo præstisti eis, Alleluja.

3. *Ant.* Pínguis est panis Christi, & præbébit delícias régibus, Alleluja.

4. *Ant.* Sacerdótes sancti incénsum & panes offerunt Deo, Alleluja.

*5. Ant.* Vincénti dabo  
manna absconditum,  
& nomen novum, Al-  
lelúja.

*Capitulum. I. Cor. II.*

**F**ratres, ego enim accépi a Dómino quod & trádidi vobis, quóniam Dóminus Je-sus, in qua nocte tra-debátur, accépit pa-nem, & grátias agens fregit, & dixit: Accí-pite, & manducáte: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradé-tur: hoc facite in meam commémoratiónum.

*R.* Deo gratias.

*Hymnus.*

**V**erbum supérnum pródiens,  
Nec Patris línguis déx-  
teram,  
Ad opus suum éxiens,  
Venit ad vitæ vésperam.  
\* In mortem a discípulo  
Suis tradéndus æmulis,  
Prius in vitæ férculo  
Se trádedit discípulis.  
\* Quibus sub bina spécie  
Carnem dedit & lángui-  
nem,

Ut dúplicis subflántiae  
Totum cibáret hóminem.  
\* Se nascens dedit sóciū,  
Convéscens in edúlium,  
Se móriens in prétium,  
Se regnans dat in præ-  
mium.

\* O salutáris hóstia,  
Quæ cœli pandis óstium:  
Bella premunt hostília,  
Da robur, fer auxilium.

\* Uni Trinóque Dómino  
Sit sempitérna glória:  
Qui vitam sine témino  
Nobis donet in pátria.

Amen.

*V.* Pósuit fines tuos  
pacem, Allelúja.

*R.* Et àdipe fruménti  
satiat te, Allelúja.

*Ad Benedictus, Ant.*  
Ego sum panis vivus,  
qui de cœlo descéndi:  
si quis manducáverit ex  
hoc pane, vivet in æ-  
térnum, Allelúja.

*Oratio.*

**D**eus, qui nobis sub  
Sacraménto mira-  
bili passiónis tuæ me-  
móriam reliquisti: tri-  
bue, quæsumus, ita  
nos Cörporis, & Sán-  
guinis tui sacra mysté-

ria venerari; ut redemptio[n]is tuæ fructum in nobis j[us]citer sentiámus. Qui vivis & regnas.

*Ad Primam.*

In **R.** brevi. Christe, Fili, dicatur:

**V.** Qui natus es de María vírgine.

In *Responsoriis brevibus ad Primam & Completorium*, eorumque *Verse* cuius non additur **Alleluja**, præterquam tempore paschali; sed in aliis *Horis* additur semper.

*Ad Tertiam.*

*Antiph.* Angelorum esca.

*Capitulum.* Fratres, ego enim accépi, ut supra.

*Resp.* Deo gratias.

**R.** Breve. Panem cœli dedit eis, \* Alleluja. Alleluja. Panem cœli.

**V.** Panem Angelorum manducávit homo, Alleluja, Alleluja.

Glòria Patri. Panem.

**V.** Cibavit illos ex ádipe frumenti, Alleluja.

**R.** Et de petra melle saturávit eos, Alleluja.

*Ad Sextam.*

*Antiphona:* Ploguis.

*Capitulum.* I. Cor. II.

**Q**uotiescunq[ue] enim manducabit[ur] panem hunc, & cálicem bibetis: mortem Dómini anunciabit[ur], donec véniat.

*Resp.* Deo gràtias.

**R.** breve. Cibavit illos ex ádipe frumenti.

\* Alleluja, Alleluja. Cibavit illos.

**V.** Et de petra melle saturávit eos, Alleluja, alleluja.

Glòria Patri. Cibavit.

**V.** Edúcas panem de terra, Alleluja.

**R.** Et viuum lætificet cor hominis, Alleluja.

*Ad Nonam.*

*Antiphona.* Vincénti.

*Capitulum.* I. Cor. II.

**Q**uicunq[ue] manducáverit panem hunc, vel biberit cálicem Dó-

mini indigne: reus erit  
cōporis, & sanguinis  
Domini.

*Resp. Deo grātias.*

*R. Breve.* Edūcas pa-  
nem de terra, \* Alle-  
lúja, Allelúja. Edúcas.

*V.* Et vinum lātificet  
cor hōminis. Allelúja,  
Allelúja.

Glória Patri. Edúcas.

*V.* Pósuit fines tuos pa-  
cem, Allelúja.

*R.* Et ádipe frumén-  
ti satiat te, Allelúja.

*In II. Vesperis omnia*  
*dicuntur sicut in primis*  
*Vesperis.*

*V.* Panem de cœlo  
præstisti eis, Allelúja.

*R.* Omne delecta-  
mēntum in se habén-  
tem. Allelúja.

*Ad Magnificat, Ant.*

O sacrum convívium,  
in quo Christus  
sūmitur: recólitur me-  
mória passionis ejus:  
mēns implétur grātia:  
& futuræ gloriæ no-  
bis pignus datur, Al-  
leluja.

*Oratio.* Deus, qui  
nobis. ut supra

MENSE JANUARIO.

*In II. Nocturno.*

Sermo Sancti Thomæ  
Aquinatis.

*In Opusculo 57.*

*Lectio IV.*

Immēnsa divinæ lar-  
gitatis beneficia, ex-  
hibita pōpulo Christiā-  
no, inæstimabilem ei  
conferant dignitatem.  
Neque enim est, aut  
fuit aliquando tam  
grandis nātio, quæ há-  
beat deos appropin-  
quantes sibi, sicut adest  
nobis Deus noster. Uni-  
génitus siquidem Dei  
Filius, suæ divinitatis  
volens nos esse parti-  
cipes, natūram nostram  
affūmpsit, ut hōmines  
Deos fáceret factus  
homo. Et hoc insu-  
per, quod de nostro  
affūmpsit, totum nobis  
cōtulit ad salutem.  
Corpus namque suum

pro nostra reconcilia-  
tione in ara crucis hó-  
stiam obtulit Deo Pa-  
tri: sanguinem suum  
fudit in pretium simul  
& lavacrum: ut re-  
dempti a miserabili ser-  
vitute, a peccatis óm-  
nibus mundarémur. Ut  
autem tanti beneficij  
jugis in nobis manéret  
memoria, corpus suum  
in cibum, & sanguinem  
suum in potum, sub  
spécie panis, & vini  
suméndum, fidélibus  
dereliquit. Tu autem  
&c.

**R.** Cœnántibus illis  
accépit Jesus panem, &  
benedíxit, ac fregit,  
deditque discípulis suis,  
& ait: \* Aecípite, &  
comédite: hoc est cor-  
pus meum.

**V.** Dixérunt viri ta-  
bernaculi mei: Quis  
det de carnibus ejus, ut  
ut saturémur? Accípite.

### Lælio V.

**O** pretiosum, & ad-  
mirandum convi-

vium, salutiferum, &  
omni suavitate replé-  
tum! Quid enim hoc  
convívio pretiosius es-  
se potest, in quo non  
carnes vitulorum &  
hircorum, ut olim in  
lege, sed nobis Christus  
suméndus propóni-  
tur verus Deus? Quid  
hoc Sacramento mira-  
rabílius? In ipso nam-  
que panis & vinum in  
Christi corpus & sanguinem  
substancialiter  
convertuntur: ideoque  
Christus Deus, & homo  
perféctus sub modici  
panis & vini spécie con-  
tinétur. Manducatur  
itaque a fidélibus, sed  
mínime laceratur: quin-  
ímo diviso Sacramento,  
sub quilibet divisionis  
particula ínteger per-  
severat. Accidéntia au-  
tem sine subjécto in eó-  
dem subsistunt, ut fi-  
des locum habeat, dum  
visibile invisiibiliter  
súmitur aliena spécie  
occultatum; & sensus  
a deceptiōne reddan-

tur immunes, qui de accidéntibus júdicant sibi notis. Tu autem &c.

**R.** Accépit Jesus cálicem, postquam cœnávit, dicens: Hic calix nótum testaméntum est in meo sanguine: \* Hoc fácite in meam commemorationem.

**V.** Memória memor ero, & tabescet in me áнима mea. Hoc fácite.

### Lección VI.

**N**ullum étiam Sacraméntum est isto salubrìus, quo purgántur peccáta, virtútes augéntur, & mens ómni-um spiritualium charíssimatū abundántia impinguátur. Offértur in Ecclétia pro vivis & mórtuis: ut ómnibus profit, quod est pro salúte ómnium institútum. Suavitátem déniqüe hujus Sacraménti nullus exprímere súf- ficit, per quod spiritu- ális dulcédo in suo fon- te gustátur, & recólitur,

memória illius, quam in sua passióne Christus monstrávit, excellen- tissimæ charitatis. Unde ut áctius hujus cha- ritatis imménitas fidé- lium córdibus infige- rétur, in última cœ- na, quando Paſcha cum discípulis celebráto, transitúrus erat de hoc mundo ad Patrem, hoc Sacraméntum in- stítuit, tanquam passió- nis suæ memoriále per- éne, figurarum véte- rum impletívum, mi- raculórum ab ipso fac- tórum máximum; & de sua contristatis ab- séntia solatiū singu- lare reliquit. Tu au- tem &c.

**R.** Ego sum panis vi- tæ: patres vestri man- ducavérunt manna in deserto, & mórtui sunt: \* Hic est panis de cœlo descéndens, ut si quis ex ipso mandúcet, non moriátur.

**V.** Ego sum panis vi- vus, qui de cœlo de-

scéndi: si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in æternum. Hic est. Glor. Patri. Hic est &c.

*In III. Nocturno.*

**Lectio Sancti Evangeli secundum Joánnem.**

*Lectio VII. Cap. 6.*

**I**n illo tempore: Dixit Jesus turbis Judæorum: Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Et reliqua.

**H**omilia Sancti Augustini Episcopi.

*Tract. 26. in Jo. sub fine.*

**C**um cibo & potu id appetant homines, ut neque esuriant, neque sitiant: hoc veraciter non præstat nisi iste cibus & potus, qui eos, a quibus sumuntur, immortales & incorruptibles facit; id est, societas ipsa Sanctorum, ubi pax erit, &

unitàs plena, atque perfœcta. Propterea quippe, sicut etiam ante nos hoc intellexerunt homines Dei, Dominus noster Jesus Christus corpus & sanguinem suum in eis rebus commendavit, quæ ad unum aliquid rediguntur ex multis. Namque aliud in unum ex multis granis conficitur: aliud in unum ex multis æcis confluit. Denique jam expónit, quomodo id fiat, quod loquitur: & quid sit manducare corpus ejus, & sanguinem bibere. Tu autem &c.

**E**. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, \* In me manet, & ego in eo.

**N**. Non est alia natione tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adeat nobis. In me &c.

*Lectio VIII.*

**Q**ui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Hoc est ergo manducare illam escam, & illum bibere potum, in Christo manere, & illum manentem in se habere. Ac per hoc, qui non manet in Christo & in quo non manet Christus, procul dubio, nec manducat spirituáliter carnem ejus, nec bibit ejus sanguinem, licet carnáliter & visibiliter premat dentibus sacramentum corporis & sanguinis Christi: sed magis tantæ rei sacramentum ad iudicium sibi manducat & bibit; quia imminundus præsumpsit ad Christi accédere sacramenta, quæ áliquis nos digne sumit, nisi qui mundus est; de quibus dicitur: Beati mundo corde, quóniam ipsi Deum videntur. Tu autem &c:

**R.** Misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem: \* Et qui manducat me, vivet propter me.

\* Cibavit illum Deminus pane vitæ, & intellectus. Et qui &c. Glor. Patri. Et qui &c.

*Lectio IX.*

**S**icut, inquit, misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse vivet propter me. Ac si dicearet: Ut ego vivam propter Patrem, id est, ad illum tanquam ad majorem referam vitam meam, exinanitio mea fecit, in qua me misit. Ut autem quisquam vivat propter me, participatio facit, qua manducat me. Ego itaque humiliatus vivo propter Patrem: ille erectus vivit propter me. Si autem ita dictum est, Vivo propter Patrem, quia ipse de illo, non ille de ipso est: sine detri-

mēto æqualitatis dictum est. Nec tamen dicendo, Et qui manducat me, & ipse vivet propter me; eādem suam & nostram æquilitatem significavit; sed gratiam mediatoris ostendit. Tu autem &c.  
Te Deum laudamus.

## MENSE FEBRUARIO.

In II. Nōcturno.

Sermo Sancti Joannis Chrysostomi.

Homil. 61. ad populum Antiochenum.

Lectio IV.

Necessarium est, dilectissimi, mysteriorum discere miraculum, quodnam sit, & quare sit datum, & quæ ejus rei utilites. Unum corpus efficiimur: membra, inquit ex carne ejus, & ossibus ejus: sequamur autem initiati, quæ dicuntur. Ut itaque non tantum per charitatem hoc fi-

mus, verum etiam ipsa re, in illam misceamur carnem: hoc namque per escam efficitur, quam largitus est nobis, volens ostendere desiderium, quod erga nos habet. Propterea semetipsum nobis immiscerit, & corpus suum in nos contemperavit, ut unum quid simus, tanquam corpus capitii coaptatum: ardenter enim amandum hoc est. Tu autem &c.

B. Coenantibus illis accépit Jesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait: \* Accípite, & comedite, hoc est corpus meus.

V. Dixérunt viri tabernaculi mei: Quis det de cárnis ejus, ut saturémur? Accípite.

Lectio V.

Tanquam leones sicutur ignem spirantes ab illa mensa

recedámus , facti diabolō terríbiles , & caput nostrum mente revolvéntes , & charitátem , quam erga nos osténdit . Nam paréntes quidem áliis sæpe filios trædunt aléndos ; ego autem , inquit , non ita , sed cárñibus meis alo , & méspsum vobis appóno , vos omnes generóſos esse volens , & spem bonam de futúris vobis præbens : quippe qui vobis hic méſpsum trædidi , multo magis id in futúro fáciam . Vóluī frater vester fieri , carni propter vos & sanguini communicávi : vobis vicíſſim ipsam carnem & sanguinem , per quæ coguatus vester factus sum , trado . Tu autem &c.

**R.** Accépit Jesus cálicem , postquam cœnávit , dicens : Hic cálix novum testaméntum est in meo sanguine :

\* Hoc fácite in meam commemorationem .

**V.** Memória memor ero , & tabéscet in me áнима mea . Hoc fácite .

*Lectio VI.*

Attendámus itaque nobis ipsis , dilectissimi , tálibus fruéntes bonis : & cum áliquid turpe dícere voluérimus , vel nos ab ira córripi vidérimus , vel alio quópiam hujúsmodi vñtio , considerémus , quibus facti sumus digni : talisque cogitatio nobis irrationalium mótuum sit corrèctio . Quotquot igitur hujus participes cörporis efficiamur , quotquot sanguinem degustámus : cogitamus , quod illum sursum sedéntem , qui ab Angelis adoratur incorruptibili vicinus virtuti , hunc degustámus . Hei mihi , quot ad salutem nobis viæ ! Nos corpus suum effecit , nobis suum communicavit corpus : &

horum nos nihil a malis avérit. Tu autem &c.

R. Ego sum panis vitæ: patres vestri manducavérunt manna in deserto, & mórtui sunt: \* Hic est panis de cœlo descèndens, ut si quis ex ipso mandúcet, non moriátur.

V. Ego sum panis vivus, qui de cœlo descéndi: si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in ætérnum. Hic est. Glória Patris. Hic est.

In III. Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Léctio VII. C. 6.

In illo témpore: Dixit Jesus turbis Iudæorum: Caro mea vere est cibus: & sanguis meus vere est potus. Et reliqua.

De Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Tract. 27. in Joánnem.

Verba Dómini ex Evangélio, quæ sermonem pristinum consequuntur, audívimus. Hinc sermo debétur auribus & méntibus vestris, & hodiéra die non inopportúnus est. Est enim de corpore Dómini, quod dicebat se dare ad manducandum propter ætérnam vitam. Expósuit autem modum attributioñis hujus, & doni sui: quomodo daret carnem suam manducare, dicens: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in illo. Signum, quia manducávit & bibit, hoc est: si manet, & manétur: si hábitat, & inhabitátur: si hæret, ut non deserátur. Tu autem &c.

R. Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem,

\* In me manet, & ego in eo.

¶ Non est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquaretes sibi, sicut Deus noster adest nobis. In me.

### *Lectio VIII.*

Hoc ergo nos dōcuit, & admónuit mysticis verbis, ut simus in ejus corpore sub ipso capite in membris ejus, edentes carnem ejus, nou relinquētes unitatēm ejus. Sed qui aderant, plures non intelligēdo scandalizati sunt: non enim cogitabant hæc audiēdo, nisi carnem, quod ipsi erant. Apóstolus autem dicit, & verum dicit: Sápere secundum carnem mors est. Carnem suam dat nobis Dóminus mandare: & sápere secundum carnem mors est. Com de carne sua dicat, quia ibi est vita

ætérrna: ergo nec carnem debémus sápere secundum carnem, sicut in his verbis. Multi itaque audiētes, non ex inimicis, sed ex discipulis ejus, dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Tu au tem &c.

¶ Misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem: \* Et qui mandúcat me, vivet propter me.

¶ Cibavit illum Dóminus pane vitæ, & intellectus. Et qui. Glória Patri. Et qui.

### *Lectio IX.*

Si discipuli durum habuerunt istum sermonem, quid inimici? Et tamen sic oportebat, ut diceretur, quod non ab omnibus inteligeretur. Secréturn Dei intētos debet facere, non advérsos: isti autem cito defecérunt, tália loquénte Dómino

Jesu Christo. Non credidérunt aliquid magnum dicéntem, & verbis illis aliquam grátiā cooperiéntem: sed prout voluerunt, ita intellexérunt, & more hóminum: quia pótterat Jesus, aut hoc disponébat Jesus, carnem, qua indútum erat Verbum, véluti concíssam, distribuere credéntibus in se. Durus est, inquiunt, hic sermo: quis potest eum audire? Tu autem &c.

Te Deum laudámus.

MENSIBUS MARTIO &  
APRILI.

*In II. Nocturno.*

Sermo Sancti Joánnis Chrysóstomi.

*Homil. 60. ad populum Antiochenum.*

*Lectione IV.*

Quóniam verbum dicit: Hoc est corpus meum: & affentiámur & credámus, & intellectuálibus ip-

sum óculis intueámur. Nihil enim sensibile nobis Christus trádidit: sed sensibílibus quidem rebus, at ómnia intellegibiliā. Itidem & in baptísmate: per rem, nempe sensibilem aquam, donum conférunt: intellígibile vero, quod perficitur, generatio & renovatio. Si enim incorpóreus es, nuda & incorpórea tibi dedísset ipse dona: sed quóniam anima corpori consérta est, in sensibílibus intelligibiliā tibi præbet. Quot nunc dicunt: Vellem ipsius formam apícere, figúram, vestimenta, calceamenta! Ecce eum vides, ipsum tangis, ipsam mandúcas. Et tu quidem vestimenta cupis videre: ipse vero tibi concédit non tantum videre, verum & manducare, & tangere, & intra te sumere. Tu autem &c.

**R.** Cœnântibus illis accépit Jesus panem, & benedíxit ac fregit, dedítque discípulis suis, & ait: \* Accípite, & comédite: hoc est corpus meum.

**V.** Dixérunt viri tabernáculi mei: Quis de carnibus ejus, ut saturémur? Accípite.

*Lectio V.*

Igitur accédat nemo cum náusea, nemo resolútus, omnes accénsi, omnes ferventes & excitati. Nam si Judæi stantes, & calceaménta in pédibus habéntes, & báculos mánibus gestántes agnum cum festinatiónē comedébant: te multo magis opórtet esse solércem. Nam illi quidem in Palæstínam erant profectúri, & protérea viatórum figúram habébant: tu vero debes in cœlum migrare. Quapropter in omnibus opórtet te vigílate: nec enim parva

pœna propónitur indig-  
ne suméntibus. Cogi-  
ta, quantum adverius  
prodítorem indignáris,  
& contra eos, qui il-  
lum crucifixérunt: ita-  
que considera, ne tu  
quoque sis reus cörper-  
is & sanguinis Chri-  
sti. Illi sanctissimum  
corpus occidérunt, tu  
vero pollúta fúscipis  
ánima post tot bene-  
ficia. Neque enim illi  
satis fuit, hóminem  
fieri, cólaphis cædi;  
& crucifigi: verum &  
semetípsum nobis com-  
míscet; & non fide tan-  
tum, verum & ipsa  
re nos suum éfficit cor-  
pus. Tu autem &c.

**R.** Accépit Jesus cä-  
licem, postquam cœ-  
návit, dicens: Hic cä-  
lix novum testamén-  
tum est in meo sanguí-  
ne: \* Hoc fácite in me  
am commémoratiónem.

**V.** Memória memor ero, & tabéscet in me  
ánima mea. Hoc fá-  
cite.

## Lectio VI.

**Q**uo non opórtet igi-  
tur esse puríorem,  
tali fruente sacrifi-  
cio? quo solári rádio  
non splendidiórem ma-  
num, carnem hanc di-  
vidéntem? os quod ig-  
ni spiritáli replétur,  
linguam, quæ tremén-  
do nimis sanguine ru-  
bescit? Cogita, quali  
sis insignitus honore,  
quali mensa fruáris.  
Quod Angeli vidéntes  
horréscunt, neque li-  
bere audent intuéri  
propter emicántem in-  
de splendórem; hoc  
nos páscimur, huic nos  
unímus, & facti sumus  
unum Christi corpus, &  
una caro. Quis loqa-  
tur poténtias Dómini,  
audítas faciet omnes  
laudes ejus? Quis pa-  
stor oves proprio pascit  
curóre? & quid dico,  
pastor? Matres multæ  
sunt, quæ post partus  
dolores filios áliis  
tradunt nutrícibus. Hoc  
autem ipse non est pas-

sus: sed ipse nos pró-  
prio sanguine pascit,  
& per ómnia nos sibi  
coagmémentat. Tu au-  
tem &c.

**X.** Ego sum panis  
vitæ: patres vestri  
manducáverunt man-  
na in deserto, & mó-  
rui sunt: \* Hic est  
panis de cœlo descén-  
dens, ut si quis ex ipso  
mandúceret, non mori-  
áatur.

**X.** Ego sum panis  
vivus, qui de cœlo de-  
scéndi: si quis mandu-  
cáverit ex hoc pane,  
vivet in æternum. Hic  
est Glória Patri. Hic est.

## In III. Nocturno.

Lectio sancti Evangé-  
lii secundum Joannem.

## Lectio VII. Cap. 6.

In illo témpore: Dixit  
Iesus turbis Judæo-  
rum: Caro mea vere est  
cibus, & sanguis meus  
vere est potus. Et ré-  
liqua.

**Homilia sancti Augu-**  
**stini Episcopi.**

**Traditu 27. in Joannem,**  
**ante medium.**

**D**iximus, fratres, hoc Dóminum commendasse in manduca-tione carnis suæ, & potatione sanguinis sui, ut in illo maneamus, & ipse in nobis. Ma-némus autem in illo, cum sumus membra ejus: manet autem ip-se in nóbis, cum su-mus templum ejus. Ut autem sumus membra ejus, unitas nos com-páginat: ut compáginaet unitas, quæ facit, nisi cháritas? Et cháritas Dei unde? Apóstolum intérroga. Cháritas, inquit, Dei diffusa est in córdibus nostris per Spíritum sanctum, qui datus est nobis. Tu autem &c.

**R.** Qui mandúcat meam, & hibit meum sanguinem,\* In me ma-net, & ego in eo.

**V:** Non est ália ná-tio tam grandis, quæ hábeat deos appropin-quantes sibi, sicut Deus noster adest nobis. In me.

**Lectio VIII.**  
Ergo spíritus est qui vi-vificat spíritus enim facit viva membra; nec viva membra spiritus facit, nisi quæ in cór-pore, quod végetat ip-se spíritus, invénerit. Nam spíritus, qui est in te, o homo, quo con-stas, ut homo sis, nun-quid vivificat mem-brum, quod separá-tum invénerit a carne tua? Spíritum tuum dico ánimam tuam. Anima tua non viví-ficat nisi membra, quæ sunt in carne tua: unum si tollas, jam non vivificátur ex áni-ma tua, quia unitati córporis tui non copu-latur. Tu autem &c.

**R.** Misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem: \* Et

qui manducat me, vivet propter me.

\*. Cibavit illum Dominus pane vitae, & intellectus. Et qui. Glória Patri. Et qui.

### *Lectio IX.*

Hæc dicuntur, ut amemus unitatem, & timeamus separationem. Nihil enim sic debet formidare Christianus, quam separari a corpore Christi. Si enim separatur a corpore Christi, non est membrum ejus: si non est membrum ejus, non vegetatur spiritu ejus. Quisquis autem, inquit Apóstolus, spiritum Christi non habet, hic non est ejus. Spiritus ergo est, qui vivificat, caro autem non prodest quidquam: Verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Quid est, spiritus & vita sunt? Spiritaliter intelligenda sunt. Intel-

lexisti spiritualiter? Spiritus & vita sunt. Intellexisti carnaliter? Eiam sic illa spiritus & vita sunt; sed tibi non sunt. Tu autem &c. Te Deum laudamus.

### MENSIBUS MAJO & JUNIO.

*In II. Nocturno.*  
Sermo Sancti Joannis Chrysostomi.

*Ex eadē Homilia 60.*

### *Lectio IV.*

Unicuique fidélium Christus semetipsum per mystériū commiscet, & quos genuit, per semetipsum enutrīt, nec alteri tradit: per hoc tibi rursum persuādens, quod carnem tuam affūmpsit. Nec torpeamus igitur tanta digni charitati, & honore putati. Nonne vidētis, quanta promptitudine pàrvuli papillas cāpiunt, & quanto impetu lábia uberibus infigunt? Accedā,

mus cum tanta nos quoque alacritate ad hanc mensam, & ad ubera poculi spiritalis: quinimo cum longe majori trahamus, tamquam infantes lactentes, spiritus gratiam, & unus sit nobis dolor hac esca privari. Non sunt humanae virtutis opera haec, quae propuntur: qui tunc ipsa fecit in illa cena, idem ea nunc quoque facit. Nos ministrorum tenemus locum: qui vero sanctificat ea, & immunit, ipse est. Nullus itaque Judas assistat, nullus avarus; nam tales mensa non suscipit. Si quis est discipulus, adsit; ait enim: Cum discipulis meis facio Pascha. Haec est illa mensa, & minus nihil habet. Non enim illam quidem Christus, hanc autem homo perficit: verum & hanc ipse quoque. Tu autem &c.

v. Cœnântibus illis accépit Jesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait: \* Accipite, & comedite, hoc est corpus meum.

v. Dixerunt viri tabernaculi mei: Quis det de carnis ejus, ut saturémur? Accipite.

### Lectio V.

Inhumanus accédat nemo, nemo crudelis, & immisericors, nemo prorsus immundus. Haec ad communicantes dic, & ad vos ministrantes. Nam & ad vos sermonem convertere necessarium est, ut multo cum studio haec dona distribuatis. Non parva vobis imminet ultio, si quemquam, illius culpæ conciui, hujus mensæ participem esse concedatis: sanguis ejus de manibus vestris exquiretur: sive quis dux militiæ sit, sive pre-

fēctus, sive princeps diadēmate coronātus, indignē autem accēdat, prōhibe: majōrem illo potestātem habes. Propterea vos Deus hoc insignivit honōre, ut tālia discernātis. Hoc vestra dīgītas est, hoc secūritas, hoc omnis corona: non ut albam & splendēntem tūnicam cīcumeātis indūti. Verum & tu láice, cum sacerdōtem videris offerēntem, ne ut sacerdōtem esse putes hoc faciēntem, sed Christi manum invisi-biliter extēnsam. Tu autem &c.

R. Accépit Jesus cālicem, postquam cœ-nāvit, dicens: Hic cālix novum testamē-tam est in meo sāngui-ne: \* Hoc fācite in meā commemorationēm.

¶. Memória memor ero, & tabescet in meā anima mea. Hoc fācite.

## Leclio VI.

Audiāmus igitur & sacerdōtes & sūbditi, quali esca facti sumus digni: audiāmus, & horreāmus. Sanctis cárnibus suis nos de-dit impléri, semetipsum appōsuit immolā-tum. Quānam igitur erit nobis excusātio, cum tālibus pasti tālia peecēmus: cum lupi fi-mus agnum comedēn-tes; cum tanquam oves pasti more leónum diripiāmus? Hoc enim mystērium non a rapī-na tantum, verum & ab omni vel tēnni ini-micītia purum esse pé-nitus jubet: est enim pacis mystērium. Ju-dæis quidem annuātīm propriōrum monumēnta beneficiōrum per se-lemnitatēs Deus alligā-vit: tibi vero singulis diēbus per hāc mystēria. Nullus itaque Ju-das hanc mensam pe-tat, nullus Simon. Hi namque duo propter a-

variciam periérunt: hoc  
igitur bārathrum fugia-  
mus. Tu autem &c.

**R**Ego sum panis vitæ:  
patres vestri manduca-  
vérunt manna in de-  
serto, & mortui sunt:  
• Hic est panis de cœlo  
descéndens, ut si quis  
ex ipso mandúcet, non  
moriátur.

**V.** Ego sum panis vi-  
vus, qui de cœlo de-  
scéndi: si quis mandu-  
caverit ex hoc pane,  
vivet in ætérnum. Hic  
est. Glória Patri. Hic  
est.

### In III. Nocturno.

**Lectio Sancti Evangeli**  
lii secundum Joánnem.

**Lectio VII. C. 6.**

**I**n illo tempore: Dixit  
Jesus turbis Judæo-  
rum: Caro mea vere  
est cibus: & sanguis  
meus vero est potus.  
Et réliqua.

**Homilia Sancti Augu-**  
stini Episcopi.

**Tract. 26. in Joan. post**  
**medium.**

**H**ic est panis, qui de  
cœlo descéndit. Hunc panem significá-  
vit manna; hunc pa-  
nem significávit altáre  
Dei. Sacramenta illa  
fuérunt: in signis di-  
versa sunt, sed in re,  
quæ significátur, pária  
sunt. Apóstolum audi:  
Nolo enim vos, inquit,  
ignoráre, frátres, quia  
patres nostri omnes sub  
nube fuérunt, & omnes  
mare transiérunt, &  
omnes per Moysen bap-  
tizati sunt in nube, &  
in mari: & omnes eán-  
dem escam spiritálem  
manducavérunt. Spi-  
rálem útique eádem:  
nam corporálem álte-  
ram: quia illi manna,  
nos aliud: spiritálem  
vero, quam nos: sed  
patres nostri, non pa-  
tres illórum, quibus

nos similes sumus, non quibus illi similes fuérunt. Et adjungit: Et omnes eundem potum spiritalem bibérunt. Aliud illi, aliud nos, sed specie visibili quidem, tamen hoc idem significante virtute spirituali. Quòmodo enim eundem potum? Bibébant, inquit, de spirituali, sequente petra; petra autem erat Christus. Inde panis, inde potus. Petrus Christus in signo, verus Christus in verbo, & in carne. Et quòmodo bibérunt? Percussa est petra de virga bis. Gémina percussio duo ligna crucis significat. Tu autem &c.

**R.** Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, \* In me manet, & ego in eo.

**V.** Non est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus

noster adest nobis. In me.

### Lectione VIII.

Norunt fidèles corpus Christi, si corpus Christi non negligant esse. Fiant corpus Christi, si volunt vivere de Spíitu Christi. De Spíitu Christi non vivit, nisi corpus Christi. Intelligite fratres mei, quid dixerim. Homo es, & spíritum habes, & corpus habes. Spíritum dico, quæ anima vocatur, qua constas, quod homo es: constas enim ex anima & corpore. Habes enim spíritum invisibilem, corpus visibile. Dic mihi, quid ex quo vivat? Spíritus tuus vivit ex corpore tuo, an corpus tuum ex spíitu tuo? Respóndet omnis, qui vivit, qui autem hoc non potest respondere, nescio, si vivit. Quid respóndet omnis, qui vivit? Corpus. Útique

meum vivit de sp̄itu  
meo. Vis ergo & tu  
vivere de sp̄itu Chri-  
sti? In corpore esto  
Christi. Tu autem &c.

**R.** Misit me vivens  
Pater, & ego vivo  
propter Patrem: \* Et  
qui manducat me, vi-  
vet propter me.

**V.** Cibavit illum Dō-  
minus pane vitæ, &  
intellectus. Et qui. Glo-  
ria Patri. Et qui.

### Lectione IX.

**N**unquid enim cor-  
pus meum vivit  
de sp̄itu tuo? Meum  
vivit de sp̄itu meo,  
& tuum de sp̄itu tuo.  
Non potest vivere cor-  
pus Christi, nisi de sp̄i-  
tu Christi. Inde est,  
quod expónens nobis  
Apóstolus Paulus hunc  
panem: Unus panis,  
inquit, unum corpus  
multi sumus. O Ss  
eraméntum pietatis, o  
signum unitatis, o ví-  
culum charitatis! Qui  
vult vivere, habet,  
ubi vivat, habet, un-

de vivat. Accédat,  
credat, incorporétur,  
ut vivificétur. Non ab-  
horreat a compâge  
membrórum, non sit  
putre membrum, quod  
resecári mereátur, non  
sit distórtum, de quo  
erubescátur. Sit pul-  
chrum, sit aptum, sit  
sanum: hæreat cör-  
pori, vivat Deo de  
Deo. Nunc labóret in  
terra, ut póstea regnet  
in cœlo. Tu autem &c.

**Te Deum laudámus.**

MENSIBUS JULIO, &  
AUGUSTO.

*In II. Nocturno.*

Ex Epistola Sancti Cy-  
priani Episcopi & Má-  
tyris ad Cæciliūm.

*Lib. 2. Epist. 3 sub initium.*

### Lectione IV.

**I**n sacerdóte Melchí-  
sedech sacrificii Do-  
minici Sacraméntum  
præfigurâtum vidémus,  
secundum quod Scriptú-  
ra divina testátur, &  
dicit: Et Melchisdech  
rex Salem pró tulit

panem & vinum. Fuit autem Sacérdos Dei summi, & benedíxit Abrahám. Quod autem Melchisédech typum Christi portáret, declarárat in Psalmis Spíritus sanctus ex persona Patris ad Filium dicens: Ante luciferum génuite: tu es Sacérdos in ætérnum secúndum órdinem Melchisédech. Qui ordo útique hic est de sacrificio illo véniens, & inde de seéndens, quod Melchisédech Sacérdos Dei summi fuit, quod panem & vinum obtulit, quod Abraham benedíxit. Tu autem &c.

Bx. Cœuántibus illis accépit Jesus panem, & benedíxit, ac fregit, deditque discípulis suis, & ait: \*Accípite & comédite; hoc est corpus meum.

v. Dixerunt viri ta-bernáculi mei: Quis det de cárnis ejus, ut saturémur? Accípite.

### Lectio V.

Nam quis magis Sacérdos Dei summi, quam Dóminus noster Jesus Christus? qui sacrificium Deo Patri obtulit: & obtulit hoc idem, quod Melchisédech obtulerat, id est, panem & vinum, suum scilicet corpus & sanguinem. Et circa Abraham benedictio illa præcédens ad nostrum pópulum pertinebat. Nam si Abraham Deo crédidit, & depútatum est ei ad justitiā: útique quisquis Deo credit, & fide vivit, justus invenitur, & jam pridem in Abraham fidéli benedictus & justificatus osténditur, sicut beátus Apóstolus Paulus probat, dicens: Crédidit Abraham Deo, & deputatum est ei ad justitiā. Cognoscitis ergo, quia qui ex fide sunt, hi sunt filii Abrahæ. Próvidens autem Scriptúra, quia ex

fide justificat gentes Deus, prænunciavit Abrahæ, quia benedictum est in illo omnes gentes. Tu autem &c.

**R.** Accépit Jesus cálicem, postquam cœnávit, dicens: Hic calix novum testaméntum est in meo sanguine: \* Hoc fácite in meam commémoratióñem.

**V.** Memória memor ero, & tabescet in me áнима mea. Hoc fácite.

### Lectio VI.

**U**t ergo in Génesi per Melchis edech Sacrédo tembenedictio circa Abraham posset rite celebrári, præcédit ante imágó sacrificiū, in pane & vino scilicet constitúta. Quam rem perficiens & adimplens Dóminus, panem & cálicem mixtum vino obtulit: & qui est plenitudo, veritátem præfigurátæ imáginis adimplévit. Sed & per

Salomónem Spíritus sanctus typum Domini sacrifícií ante præmonstrat, immolatæ hostiæ, & panis & vini, sed & altaris, & Apolórum fáciens inentióñem: Sapientia, inquit, ædificávit sibi domum, & subdidit columnas septem, mactávit suas hostias, misericordiæ in craterè vinum suum, & parávit mensam suam. Et misit servos suos cònvocans cum excélsa prædicatióne ad craterem dicens: Qui est insípiens, declinet ad me. Et egéntibus sensu dixit: Venite, édite de meis páni bus, & bibite vinum, quod misciui vobis. Tu autem &c.

**R.** Ego sum panis vitæ: patres vestri manducáverunt manna in deserto, & mórtui sunt: \* Hic est panis de cœlo descéndens, ut si quis ex ipso manducet, non moriatur.

**¶.** Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendit: si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum. Hic est. Glória Patri. Hic est.

*In III. Nocturno.*

Lectio Sancti Evangélii secundum Joánnem.

*Lectio VII. Cap. 6.*

In illo tempore: Dixit Jesus turbis Judæorum: Cato mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

*Trad. 26. in Joannem circa medium.*

**N**on sicut manducaverunt patres vestri manna, & mortui sunt. Quare manducaverunt, & mortui sunt? Quia quod vidébant, credébant: quod non vidébant, non in-

telligébant. Ideo patres vestri, quia similes estis illorum. Nam quantum pertinet, fratres mei, ad mortem istam visibilem & corporalem, nunquid nos non morimur, qui manducamus panem de cœlo descendéntem? Sic sunt mortui & illi, quem ádmodum & nos sumus morituri, quantum attinet, ut dixi, ad mortem hujus corporis visibilem atque carnalem. Tu autem &c.

**¶.** Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem,  
\* In me manet, & ego in eo.

**¶.** Non est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis. In me.

*Lectio VIII.*

**Q**uantum autem pertinet ad illam mortem, de qua terret Dó-

minus, qua mórtui sunt patres istórum: manducavit manna & Moy-ses, manducávit manna & Àaron, manducávit manna & Phínees, manducavérunt ibi multi, qui Dómino placuérunt, & mórtui non sunt. Quare? Quia visibilem cibum spirítaliter intellexérunt, spiritáliter esuriérunt, spiritáliter gustavérunt, ut spiritáliter satiaténtur. Nam & nos hódie accípimus visíbilem: sed áliud est Sacraméntum, áliud virtus Sacraménti. Tu autem &c.

**R.** Misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem: \* Et qui manducat me, vi-vet propter me-

**Y.** Cibávit illum Dóminus pane vitæ, & intelléctus. Et qui. Glória Patri. Et qui.

### Lectione IX.

Quam multi de altári accípiunt, & moriúntur, & accipiéndo moriúntur! Unde dicit Apostolus: Judícum si-bi mandúcat & bibit. Nonne buccélla Domí-nica venénum fuit Júdæ? Et tamen accépit, & cum accépit, in eum inimícus intrávit: non quia malum accépit, sed quia bonum male malus accépit. Vidéte ergo, fratres, panem coelestèm spiritáliter manducáte, innocéntiam ad altáre apportá-te. Peccáta eti sunt quotidiána, vel non sint mortífera, ánte-quam ad altáre acce-datis, atténdite, quod dicáti: Dimitte nobis débita nostra, sicut & nos dimittimus debitò-ribus nostris. Si dimittis, dimittetur tibi: secúrus accéde, panis est, non venénum. Tu autem &c.

Te Deum laudámus.

MENSIBUS SEPTEM-  
BRI, & OCTOBRI.

*In II. Nocturno.*

**Ex Libro Sancti Am-  
bröſii Episcopi de Sa-  
crémentis. Lib. 4. C. 4.**

*Lectio IV.*

**A**uctor Sacramentó. **R**um quis est, nisi Dóminus Jesus? De cælo ista Sacramenta venérunt. Consilium enim omne de cælo est. Vere autem magnum est, & divinum miráculum, quod pòpulo pluit Deus manna de cælo: & non labòrabit pòpulus, & manducabat. Tu forte dicas: Meus panis est usitatus. Sed panis iste, panis est ante verba Sacramentorum: ubi accésserit consecratio, de pane fit caro Christi. Hoc igitur adstruámus. Quómodo potest, qui panis est, corpus esse Christi? Consecratione. Consecratio igitur quibus verbis est, & cu-

lus sermónibus? Domini Jesu. Nam réliqua ómnia, quæ dicúntur, laudem Deo déferunt, orátio præmittitur pro pòpulo, pro régibus, pro cœteris: ubi vennit, ut conficiatur venerabile Sacramèntum, jam non suis sermónibus sacérdos, sed útitur sermónibus Christi. Tu autem &c.

**R.** Coenántibus illis accépit Jesus panem, & benedíxit, ac fregit, deditque discípulis suis, & ait: \*Accípite & comédite, hoc est corpus meum.

**V.** Dixérunt viri tabernáculi mei: Quis det de cárnibus ejus, ut saturémur? Accípite.

*Lectio V.*

**E**rgo sermo Christi hoc cónficit Sacramèntum. Quis sermo Christi? Nempe is, quo facta sunt ómnia. Jussit Dóminus, & factum est cælum: jussit Dé-

minus, & facta est terra: jussit Dóminus, & facta sunt māria: jussit Dóminus, & omnis creatura generata est. Vides ergo, quam operatōrius sit sermo Christi. Si ergo tanta vis est in sermone Dómini Jesu, ut inciperent esse, quæ non erant: quanto magis operatōrius est, ut quæ erant, in aliud commutentur? Cœlum non erat, mare non erat, terra non erat. Sed audi dicēntem: Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandávit, & créata sunt. Ergo tibi ut respóndeam: non erat corpus Christi ante consecratiōnem; sed post consecratiōnem dico tibi, quod jam corpus est Christi. Ipse dixit, & factum est: ipse mandávit, & créatum est. Tu autem &c.

¶. Accépit Jesus cálicem, postquam cœnávit, dicens: Hic ca-

lix novum testamētum est in meo sanguine: \* Hoc facite in meam commémoratiōnem.

¶. Memória memor ero, & tabescet in me áнима mea. Hoc fácite.

#### *Lectio IV.*

Jam redi mecum ad propositionem meam. Magnum quidem & venerabile, quod manna Judæis pluit e cælo. Sed intellige, quid est amplius, manna de cælo, an Corpus Christi? Corpus Christi útique, qui auctor est cœli. Deinde, manna qui manducavit, mortuus est: qui manducaverit hoc corpus, fiet ei remissio peccatorum, & non morietur in æternum. Ergo non otiose cum accipis, tu dicas, Amen, jam in spíritu cónfident, quod accipias Corpus Christi. Dicit tibi Sacérdos, Corpus Christi: & tu dicas, A-

men, hoc est, Verum,  
Quod confitetur lingua,  
teneat afflatus. Tu au-  
tem &c.

**R.** Ego sum panis vi-  
tae: patres vestri man-  
ducauerunt manna in  
deserto, & mortui  
sunt: \* Hic est panis de  
cœlo descendens, ut si  
quis ex ipso manducet,  
non moriatur.

**V.** Ego sum panis vi-  
vus, qui de cœlo de-  
scendi: si quis mandu-  
cauerit ex hoc pane.  
vivet in æternum. Hic  
est Glor. Patri. Hic est.

*In III. Nocturno.*

Lectio sancti Evangé-  
lii secundum Joannem.

*Lectio VII. Cap. 6.*

In illo tempore: Dixit  
Iesus turbis Iudeo-  
rum: Caro mea vere est  
cibus, & sanguis meus  
vere est potus. Et ré-  
liqua.

Homilia Sancti Hilá-  
rii Episcopi.

*Lib. 8. de Trinitate ante  
medium.*

Non est humano, aut  
sæculi sensu in Dei  
rebus loquendum. Quæ  
scriptæ sunt, legamus:  
& quæ legerimus, in-  
telligamus; & tunc per-  
fæctæ fidei officio fun-  
gémur. De naturali  
enim in nobis Christi  
veritatē, quæ dicimus,  
nisi ab eo discimus,  
stulte atque impie di-  
cimus. Ipse enim ait:  
Caro mea vere est es-  
ca, & sanguis meus  
vere est potus. Qui  
edit carnem meam,  
& bibit sanguinem me-  
um, in me manet, &  
ego in eo. De veri-  
tate carnis & sanguini-  
nis non relictus est  
ambigendi locus. Tu  
autem &c.

**R.** Qui manducat me-  
am carnem, & bibit me-  
um sanguinem, \* In me  
manet, & ego in eo.

¶. Non est ália ná-  
tio tam grandis, quæ  
hábeat deos appropin-  
quantes sibi, sicut Dé-  
us noster adest nobis.  
In me.

me vidébitis: quóni-  
am ego vivo, & vos vi-  
vétis: quóniam ego in  
Patre meo, & vos in  
me, & ego in vobis.  
Tu autem &c.

### *Lectio VIII.*

Nunc enim & iplius  
Dómini professió-  
ne, & fide nostra vere  
caro est, & vere san-  
guis est. Et hæc ac-  
cépta, atque hansta-  
id efficiunt, ut & nos  
in Christo, & Christus  
in nobis sit. Anne hoc  
véritas non est? Con-  
tingat plane his ve-  
rum non esse, qui Chri-  
stum Jesum verum es-  
se Deum negant. Est  
ergo in nobis ipse per  
carnem, & sumus in  
eo, dum secum hoc,  
quod nos sumus, in  
Deo est. Quod autem  
in eo per Sacraméntum  
communicátæ carnis  
& sanguinis sumus,  
ipse testatur, dicens:  
Et hic mundus jam me  
non videt, vos autem

R. Misit me vivens  
Pater, & ego vivo  
propter Patrem: \* Et  
qui mandúcat me, vi-  
vet propter me.

¶. Cibávit illum Dó-  
minus pane vitæ, &  
intellectus. Et qui.  
Glor. Pat. Et qui.

### *Lectio IX.*

Quod autem in nobis  
naturális hæc úni-  
tas sit, ipse ita testá-  
tus est: Qui edit car-  
nem meam, & bibit  
sanguinem meum, in  
me manet, & ego in  
eo. Non enim quis in  
eo erit, nisi in quo ip-  
se fúerit: ejus tantum  
in se assúmptam ha-  
bens carnem, qui suam  
súmpserit. Perfécta au-  
tem hujus unitatis fa-

eraméntum supérius  
jam docuérat, dicens:  
Sicut me misit vivens  
Pater, & ego vivo per  
Patrem: & qui man-  
dúcat meam carnem,  
& ipse vivet per me.  
Vivit ergo per Patrem:  
& quo modo per Pat-  
rem vivit, eódem mo-  
do nos per carnem e-  
jus vivémus. Tu au-  
tem &c.

**Te Deum laudámus.**

MENSIBUS NOVEMBRI,  
& DECEMBRI.

*In II. Nocturno.*

Sermo Sancti Cyrilli  
Episcopi Jerósolymi-  
tani.

*Catechesi myslagog. 4.*

*Lectio IV.*

Ipsa beati Pauli doctri-  
na abunde sufficere  
videtur, ut certam vo-  
bis de divinis mysté-  
riis fidem fæiat, qui-  
bus digni rédditi, con-  
corporei, ut ita dicam,  
& consanguínei Christi

facti estis. Ipse enim  
modo clamabat, quod  
in nocte, qua tradebá-  
tur Dóminus noster Je-  
sus Christus, accípiens  
panem, & grárias ag-  
gens fregit, & dedit  
discípulis suis, dicens:  
Accípite, & manducá-  
te: hoc est corpus me-  
um; & accípiens calí-  
cem, & grárias agens,  
dixit: Accipite, & bibi-  
te: hic est sanguis me-  
us. Cum igitur ipse de  
pane pronunciáverit, ac  
dixerit: Hoc est corpus  
meum; quis audébit  
deinceps ambigere? Et  
cum idem ipse tam af-  
severanter dixerit: Hic  
est sanguis meus; quis  
unquam dubitáverit, ut  
dicat, non esse ejus sán-  
guinem? Tu autem &c.

**R. Cœnántibus illis**  
accépit Jesus panem,  
& benedíxit, ac fregit,  
deditque discípulis suis  
& ait: \* Accípite, &  
comédite: hoc est cor-  
pus meum.

**V.** Dixérunt viri ta-  
bernáculi mei: Quis det  
de cárnisbus ejus, ut sa-  
turémur? Accípite.

*Lectio V.*

**A** quam olim in vinum  
convértit in Cana  
Galilææ, quod habet  
quandam cum sanguine  
propinquitatem: &  
eum parum dignum  
existimábimus, cui cre-  
dámus, quod vinum in  
sanguinem transmutá-  
rit? Ad eas nuptias,  
quibus corpora copu-  
lántur, vocátus, præ-  
ter opinionem ómnium  
hoc fecit miráculum;  
& non multo magis sic  
eum corpus & sanguine-  
m suum fruenda no-  
bis donáisse persuásuim  
firmiter habébimus, ut  
ea cum omni certitú-  
dine tanquam corpus  
ipſius & sanguinem su-  
mamus? Nam in spécie  
panis dat nobis corpus,  
& in spécie vini dat no-  
bis sanguinem: ut, cum  
sumpleris, gustes cor-

pus & sanguinem Chri-  
sti, factus ejusdem cör-  
poris & sanguinis pár-  
ticeps. Sic enim effi-  
cimur Christiferi, hoc  
est Christum in corpó-  
ribus nostris ferentes,  
cum corpus ejus & sán-  
guinem in membra no-  
stra recipimus: sic se-  
cundum beátum Pet-  
rum, divinæ natüræ  
confórtes reddimut. Tu  
autem &c.

**V.** Accépit Jesus cá-  
licem, postquam cœ-  
navit, dicens: Hic ca-  
lix novum testamén-  
tum est in meo sanguine:  
\* Hoc fácite in me-  
am commémorationem.

**V.** Memória memor  
ero, & tabescet in me  
anima mea. Hoc facite.

*Lectio VI.*

**O**lim cum Judæis  
Christus differens,  
Nisi mandueaveritis,  
inquit, carnem meam,  
& biberitis meum sán-  
guinem, non habebitis  
vitam in vobis. Cum

autem illi, quæ dicta fuerant, non spiritali-  
ter accepissent, offensi abiérunt retro: putá-  
bant enim, quod eos ad manducandas carnes  
hortaréatur. Erant &  
in vèteri Testamènto panes propositionis: ve-  
rum illi cum fúerint vè-  
teris Testamènti, finem  
jam accepérunt. In no-  
vo vero Testamènto,  
panis est cœ èstis, &  
calix salutáris, qui &  
animam & corpus sanc-  
tificant. Quámobrem  
non sic hæc attèndas  
velim, tanquam sint nu-  
dus & simplex panis,  
nudum & simplex vi-  
num: corpus enim sunt  
& sanguis Christi. Nam  
étiam si sensus illud ti-  
bi renúciat, fides tamen  
te confirmet. Ne júdi-  
ces rem ex gustu: sed te  
citra ullam dubitatió-  
nem fides certum reddat,  
quod sis dignus factus,  
qui cōporis & sanguinis  
Christi párticeps fieres.  
Tu autem &c.

**R.** Ego sum panis  
vitæ: patres vestri  
mānducaverunt manna  
in deserto, & mórtui  
sunt: \* Hic est panis de  
cœlo descendens, ut si  
quis ex ipso manducet,  
non moriatur.

**V.** Ego sum panis vi-  
vus, qui de cœlo de-  
scendi: si quis mandu-  
caverit ex hoc pane,  
vivet in ætérnum. Hic  
est Glor Patri. Hic est.

### In III. Nocturno.

Léctio sancti Evangé-  
lii secundum Joánnem.

### Léctio VII. C. 6.

**I**n illo tempore: Di-  
xit Jesus turbis Ju-  
dæorum: Caro mea  
vere est cibus: & san-  
guis meus vere est  
potus. Et reliqua.

Homilia Sancti Cyrilli  
Episcopi Alexandrini.

*Lib. 4 in Joannem, Cap. 17.*

**Q**ui manducat, ia-  
quit, carnem me-  
am, & bibit sanguinem

meum, in me manet, & ego in illo. Sicuti enim, si quis liquefactæ cerae aliam ceram infuderit, alteram cum altera per totum commisceat, necesse est: sic qui carnem & sanguinem Domini recipit, cum ipso ita conjungitur, ut Christus in ipso, & ipse in Christo inveniatur. Simile quodam modo apud Matthæum compères. Simile est, inquit, regnum cœlorum fermento, quod acceptum abscondit mulier in farinæ satis tribus. Sicut parum, ut Paulus ait, fermenti totam massam fermentat: sic parvula benedictio totum hominem in seipsum atrahit, & sua gratia replet: & hoc modo in nobis Christus manet, & nos in Christo. Tu autem &c.

**R.** Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem:

\* In me manet, & ego in eo.  
¶ Non est alia natio tam grandis, quæ habet deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis. In me.

**Lectio VIII.**  
**N**os vero si vitam æternam consequi voulamus, si largitorem immortalitatis habere in nobis desideramus, ad recipiendam beneficitionem libenter concurramus: caveamus, que ne loco laquei damnosam religionem diabolus nobis praetendet. Recte (inquit) dicens; scriptum tamen esse non ignoramus, judicium sibi comedere, atque bibere illum, qui de pane comedit, & de calice bibit indeinde: ego igitur probabo me ipsum, & indignum invenerio. Quan-

do igitur, quicunque tu es, qui ista dicens, dignus eris? Quando

Christo te ipsum offere? nam si peccando indignus es, & peccare non desinis (quis enim delicta intelligit, secundum Psalmistam?) expers omnino eris vivificæ hujus sanctificationis. Tu autem &c.

*v.* Misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem: \* Et qui manducat me, vivet propter me.

*v.* Cibavit illum Dominus pane vitae, & intellectus. Et qui. Glor. Pat. Et qui.

### Lectione IX.

Quare pias, quæsto, cogitationes suscipias, studiose, sancteque vivas, & benedictionem particeps: quæ (mihi crede) non mortem solum, verum etiam morbos omnes depellit. Sedat enim, cum in nobis maneat Christus, saevientem membrorum nostrorum legem, pietatem cor-

rborat, perturbationes animi extinguit, ægratos curat, collisos redintegrat: & sicut pastor bonus, qui animam suam pro oviibus posuit, ab omnibus erigit casu. Tu autem &c.

Te Deum laudamus.

### OFFICIUM

#### Commemoratio*nis*

De Conceptione B. Mariæ Virginis. Dupl.

Pro Sabbathis (extra Advent. & Quadrag. ac Vig. privileg.) non impeditis.

### Ad Vesperas.

*Antiph.* Concéptio gloriotæ Virginis Mariæ, cum reliquis de Laud.

*Psalmi de Sancta Maria,* ut in Officio parvo.

*Capitulum. Eccl. 24.*

A b initio, & ante sæcula créata sum, & usque ad futurum sæculum non désinam, & in habitatione sanc-

ta coram ipso ministrávi.

**R.** Deo grátias.

*Hymnus.*

\* **A**ve maris stella,  
Dei mater alma,  
Atque semper virgo,  
Felix cœli porta.

\* Sumens illud Ave  
Gabriélis ore,  
Funda nos in pace,  
Mutans Hevæ nomen.

\* Solve vincla reis,  
Profer lumen cæcis,  
Mala nostra pelle,  
Bona cuncta posce.

\* Monstra te esse matrem,  
Sumat per te preces,  
Qui pro nobis natus  
Tulit esse tuus.

\* Virgo singuláris,  
Inter omnes mitis,  
Nos culpis solútos,  
Mites fac & castos.

\* Vitam præsta puram,  
Iter para tutum,  
Ut vidéntes Jesum,  
Semper collætémur.

\* Sit laus Deo Patri,  
Summo Christo decus,  
Spiritu Sancto,  
Tribus honor unus,  
Amen.

\*. Concéptio recóli-  
tur Sanctæ Mariæ Vir-  
ginis.

**R.** Cujus vita ínely-  
ta cunctas illústrat Ec-  
clésias.

*Ad Magnificat Antiphona.*

Gloriósæ Vírginis  
Mariæ Conceptionem  
dignissimam recolámus,  
quæ & genitrícis digni-  
tatem obtinuit, & vir-  
ginalem pudicitiam  
non amisit.

*Oratio.*

Fámulis tuis, quæsu-  
mus, Dómine, cœ-  
lèstis gratiæ munus im-  
pertire: ut, quibus Beá-  
tæ Vírginis partus ex-  
titit salutis exordium;  
pia conceptionis ejus  
commemoratio pacis  
tribuat incrementum.  
Per Dóminum.

*Ad Completorium, &*  
*alias horas in fine Hymno-*  
*rum dicitur: Jesu tibi sit*  
*glória, qui natus es de*  
*virgine.*

*Ad Matutinum, Invit.*

Conceptionem Vírgi-  
nis Mariæ recolá-

imus: \* Christum ejus filium adoremus Dominum.

*Psalm.* Venite, exultemus.

*Hymnus.*

- \* Quem terra, pontus sidera  
Colunt, adorant, praedicant,  
Trinam regentem machinam,  
Claustrum Mariæ bájulat.
- \* Cui luna, sol, & ómnia  
Deserviunt per tempora,  
Persusa cœli grátia  
Gestant pueræ viscera.
- \* Beata mater múnere,  
Cujus, supérnus ártifex,  
Mundum pugillo contínnens,  
Ventrí sub arca clausus est.
- \* Beata cœli nuncio,  
Fœcunda sancto Spíritu,  
Desideratus géntibus  
Cujus per alvum fusus est.
- \* Jesu tibi sit glória,  
Qui natus es de vírgine,  
Cum Patre, & almo Spíritu  
In sempiterna sæcula,  
Amen.

*Antiphona & Psalmi Nocturnorum*, ut in Officio parvo B. V. M.

*Lect. I. Noct. de Scriptura occur.*

¶ I. Concepta est beatá Virgo María ex progénie David: \* Per quam salus mundi credéntibus appáruit, cuius vita gloriósa lucem dedit sæculo.

¶ Conceptionem Beatæ Mariæ Virginis cum gáudio recolámus. Per quam.

¶ II. Beatissimæ Virginis Mariæ Conceptiōnem devotissime recolámus. \* Ut ipsa pro nobis intercédat ad Dóminum Jesum Christum.

¶ Cum jucunditatē Conceptionem Beatæ Mariæ Virginis devotissime recolámus. Ut ipsa.

¶ III. Glorióse Virginis Mariæ Conceptiōnem dignissimam recolámus: \* Cujus Dóminus humilitatem respé-

xit, quæ Angelo nunciante concépit Salvatorem mundi.

¶. Beatissime Virginiis Mariæ Conceptiōnem devotissime recolámus. Cujus. Glória Patri. Cujus.

*In II. et III. Nocturno  
Lectioṇes cum Responſoriis  
suis habentur inferius ordi-  
ne mensium.*

*Ad Laudes,  
et per Horas.*

1. Ant. Concéptio gloriósæ Virginis Mariæ, ex semine Abrahæ, ortæ de tribu Juda, clara ex stirpe David.

*Psalm. Dóminus regnávit, cum reliquis de Dominica.*

2. Ant. Concéptio recolitur sanctæ Mariæ Virginis, cujus vita inēlyta cunctas illūstrat Ecclēsias.

3. Ant. Regali ex progénie María exorta resulget: cujus prēcibus nos adjuvāri mente &

spíritu devotissime pōscimus.

4. Ant. Corde & ánimo Christo canámus glóriam in hac sacra commémoratiōne præcélſæ genitcicis Dei Mariæ.

5. Ant. Cum jucunditate Conceptionem Beatæ Mariæ recolámus, ut ipsa pro nobis intercedat ad Dóminum Iesum Christum.

*Capitulum. Eccli. 24.*

Ab initio, & ante sæcula creāta sum, & usque ad futūrum sæculum non désinam, & in habitatiōne sancta coram ipso ministrāvi.

¶. Deo grātias.

*Hymnus.*

\* O gloriósa vírginum, Sublímis inter sídera!

Qui te creávit párvulum, Lactante nutris úbere.

\* Quod Heva tristis abs-tulit,

Tu reddis almo gérmine: Intrent ut astra flébiles, Cœli reclūdis cárddines.

\* Tu regis alti jáuua,  
Et aula lucis fúlgida:  
Vitam datam per vírgi-  
nem,  
Gentes redémpτæ pláudite.  
\* Jesu tibi sit glória,  
Qui natus es de vírgine,  
Cum Patre & almo Spíritu  
In sempitérna fæcula.  
Amen.

℣. Concéptio recóli-  
tur Sanctæ Mariæ Vír-  
ginis:

℟. Cujus vita ínclyta  
eunctas illústrat Ecclé-  
sias.

*Ad Benedictus, Antiph.*

Conceptiōnem perpé-  
tuæ virginis, genitri-  
cis Dei Mariæ devotí-  
sime recolàmus, qua  
celstítudo throni procés-  
sit, Alleluja.

### Oratio.

Fàmulis tuis, quæsu-  
mus, Dómine cœlé-  
stis grátiae munus im-  
pertire: ut quibus Beà-  
tæ Virginis partus ex-  
titit salútis exordium;  
pia conceptionis ejus  
commemoratio pacis  
tribuat incremèntum.  
Per Dóminum nostrum

*Ad Primam in R. brevi*  
dicitur ℣. Qui natus es  
de Maria Vírgine.

### Ad Tertiam.

*Ant. Concéptio recó-  
litur.*

*Capit. Ab initio ut  
supra.*

℟. br. Spécie tua, \* Et  
pulchritúdine tua. Spé-  
cie tua, &c.

℣. Inténde, próspero  
procéde, & regna.

Et pulchritúdine. Glor.  
Patri. Spécie tua, &c.

℣. Adjuvábit eam  
Deus vultu suo.

℟. Deus in médio  
ejus, non commovè-  
bitur.

### Ad Sextam.

*Ant. Regáli ex pro-  
génie.*

*Capitulum. Eccl. 24.*

*E*t sic in Sion firmá-  
ta sum, & in ci-  
vitáte sanctificata si-  
militer requiévi, & in  
Jerúalem poténtias mea.  
Et radicávi in pópulo  
honorificato, & in par-

te Dei mei hæréditas  
illis, & in plenitúdi-  
ne sanctórum détēcio  
mea. R. Deo grātias.

R. br. Adjuvábit eam  
Deus vultu suo. Ad-  
juvábit, &c.

¶. Deus in médio  
ejus, non commovebi-  
tur. Deus vultu.

Glória Patri. Adju-  
vábit, &c.

¶. Elégit eam Deus,  
& præelegit eam,

R. In tabernáculo  
suo habitare facit eam.

*Ad Nonam.*

*Antiph.* Cum jucun-  
ditáte.

*Capitulum. Eccli. 24. b.*

In platéis sicut cinna-  
mónum, & bálsa-  
mum aromatizans odó-  
rem dedi: quasi myrra  
élécta dedi suavi-  
tatem odoris. R. Deo  
grātias.

R. br. Elégit eam  
Deus, \* Et præelegit  
eam. Elégit. &c.

¶. In tabernáculo

suo habitare facit eam.  
Et præelegit. Gior.  
Pat. Elégit, &c.

¶. Diffusa est grātia  
in lábiis tuis.

R. Propterea bene-  
dixit te Deus in æter-  
num.

*In II. Vesperis dicun-  
tur omnia ut in primis.*

*At Magnificat, An iph.*  
Concéptio tua Dei  
génitrix, virgo, gaudi-  
um annunciavit uni-  
verso mundo: ex te  
enim ortus est sol ju-  
stitiae, Christus Deus  
noster: qui solvens  
maledictionem, dedit  
benedictionem, & con-  
fundens mortem, do-  
návit nobis vitam sem-  
pitérnam.

*Et fit commemoratio seq.  
Dominicæ.*

MENSIBUS JANUARIO,  
& FEBRUARIO.

*In II. Nocturno.*  
*Ex Libro sancti Am-  
brósi Episcopi de Vir-  
gínibus. L. 2. post init.*

## Leflio IV.

**S**it vobis tanquam in imagine descripta virginitas vitaque beatæ Mariæ : de qua velut in speculo refulgat species castitatis, & forma virtutis. Hinc sumatis licet exempla vivendi, ubi tanquam in exemplari magistria expresa probitatis, quid corrigerem, quid effugere, quid tenere debearis, ostendunt. Primus discendi ardor, nobilitas est magistri. Quid nobilis Dei matre? Quid splendidius ea, quam splendor elegit? quid castius ea, quæ corpus sine corporis contagione generavit? Tu autem &c.

\*. Concéptio gloriæ Virginis Mariæ, ex semine Abrahæ, ortæ de tribu Juda, clara ex stirpe David: \* Cujus vita inlita cunctas illustrat Ecclésias.

\*. Concépta est beata Virgo Maria ex

progénie David. Cujus vita.

## Leflio V.

**N**am de cæteris ejus virtutibus quid loquar? Virgo erat non solum corpore, sed etiam mente, quæ nullo doli ambitu sincerum adulteraret affectum. Corde humilis, verbis gravis, animo prudens: loquendi parcior, legendi studiosior, non in incerto divitiarum, sed in prece pauperis spem repónens: intenta operi, verecunda sermone, arbitram mentis solita non hominem, sed Deum quærere: nullum lèdere, bene velle omnibus, assurgere majóribus natu, æquálibus non invidere, fugere jactantiam, rationem sequi, amare virtutem. Tu autem &c.

\*. Cum jucunditaté Conceptionem Beatae

Mariæ recolamus: \* Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dóminum Jesum Christum.

℣. Corde & ánimo Christo canámus gloriam in hac sacra comémoratióne præcél-ſæ Genitrixis Dei Ma-riæ. Ut ipsa.

### Lectio VI.

**Q**uando ista vel vul-  
tu læſit paréntes? quando diffénsit a pro-  
pínguis? quando fasti-  
dívit húmilem? quando deríſit débilem? quando  
vitávit ínopem? Eos solos sólita cætus  
virórum invíſere, quos  
misericórdia non eru-  
bélceret, neque præ-  
teríret verecúndia. Ni-  
hil torvum in óculis,  
nihil in verbis procax,  
nihil in actu inver-  
cúndum. Non gestus  
fráctior, non incéſsus  
solútior, non vox pe-  
tulántior: ut ipsa cór-  
poris spécies simulá-  
crum fúerit mentis, fi-

gúra probitátis. Tu autem &c.  
℟. Concéptio tua,  
Dei Génitrix Virgo,  
gàudium annunciatóne  
univérso mundo: \* Ex-  
te enim ortus est sol  
justitiæ, Christus Deus  
noster: \* Qui solvens  
maledictiōnem, dedit  
benedictiōnem: & con-  
fúndens mortem, do-  
návit nobis vitam sem-  
pitérnam.

Benedicta tu in mu-  
liéribus, & benedictus  
fructus ventris tui. Ex-  
te enim. Glor. Patri.  
Qui solvens.

### In III. Nocturno.

Lectio Sancti Evangé-  
lii secúndum Matthæ-  
um.

**L**iber generatiónis Je-  
su Christi, filii Da-  
vid, filii Abraham.  
Abraham génuit Isaac.  
Isaac autem génuit  
Jacob. Et reliqua.

**Homilia Sancti Augustini Episcopi.**

*Lib. 2. de Consensu Evangelistarum, cap. I.*

**M**atthæus Evangelista sic orsus est: Liber generationis Iesu Christi filii David, filii Abraham. Quo exordio suo satis ostendit, generationem Christi secundum carnem se suscepisse narrandam. Secundum hanc enim Christus filius hominis est; quod etiam se ipse saepissime appellat, commendans nobis, quid misericorditer dignatus sit esse pro nobis. Nam illa superna & æterna generatio, secundum quam Filius Dei unigenitus est ante omnem creaturam, quia omnia per ipsum facta sunt, ita ineffabilis est, ut de illa dictum a Prophetâ intelligatur: Generationem ejus quis enarrabit? Tu autem &c.

¶. Beatum me dicent omnes generationes: \* Quia fecit mihi Dominus magna, qui potens est, & sanctum nomen ejus.

¶. Et misericordia ejus a progénie in progenies timéntibus eum. Quia.

### *Lectione VIII.*

**E**xequitur ergo humana generationem Christi Matthæus, ab Abraham generatores commémorans, quos perducit ad Joseph virum Mariæ, de qua natus est Jesus. Neque enim fas erat, ut ob hoc eum a conjugio Mariæ separandum putaret, quod non ex ejus concubitu, sed virgo pérerit Christum. Hoc enim exemplo magnifice insinuat fidéibus conjugatis etiam servata pari consensu continéntia, posse permanere vocarique coniugium, non permix-

to corporis sexu, sed custodito mentis affec-  
tu: præsertim quia nasci eis etiam filius potuit sine ullo complé-  
xu carnali, qui propter solos gignendos filios adhibendus est. Tu autem &c.

**R.** Felix namque es  
sacra Virgo María, &  
omni laude dignissima;  
\* Quia ex te ortus est  
sol justitiae, \* Christus Deus noster.

**V.** Ora pro populo,  
interveni pro clero,  
intercede pro devoto  
fœmineo sexu: sentiant omnes tuum juvámen,  
quicunque celebrant tuam sanctam  
Conceptionem. Quia ex te. Gloria Patri.  
Christus.

### Lectio IX. C. 2.

**C**um autem evidenter dicat Apóstolus Paulus, ex semine David secundum carnem Christum: ipsam quoque Mariam de-

stirpe David aliquam consanguinitatem duxisse, dubitare útique non debémus. Cujus féminæ quoniam nec sacerdotiale genus tacetur, insinuante Luca, quod cognata ejus esset Elisabeth, quam dicit de filiabus Aarón; firmissime tenendum est, carnem Christi ex utroque genere propagatam, & regum scilicet, & sacerdotum: in quibus personis apud illum populum Hebræorum etiam mystica unctio figurabatur, id est, chrisma, unde Christi nomen elucet, tanto ante etiam ista evidentissima significatiōne prænunciatum. Tu autem &c.

Te Deum laudamus.

MENSIBUS MARTIO, &  
APRILI.

*In II. Nocturno.*  
Sermo Sancti Augustini Episc.

Serm. 18. de Sanctis in  
medio.

*Lectione IV.*

**E**xultat Maria, & mater rem se læta miratur, & de Spiritu sancto se peperisse gaudet, nec quia péperit innupta, terretur: sed quia genuerit, cum exultatione miratur. O fœmina super fœminas benedicta, quæ virum omnino non novit, & virum suo utero circumdedit! Circundat virum Maria Angelo fidem dando, quia Heva perdidit virum serpenti consentiendo. O felix obedientia, o insignis gratia! quæ dum fidem humiliter dedit, cœli in se opificem corporavit. Hinc promeruit gloriam, quam ipsa postmodum auxit. Ecce, ait, ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Tu autem &c.

¶ **C**oncœptio gloriæ  
sæ Virginis Mariæ, ex semine Abrahæ, ortæ de tribu Juda, clara ex stirpe David: \* Cujus vita inclyta cunctas illustrat Ecclésias.

¶ **C**oncœpta est beata virgo Maria ex progénie David. Cujus.

*Lectione V.*

**O** beata María, quis tibi digne valeat jura gratiarum, ac laudum præcōnia rependere, quæ singulare tuo afféusu mundo succurristi pérdito? Quas tibi laudes fragilitas humani generis persolvat, quæ solo tuo comércio recuperandi aditum invénit? accipe itaque quascunque exiles, quascunque méritis tuis imparés gratiarum actiones: & cum suscéperis vota, culpas nostras orando excusa. Admitte nostras preces intra sacrarium exauditionis, &

repórta nobis antídoto  
tum reconciliatiónis.  
Tu autem &c.

R. Cum jucunditáte  
Conceptiónem beáre  
Mariæ recolámus: \* Ut  
ipsa pro nobis intercé-  
dat ad Dóminum Jesum  
Christum.

V. Corde & ánimo  
Christo canámus glóri-  
riam in hac sacra com-  
memoratióne præcél-  
sæ genitricis Dei Ma-  
riæ. Ut ipsa.

### Lectio VI.

Sit per te excusábile,  
quod perte ingérimus:  
fiat impetrábile, fida  
quod mente pósdimus.  
Accipe, quod offérimus,  
redóna, quod rogámus,  
excúsa, quod timémus:  
quia tu es spes única  
peccatórum. Per te spe-  
rámus delictórum vénia-  
m, & in te beatíssima  
nostrórum est expecta-  
tio præmiórum. Sancta  
María, succurre misse-  
ris, juva pusillánimes,  
refove flébiles, ora pro  
pósito, intérveni pro

clero, intercède pro  
devóto fœmíneo sexu:  
séntiant omnes tuum  
juvámen, quicunque  
célebrant tuam sanctam  
conceptiónem. Tu au-  
tem &c.

R. Concéptio tua, Dei  
génitrix vírgo, gaudi-  
um annunciávit uni-  
vérso mundo: \* Ex te  
enim ortus est sol ju-  
stitiæ, Christus Deus  
noster: \* Qui solvens  
maledictiónem, dedit  
benedictiónem: & con-  
fúndens mortem, do-  
nàvit nobis vitam sem-  
pitérnam.

V. Benedícta tu in  
muliéribus, & benedí-  
ctus fructus ventris tui,  
Ex te. Glória Patri.  
Qui solvens.

### In III. Nocturno.

Lectio sancti Evangé-  
lii secundum Matthæum.

### Lectio VII. Cap. I.

Liber generatiónis Je-  
su Christi, filii Da-  
vid, filii Abraham.

Abraham gènuit Isaiae.  
Isaac autem gènuit  
Jacob. Et rèliqua.

**Homilia Sancti Hieronymi Presbyteri. Lib. I. Comment. in Math. in initio.**

In Isaia lègimus: Generatiónem ejus quis enarràbit? Non ergo putémus Evangelistam Prophètæ esse contrarium, ut, quod ille impossibile dixit effátu, hic narrâre incípiat: quia ibi de generatíone divinitatis, hic de incarnatione est dictum. A carnálibus autem cœpit, ut per hóminem Deum discere incipiamus. Filii David, filii Abraham. Ordo præpósterus, sed necessario commutátus. Si enim primum posuisset Abraham, & póstea David, rurisns ei repeténdus fúerat. Abraham, ut generatíonis séries texerétur. Tu autem &c.

¶ Beátam me dicent omnes generatíones: \* Quia fecit mihi Dóminus magna, qui potens est, & sanctum nomen ejus.

\* Et misericórdia ejus a progénie in progénies timéntibus eum. Quia.

### *Lælio VIII.*

Ideo autem cæteris prætermissis, horum filium nuncupávit: quia ad hos tantum facta est de Christo reprobatio. Ad Abraham: In sémine, inquit, tuo benedicentur omnes gentes; quod est Christus. Ad David: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Judas autem gènuit Phares & Zaram de Thamar. Notandum, in genealogia Salvatoris nullam sanctarum assúmi mulierum, sed eas, quas Scriptura reprehéndit: ut qui propter peccatores vénierat, de peccatóribus nascens, óm-

nium peccata deteret. Unde & in consequéntibus Ruth Moabítis pónitur, & Berthabée uxor Uriæ. Tu autem &c.

R Felicem namque es sacra Virgo María, & omni laude dignissima: • Quia ex te ortus est sol justitiae, • Christus Deus noster.

V. Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto fœmineo sexo: sicutiant omnes tuum juvámen, quicunque célébrant tuam sanctam Concepciónem. Quia ex te. Glória Patri. Christus.

### Lectio IX.

Jacob antem génuit Joseph. Hunc locum objécit nobis Julianus Augústus de dissiden-tia Evangelistarum, cur Evangelista Matthæus Joseph díixerit filium Jacob, & Lucas eum filium appellárit Heli: non intelligens consue-tudinem Scripturarum,

quod alter secundum natúram, alter secún-dum legem ei pater sit. Scimus enim hoc per Moysem Deo jubénte præceptum, ut, si fra-ter, aut propinquus absque liberis mórtuus fúerit, aliis accipiat uxórem ad suscitandum semen fratris, vel pro-pinqui sui. Joseph vi-rum Mariæ. Cum vi-rum audieris, suspicio tibi non súbeat nuptiá-rum: sed recordare consuetudinis Scripturárum, quod sponsi vi-ri, & sponsæ vocentur uxóres. Tu autem &c. Te Deum laudámus

### MENSIBUS MAJO & JUNIO.

In II. Nocturno.  
Sermo Sancti Bernárdi Abbatis. Serm. in c. 12. Apocalypsis.

### Lectio IV.

Novum fecit Domi-nus super ter-ram, ut mulier circum-

daret virum, nec alium quam Christum, de quo dicitur: Ecce vir, Oriens nomen ejus. Novum queque fecit in cœlo, ut mulier sole appareret amicta. Denique & coronavit eum, & vicissim ab eo mœruit coronari. Egressi mini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademe, quo coronavit eum mater sua. Verum hoc alias. Interim sane ingredi mini magis, & videte reginam in diadema, quo coronavit eam Filius suus. In capite, inquit, ejus corona stellarum duodecim.

¶ Concéptio gloriæ virginis Mariæ, ex semine Abrahæ, ortæ de tribu Juda, clara ex stirpe David, \* Cujus vita inlyta cunctas illustrat ecclésias.

¶. Concépta est beata Virgo María ex progénie David. Cujus.

### Lectione V.

Dignum plane stellis coronari caput, quod & ipsis longe clarius micans, ornat eas potius, quam ornatur ab eis. Quidnam coronent sidera, quam sol vestit? Sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium. Nimirum levæ sponsi sub capite ejus, & jam dextera illius amplexatur eam. Quis illas aestimet gemmas, quis stellas nominet, quibus Mariæ régium diadema compactum est? Tu autem &c.

¶. Cum jucunditate Conceptionem beatæ Mariæ recolamus: \* Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum.

¶. Corde & animo Christo canamus gloriam in hæc sacra commemoratione præcelæ genitricis Dei Mariæ. Ut ipsa.

## Lectio VI.

**Q**uid ergo fidereum  
micat in genera-  
tione Mariæ? Plane  
quod ex régibus orta,  
quod ex sémine Abra-  
hæ, quod generosa  
ex stirpe David. Si  
id parum videtur, ad-  
de, quod generatiōni  
illi ob singulare privi-  
légium sanctitatis di-  
vinitus nōscitur esse  
concēssa: quod longe  
ante eisdem pátribus  
cœlitus repromissa,  
quod mysticis præfigu-  
rata miráculis, quod  
oráculis prænunciata  
prophéticis. Hanc enim  
sacerdotális virga, dum  
sine radice flóruit: hanc  
Gedeónis vellus, dum  
in médio siccæ áreæ  
máduit: hanc in Eze-  
chiélis visióne Orien-  
tális porta, quæ nulli  
unquam pátuit, præ-  
signábat. Tu autem &c.

**R.** Concéptio tua,  
Dei génitrix virgo,  
gáudium annunciat  
univérsu mundo: \* Ex

te enim ortus est sol  
justitiæ, Christus Deus  
noster: \* Qui solvens  
maledictionem, dedit  
benedictionem: & con-  
fúndens mortem, do-  
návit nobis vitam sem-  
pitérnam.

¶. Benedicta tu in  
muliéribus, & benedí-  
ctus fructus ventris tui.  
Ex te. Glória Patri.  
Qui solvens.

## In III. Nocturno.

Lectio sancti Evangé-  
lii secúndum Mátthæum,

## Lectio VIII. C. 6.

**L**iber generatiōnis  
Jesu Christi, filii  
David, filii Abraham.  
Abraham génuit Isaac.  
Isaac autem génuit Ja-  
cob. Et reliqua.

Homilia Sancti Hilárii  
Episcopi.

Comment. in Matth. can. 1.

**N**on refert, quis in  
originis número,  
atque ordine collocé-  
tur, dummmodo univer-

sorum familia cœpta esse intelligatur ab uno. Itaque cum ejusdem tribus sit Joseph & Maria, dum profectus esse ex Abrahæ genere Joseph ostenditur, profecta quoque docetur & Maria. Hæc enim in lege ratiō servata est, ut si mortuus sine filiis familiæ princeps esset, defuncti uxorem posterior frater ejusdem cognationis acciperet, suscep-tosque filios in familiam ejus, qui mortuus esset, referret: maneretque ita in primogenitū successiōnis ordo, cum patris eorum, qui post se nati essent, aut nomine haberentur, aut genere. Tu autem &c.

R. Beātam me dicent omnes generationes: \*Quia fecit mihi Dominus magna, qui potens est, & sanctum nomen ejus.

V. Et misericordia

ejus a progénie in progenies timéntibus eum. Quia fecit.

### Lælio VIII.

Sequens illud est, ut, quia diximus secundum rerum fidem generationis istius ordinem nec numero sibi, nec successione constare, hujus quoque rei ratiō afferatur. Non enim levis causa est, ut aliud in narratiōne sit, aliud fuerit in gestis: & aliud referatur in summa, aliud vero teneatur in numero. Namque ab Abraham usque ad David quatuordecim generationes numeratas sunt: & a David usque ad transmigrationem Babylonia in quibusdam libris decem & septem deprehenduntur. Sed in hoc non meudacii, aut negligentiæ vitium est. Tres enim ratione præteritæ sunt. Nam Jo-

ras génuit Ochoziam, Ochozias vero génuit Joam, Joas deinde Amasiam, Amasias autem Oziam: & in Matthæo Joras Oziam genuisse scribitur, cum quartus ab eo sit. Hoc ita, quia ex gentili fœmina Joras Ochoziam génuit, ex Achab scilicet, qui Jézabel habuit uxorem. Tu autem.

**R.** Felix namque es sacra Virgo María, & somni laude dignissima:  
\* Quia ex te ortus est sol justitiae, \* Christus Deus noster.

**V.** Ora pro populo, interveni pro clero, intercéde pro devoto fœmineo sexu: sicutiant omnes tuum juvámen, quicunque célébrant tuam sanctam Conceptionem. Quia ex te. Glória Patri. Christus.

### Lectione IX.

Dénique per Prophétam non nisi quar-

ta generatione in throno régio Israélis quemquam de domo Achab esse siccum dicitur. Purgata igitur labe familiæ gentilis tribus, quæ præteritis jam regulis in quarto generationum consequentium ordine numerantur, & usque ad Mariam generationes quantum decim esse scribuntur, cum in numero decem & septem reperiántur, nullus error esse poterit scientibus, non eam solum esse Dómino nostro Jesu Christo originem, quæ cœpit ex María; sed in procreatione corporeæ nativitatis æternæ significantiam comprehendendi. Tu autem &c.

Te Deum laudamus.

---

MENSIBUS JULIO &  
AUGUSTO.

In II. Nocturno.  
Ex libro Sancti Epiphani. Episcopi adver-

sus hæreses. L. 3.  
hær. 78.

## Lectio IV.

**B**eatæ Mater Dei Maria per Hevam significatur, quæ per ænigma accépit, ut mater viventium vocétur. Illa étenim mater viventium vocáta est, étiam postquam audívit: Terra es, & in terram revertéris; post transgressiónem. Et mirum est, quod post transgressiónem hoc magnaum cognómen habuit. Et quod quidem pertinet ad rem sensibilem, ab illa Heva omnis hominum generatio deducta est in terra: hic autem vere a María hæc vita mundo génita est, ut viventem gigneret, & fieret María mater viventium. Per ænigma igitur María mater viventium appellata est.

R. Conceptio glorió-

sæ Virginis Mariæ, ex semine Abrahæ, ortæ de tribu Juda, clara ex stirpe David, \* Cujus vita suelyta cunctas illústrat Ecclesiás.

V. Concépta est beatæ Virgo María ex progénie David. Cujus.

## Lectio V.

**H**evæ datum est operi re corpus sensibile propter nuditatem sensibilem: Mariæ vero datum est a Deo, ut pareret nobis Agnum & ovem, & ex glória ipsius Agni & ovis fieret nobis véluti a vélere in sapiéntia per virtutem ipsius indumentum incorruptibilitatis. Heva etiam mortis causa facta est hominibus; per ipsam enim mors ingræssa est in mundum: Maria vero causa vitæ, per quam génita est nobis vita, & per hanc Filius Dei advénit in mundum: & ubi abundavit peccátum, ibi

súperabundàvit & grá-  
tia: & unde illáta est  
mors, illinc processit  
& vita, ut vita pro  
morte fieret, & qui  
per mulierem nobis  
vita factus est, mor-  
tem ex muliere indúc-  
tam exclúderet. Et  
quóniam illic Heva,  
cum adhuc esset virgo,  
per inobedientiam  
transgréssa est: e con-  
trário per virginem  
obedientia gratiæ fac-  
ta est, annunciatio ad-  
véntu in carne de cœ-  
lo, & vita æterna.  
Tu autem &c.

v. Cum jucunditáte  
Conceptionem beátæ  
Maríæ recolámus: \*  
Ut ipsa pro nobis in-  
tercédat ad Dóminum  
Jesum Christum.

v. Corde, & ánimo  
Christo canámus gló-  
riam in hac sacra com-  
memoratióne præcél-  
sæ Genitricis Dei Ma-  
ríæ. Ut ipsa.

## Lectio VI.

De María accípitur  
(Hceat mihi hoc  
dícere) quod scriptum  
est de Ecclésia: Re-  
linquet homo patrem  
suum & matrem suam,  
& adhærèbit uxóri su-  
æ: & erunt duo in  
carne una. Sanctus  
autem Apóstolus dicit:  
Mystérium hec mag-  
num est, ego autem  
dico in Christo, & Ec-  
clésia. Et vide Scrip-  
turárum accurátam di-  
cendi proprietátem,  
quod de Adam quidem  
dixit, Formávit: de  
Heva vero non for-  
mátam esse, sed ædi-  
ficátam. Accépit enim,  
inquit, unam de costis  
ejus, & ædificávit ipsi  
in uxórem. Quo o-  
sténdat, Dóminum qui-  
dem de María effor-  
másse sibi ipsi corpus,  
ab ipsa vero costa æ-  
dificátam esse Ecclési-  
am, in eo quod punc-  
tum & apertum est ip-  
sius latus, & mysteria

sanguinis & aquæ pre-tia redemptiōnis facta sunt. Tu autem &c.

R. Concéptio tua, Dei Génitrix Virgo, gaudium annunciavit universo mundo: \* Ex te enim ortus est sol justitiae, Christus Deus noster, \* Qui solvens maledictiōnem, dedit benedictiōnem: & confundens mortem, donavit nobis vitam sem-piternam,

\*. Benedic ta tu in mulieribus & benedic-tus fructus ventris tui. Ex te. Glória Patri. Qui solvens.

In III. Nocturno.

Lectio sancti Evangeli secundum Matthæum.

Lectio VII. C. I.

Liber generatiōnis Je-su Christi, filii Da-vid, filii Abraham. Abraham génuit Isaac. Isaac autem génuit Jacob. Et reliqua.

Homilia Sancti Joannis Chrysostomi.

*Homil. 2. in Matth. post init.*

Auditu quidem mirabile est, quod ineffabilis Deus, & qui nec sermonibus explicari potest, nec cogitationibus comprehendi, Patrique per omnia coæqualis, per Virginis ad nos venit uterum, & fieri ex muliere dignatus est, & habere progenitores David & Abraham: & quid dico, David & Abraham? etiam illas, quod magis stupendum est, fœminas, quas paulo ante memoravi. Hæc igitur audiens mente consurge, nihilque humile suspicēris; sed pótius propter hoc ipsum maxime mirare, quia cum verus & diléctus Filius sit sempiterni Dei, etiam filius David esse dignatus est, modo ut te

filium fáceret Dei: ser-vum patrem habére dignátus est, ut tibi servo patrem fáceret ipsum Deum. Tu autem &c.

**R.** Beátam me di-  
cent omnes generatió-  
nes: \* Quia fecit mi-  
hi Dóminus magna, qui  
potens est, & sanctum  
nomen ejus.

**V.** Et misericórdia  
ejus a progénie in pro-  
génies timéntibus eum.

### Lección VIII.

**V**ides ab ipso statim principio, quam læta sint hæc núnzia. Quod si ámbigis de his, quæ ad tuum spec-tant honórem, ab iis, quæ illis sunt, etiam tua disce crèdere. Quantum enim cónse-quí potest humána rá-tio, multo est diffici-lius Deum hóminem fieri, quam hóminem Dei filium consecrari. Cum ergo audieris,

quia filius Dei filius sit & David & Abraham dubitare jam désine, quod & tu, qui filius es Adæ, futúrus sis filius Dei. Non enim semetípsum ita humiliásset, nisi nos esset exaltatúrus. Natus est enim secúndum carnem, ut tu nascerére spíritu; natus est ex muliere, ut tu delíneres filius esse mulieris. Tu autem &c.

**R.** Felix namque es sacra Virgo María, & omni laude dignissima: \* Quia ex te ortus est sol justitiae. Christus Deus noster.

**V.** Ora pro pôpulo, intéreni pro clero, intercéde pro devóto fœmíneo sexu: séntiant omnes tuum juvá-men, quicunque céle-brant tuam sanctam Conceptionem. Quia ex te. Glória Patri, Christus.

## Lectione IX.

Propterea duplex facta generatio est, haec scilicet nostræ similis, illa nostram eminenter excédens. Quod enim natus ex fæmina est, & nobis competit; quod vero non ex sanguine, neque ex voluntate carnis aut viri, sed ex Spíitu Sancto, aliam nobis sublimiorē, futurānque & Spíitu consequendam generatiōnem promittit. Sed alia quoque omnia ex simili diversitate constabant. Nam & baptisma profecto tale suscepit, quod habéret quidem aliquid vèteris, habéret & novi. Quod enim baptizatus est a Propheta, expressit vetus; quod autem descendit Spíritus, adumbravit novum. Tu autem &c.

Te Deum laudamus

MENSIBUS SEPTEMBER & OCTOBRI.

## In II. Nocturno.

Ex Epistola Sancti Ambròsij Episcopi ad Siricium Papam. Epistol. 81. al. 7.

## Lectione IV.

De via perversitatis produntur dicere: Virgo concépit, sed non Virgo generávit. Pótuit enim Virgo concipere, non pótuit Virgo generare, cum semper conceptus præcedat, partus sequatur? Sed, si doctrinis non crèditur sacerdotum, credatur oraculis Christi, credatur mónitis Angelorum, dicentium: Quia non est impossibile Deo omne verbum. Credatur symbolo Apostolorum, quod Ecclésia Romána intermeratum semper custódit, & servat. Audívit Maria vocem Angeli, & quæ ante di-

xerat: Quómodo fiet istud? non de fide generationis interrogans, respóndit póstea: Ecce ancilla Dómini, contingat mihi secundum verbum tuum. Tu autem &c.

**R.** Concéptio gloriæ-virginis Mariæ, ex semine Abrahæ, ortæ de tribu Juda, clara ex stirpe David, \* Cujus vita inclita cunctas illustrat Ecclésias.

**V.** Concépta est beatæ virgo María ex progénie David. Cujus vita.

Ex libro Sancti Hieronymi presbyteri ad versus Joviniánum.

*Ex Apolog. ad Pammachium, pro libro adversus Jovinianum, in fine.*

### Lectione V.

**C**hristus virgo, mater virginis nostri virgo perpetua, mater & virgo, Jesus enim clausis ingrèssus est osti-

is: & in sepulchro ejus, quod novum & in petra durissima fúerat excisum, nec ante quis, nec póstea pósitus est. Hortus conclusus, fons signatus: de quo fonte ille fluvius manat, juxta Joel, qui irrigat torrentem vel fúnium, vel spinarum: fúnium, peccatórum, quibus ante alligabámur; spinarum, quæ suffocant seméntem patrisfamilias. Hæc est porta Orientális, ut ait Ezéchiel, semper clausa, & lúcida, opériens in se, vel ex se priferens Sancta sanctorum; per quam sol iustitiæ, & pontifex noster secundum ordinem Melchisedech ingréditur & egréditur. Tu autem &c.

**R.** Cum jucunditatè Conceptionem beatæ Mariæ recolámus: \* Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dóminum Iesum Christum.

¶. Corde, & animo  
Christo canámus gló-  
riam in hac sacra com-  
memoratiōne præcél-  
sæ genitricis Dei Ma-  
rīæ. Ut ipsa.

Ex libro Sancti Irenæi  
Episcopi & mártiris  
adversus hæreses. Lib.  
V. c. 19.

### Letio VI.

In sua propria veniēn-  
te Dómino, & sua  
própria eum bájulânte  
conditione, quæ baju-  
latur ab ipso, & réca-  
pitulationem ejus, quæ  
in ligno fuit, inobedién-  
tiæ, per eam, quæ in  
ligno est, obediéntiam  
faciente, & seductiō-  
ne illa soluta, qua se-  
ducta est male illa, quæ  
jam viro destinata erat,  
virgo Heva: per veri-  
tatem evangelizáta est  
bene ab Angelo jam  
sub viro virgo María.  
Quemádmodum enim  
illa per angélicum ser-

mónem sedúcta est, ut  
effúgeret Deum, præva-  
riata verbum ejus: ita  
& hæc per angélicum  
sermónem evangelizá-  
ta est, ut portaret De-  
um, obédiens ejus ver-  
bo. Et sicut illa se-  
dúcta est, ut effúgeret  
Deum; sic hæc suasa  
est obedire Deo, ut  
vírginis Hevæ virgo  
María fieret advocá-  
ta, & quemádmodum  
adstricatum est morte  
genus humánum per  
vírginem, solvátor per  
vírginem; æqua lance  
dispósa virginális in-  
obediéntia, per virgi-  
nalem obediéntiam. Tu  
autem &c.

¶. Concéptio tua,  
Dei génitrix virgo.  
gáudium annunciat  
univérso mundo: \* Ex  
te enim ortus est sol  
justitiæ, Christus Deus  
noster: \* Qui solvens  
maledictionem, dedit  
benedictionem: & con-  
fundens mortem, dona-

**vit nobis vitam sempiternam.**

¶. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Ex te. Glor. Pat. Qui solvens.

*In III. Nocturno.*

**Lectio Sancti Evangeli secundum Matthæum.**

**Lectio VII. C. I.**

**L**iber generationis Jesus Christi, filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

**Homilia Sancti Joannis Chrysostomi.**

*Homil. 2. in Matth. post init.*

**C**ujus vero rei gratia librum ipsum generationis Christi vocat; ubi non sola utique generatio, sed tota prorsus ipsius mysterii dispensatio continetur? Quia totius felicitatis dispensationis caput, radix atque principium

omnium nobis in hoc consistit bonorum. Ut enim Moyses librum cœli appellavit ac terræ, cum certe non de cœlo solum terraque loqueretur, sed de eunctis, quæ inter ipsa subsistunt: ita etiam Evangelista ab ipso omnium fonte & capite bonorum librum vocavit. Tu autem &c.

¶. Beatum me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi Dominus magna, qui potens est, & sanctum nomen ejus.

¶. Et misericordia ejus a progénie in progenies timéntibus eum. Quia.

**Lectio VIII.**

**Q**ua vero de causa non eum ante filium Abrahæ, & postea, filium David nuncupavit? Non sicut opinantur aliqui, ab inferioribus volens ad superiora concendere. Ceterum fecisset, quod

fecit & Lucas: nunc autem e contrario facit. Cur ergo commoravit priorem David? Quia ipse procul dūbio in ómnium versabatur ore, ob insigne honoris & gloriæ, ob ipsius quoque temporis spatiā junctiōra. Etsi enim utrīque promiserat Deus, sed tamen illud quasi antiquum reticebatur, hoc vero quasi novum & recens ab omnibus celebrabatur. Tu autem &c.

¶. Felix namque es sacra Virgo María, & omni laude dignissima: \*Quia ex te ortus est sol justitiae. \* Christus Deus noster.

¶. Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto fæmineo sexu: sentiant omnes tuum juvamen, quicunque célébrauit tuam sanctam Concepcionem. Quia ex te. Glória Patri. Christus.

## Leilio IX.

Ipsi namque Judæi, dicunt: Nonne ex semine David, & Béthlehem castello, unde erat David, venit Christus? Nemo igitur illum filium Abrahæ, sed omnes filium David nominabant: qui etiam honorabiliores quoque de sanctitate reges, qui post David fuisse referuntur, ab illo omnes vocabant. Nec ipsi solum, verum etiam Deus: nam & Ezéchiel, & alii Prophétæ dicunt, David surrectum esse eis, atque venturum; non de illo útique mortuo jam loquentes, sed de iis, qui illius virtutem erant imitaturi. Propterea igitur a notiore interim & celebratiore persona sumit exordium, & tum demum ad antiquiorem recurrat paréntem. Tu autem &c.

Te Deum laudamus.

MENSIBUS NOVEMBRI,  
& DECEMBRI.

*In II. Nocturno.*

De Expositiōne Sancti  
Gregorii Papæ in li-  
bros Regum. *L. I. R.  
C. I.*

*Lectione IV.*

Fuit vir unus de Ramá-  
mathaim Sophim, de Monte Ephraim.  
Potest hujus montis  
nōmine Beatissima sem-  
per Virgo María, Dei  
génitrix, delignari.  
Mons quippe fuit, quæ  
omnem éléctæ creatu-  
ræ altitudinem, elec-  
tioñis suæ dignitatē  
transcendit. An non  
mons sublimis María, quæ  
ut ad Conceptiō-  
nem æterni Verbi per-  
tingeret, meritórum  
vértecem supra omnes  
Angelórum choros us-  
que ad sólium Deitatis  
erexit? Hujus enim  
montis præcellentissi-  
mam dignitatem Isaías  
vatícinans, ait: Erit  
in novissimis diébus

præparátus mons do-  
mus Dómini in vértice  
móntium. Mons quip-  
pe in vértice montium  
fuit, quia altitudo Ma-  
riæ super omnes Sanc-  
tos refúlxit. Tu autem  
&c.

¶. Concéptio glorió-  
sa Vírginis Mariæ ex  
semine Abrahæ, or-  
tæ de tribu Juda, cla-  
ra ex stirpe David, \*  
Cujus vita ínclita con-  
ctas illústrat Ecclésias.

¶. Concépta est Beá-  
ta Vírgo María ex pro-  
génie David. Cujus.

Ex Epístola Sancti Le-  
ónis Papæ ad Pulché-  
riam Augustam. *Epist.  
13. ante med.*

*Lectione V.*

Sacraméntum récon-  
ciliatiōnis nostræ  
ante témpora æterna  
dispósum, nullæ im-  
plébant figūræ: quia  
nondum supervenerat  
Spíritus sanctus in Vír-  
ginem, nec virtus Al-

tissimi obumbraverat ei,  
ut & intra intemerata  
viscera, ædificante sibi  
Sapientia domum, Ver-  
bum caro fieret, & for-  
ma Dei ac forma ser-  
vi in unam convenien-  
te personam creatorum  
temporum nasceretur  
in tempore, & per quem  
facta sunt omnia, ipse  
inter omnia gigneretur.  
Nisi enim novus  
homo, factus in simili-  
tudinem carnis peccati,  
nostram susciperet  
vetustatem; & consub-  
stantialis Patri, consub-  
stantialis esse dignaretur  
& matri, naturam  
que sibi nostram solus  
a peccato liber unitret;  
sub jugo diaboli gene-  
raliter teneretur huma-  
na captivitas. Tu  
autem &c.

R. Cum jucunditate  
Conceptionem Beatae  
Mariæ recolamus \* Ut  
ipsa pro nobis inter-  
cedat ad Dominum Je-  
sum Christum.

\* Corde, & animo

Christo canamus gló-  
riam in hac sacra com-  
memoratio[n]e præcessæ  
genitricis Dei Mariæ.  
Ut ipsa.

De Expositio[n]e Sancti  
Basilii Episcopi in  
Isaiam Prophetam. In  
cap. 8. post initum.

### Lectio VI.

Accessi, inquit, ad prophetissam, & in utero accépit, & pér-  
perit filium. Quod María prophetissa fúerit,  
ad quam próxime accéssit Isaías per pre-  
noti[on]em spíritus, ne-  
mo contradíixerit, qui  
sit memor verbórum  
Mariæ, quæ prophéti-  
co afflata Spíritu elo-  
cuta est. Quid enim  
ait: Magnificat anima  
mea Dominum, & ex-  
ultavit spíritus meus in  
Deo salutari meo: quia  
respexit humilitatem  
ancillæ suæ; ecce e-  
nim ex hoc beatam me  
dicent omnes genera;

tiones? Quod si animum accommodaveris universis ejus verbis, non utique contentiose negaveris, eam fuisse prophetissam, quod Domini spiritus in eam supervenerit, & virtus Altissimi obumbraverit ei. Tu autem &c.

**R.** Concéptio tua, Dei génitrix Virgo, gaudium annunciavit universo mundo: \* Ex te enim ortus est sol justitiae, Christus Deus noster: \* Qui solvens maledictionem, dedit benedictionem: & confundens mortem, donavit nobis vitam semperitnam.

**R.** Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Ex te. Glória Patri. Qui solvens.

In III. Nocturno.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum

Lectio VII. C. I.  
Liber generationis Jesus Christi, filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua. Homilia Sancti Joannis Chrysostomi.

*Hom. 2. in Mat. post init.*  
Duo sunt, quae páriunt quæstiōnem. Unum, quæ causa sit, ut in generationum catálogo Virgo fileatur; alterum vero, qua ratione Joseph memoratur, cui certe nihil cum Christi generatiōne est commune. Videlicet enim & unum abundare, & alterum deesse. Quid ergo dicimus? quod utique primum illud necesse fuerat memorari, quemadmodum ex David Virgo descendenter. Unde hoc itaque discimus? Audi ad Gabriel loquentem Dominum:

Vade ad Vírginem de sponsátam viro, cui nomen Joseph, ex domo & família David. Quid vis audire manifestius, cum ex domo & família David illam Vírginem esse cognóscas? Tu autem &c.

**R.** Beátam me dicent omnes generatiōnes: \* Quia fecit mihi Dóminus magna, qui potens est, & sanctum nomen ejus.

**V.** Et misericórdia ejus a progénie in progénies timéntibus eum. Quia.

### Lectio VIII.

**N**on erat mos apud Hebræos, generatiōnum catalogum pér féminas téxere. Ut ergo & morem custodíret, neve in ipso statim princípio vide-rétur antiqua destrúere, & nobis vírginem cértius indicáret: paréntes ejus réticens,

atque majóres, de Joseph generatiōne non tacuit. Sive enim hæc fecisset in Vírgine, novitatiis non effugisset invidiam: sive Joseph reticuisset, non agnoscerémus, ex qua tribu Virgo sublisteret: ut ergo & nos discernerémus, quæ esset María, vel unde, & consuetudo legis permaneret immóbilis, generatiōnum catálogum usque ad sponsum ejus perdúxit, ac de domo illum David esse monstrávit. Tu autem &c.

**R.** Felix namque ex sacra virgo María, & omni laude dignissima: \* Quia ex te ortus est sol justitiae, \* Christus Deus noster.

**V.** Ora pro pópulo, intèrveni pro clero, intercéde pro devóto fœmineo sexu: séntiant omnes tuam juvámen, quicúnque célébrant tuam sanctam Concep-

tiónem. Quia. Glória  
Patri. Christus.

*Lectione IX.*

Hoc enim declaráto,  
illud quoque pári-  
ter osténdit, quod scí-  
licet inde esset & Vir-  
go, quia útique ne-  
quáquam justus iste  
paterétur uxórem si-  
bi aliúnde, quam un-  
de lex præcipiébat,  
elígere. Póssumus ve-  
ro áliam quoque &  
altiórem quidem pro-  
férre ratíonem, ob  
quam paréntes Virgi-  
nis prætermíssi sunt.  
Sed quæ ea est? Nó-  
luit Evangelista recén-  
ti adhuc tempore no-  
vi illíns admirandique  
partus, Judæis esse  
maniféstum, quod Chri-  
stus natus fuisset ex  
vírgine. Neque pró-  
prius noster hic sermo  
est, sed a nobis de  
patrum atque insig-  
nium virórum tradi-  
tione suscéptus. Tu  
autem &c.  
Te Deum laudámus.

OFFICIUM.  
De quinque Vulnéri-  
bus D. N. I. C. Dup.  
majus.  
Pro Feria VI. post diem  
Cínerum.

*Ad Vesperas.*

*Antiph.* Vere languó-  
res nostros ipse tulit,  
& dolóres nostros ipse  
portávit.

*Psalmus 115.*  
*C*réddi, propter quod  
locútus sum: \* Ego  
autem humiliátus sum  
nimis.

Ego dixi in excéssu  
meo: \* Omnis homo  
mendax.

Quid retríbuam Dó-  
mino, \* pro ómnibus,  
quæ retríbuit mihi?

Cálicem salutáris ac-  
cípiam: \* et nomen Do-  
mini invocábo.

Vota mea Dómino  
reddam coram omni  
pópulo ejus: \* Pretiosa  
in conspéctu Dómini  
mors Sanctórum ejus.

O Dómine, quia ego servus tuus: \* ego servus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Dicupisti vincula mea: \* tibi sacrificabo hóstiam laudis, & nomen Dómini invocabo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis populi ejus: \* in átriis domus Dómini, in médio tui Je-rúsalem.

*Antiph.* Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit.

*Antiph.* Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelerata nostra.

*Psalm 119.*

**A**d Dóminum, cum tribulárer, clamávi: \* & exaudívit me.

Dómine libera ánimam meam a lábiis iniquis, \* & a língua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi \*

ad línguam dolosam? Sagittæ poténtis acutæ, \* cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongátus est: habitávi cum habitantibus Cedar; \* multum incola fuit ánima mea. Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus: \* cum loquabar illis, impugnabant me gratis.

*Ant.* Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelerata nostra.

*Ant.* Alligávit Dóminus plagam populi sui, & percussúram e-jus sanávit.

*Psalmus 139.*  
**E**ripe me Dómine ab homine malo: \* Aviro iníquo éripe me.

Qui cogitáverunt iniquitates in corde: \* tota die constituébant prælia.

Acuérunt línguas su-as sicut serpéntis: \*

venénum áspidum sub cies eos: \* in misé-  
lábiis eórum.

Custódi me Dómine  
de manu peccatóris: \*  
& ab homínibus ini-  
quis éripe me.

Qui cogitávérunt  
supplantáre gressus me-  
os: \* abscondérunt su-  
pérbi láqueum mihi:

Et funes extendé-  
runt in láqueum: \*  
juxta iter scándalum  
posuérunt mihi.

Dixi Dómino: Deus  
meus es tu: \* exáudi  
Dómine vocem depre-  
cationis meæ.

Dómine, Dómine  
virtus salútis meæ: \*  
obumbrásti super caput  
meum in die belli:

Ne tradas me Dómi-  
ne a desidério meo pec-  
catóri: \* cogitávérunt  
contra me, ne dere-  
linquas me, ne forte  
exaltentur.

Caput circúitus eó-  
rum: \* labor labiorum  
ipsórum opériet eos.

Cadent super eos car-  
bones, in ignem dei-  
ji-

riis non subsistent.

Vir linguófus non  
dirigétur in terra: \*  
virum iójustum mala-  
cipient in intéritu.

Cognóvi, quia fáciet  
Dóminus judícium ino-  
pis: \* & vindictam  
páuperum.

Verúmtameni justi  
confitebúntur nómini  
tuo: \* & habitálunt  
recti cum vultu tuo.

*Ant.* Alligávit Do-  
minus plagam populi  
sui, & percussúram e-  
jus sanávit.

*Ant.* Omnis, qui  
transfíbit, stupébit su-  
per omnes plágas ejus.

### Psalmus 140.

Domine clamávi ad  
te: \* inténde vo-  
ci meæ, cum clamá-  
vero ad te.

Dirigátur orátiō mea  
sicut incénsum in con-  
spéctu tuo: \* elevátiō  
mánuum meárum sa-  
crificium vespertínum.

Pone Dómine custódiam ori meo: \* & óstium circumstántiæ lábiis meis.

Non declínes cor meum in verba malitiae.  
\* Ad excusáandas excusatíones in peccátis.

Cum homínibus ope-rantibus iniquitatétem:  
& non communicábo cum éléctis eórum.

Corripiet me iustus in misericórdia, & in-crepábit me: \* óleum autem peccatóris non impínguet caput meum.

Quóniam adhuc & oratio mea in bene-plácitis eórum: \* ab-sorpti sunt iuncti pet-ræ júdices eórum.

Audient verba mea,  
quóniam potuérunt: \* sicut crassitudo terræ  
erupta est super terram.

Dissipáta sunt offa-nos tra secus inférnum:  
\* quia ad te Dómine,  
Dómine óculi mei: in-te speravi, non auferas à animam meam.

Custodi me a láqueo,  
quem statuérunt mihi:  
\* & a scándalis ope-rantium iniquitatétem.

\* Cadent in retiácu-lo ejus peccatóres \* sin-gulariter sum ego, do-nec tránseam.

*Ant.* Omnis, qui transibit, stupébit su-per omnes plagas ejus.

*Ant.* O vos omnes, qui transit per viam, atténdite, & vidéte, si est dolor, sicut dolor meus.

*Psalmus 141.*  
Voce mea ad Dómi-num clamávi: \* voce mea ad Dómi-num deprecátus sum:

Effúndo in conspé-ctu ejus orationem me-am, \* & tribulatióne meam ante ipsum pro-núncio.

In deficiéndo ex me spíritum meum, \* & tu cognovisti sémitas meas.

In via hac, qua am-bulábam, \* abscon-dérunt láqueum mihi.

Considerábam ad dexteram, & vidébam: \* & non erat, qui cognosceret me.

Périit fuga a me, \* & non est, qui requirat ánimam meam.

Clamávi ad te Dómine, \* dixi: Tu es spes mea, pótio mea in terra vivéntium.

Inténde ad deprecationem meam: \* quia humiliátus sum nimis.

Libera me a persequéntibus me; \* quia confortati sunt super me.

Educ de custódia ánimam meam ad confitendum nómini tuo: \* me expéctant justi, donec retríbuas mihi.

*Ant.* O vos omnes, qui transítis per viam, atténdite, & vidéte, si est dolor, sicut dolor meus.

### Capitulum. *Isaia 53.*

Christus vulnerátus est propter iniquitátes nostras, attritus

est propter scélera nostra, cujus livore sa- náti sumus.

R. Deo grátias.

### Hymnus.

\* *Pange lingua gloriósi Láuream certáminis:*  
Et super crucis trophæo  
Dic triúmphum nóbilem:

Quáliter Redémptor or-  
bis

*Immolátus viscerit.*

\* *De paréntis protoplásti*  
Fraude factor cóndo-  
lens,

Quando pomi noxiális  
In necem morsu ruit:  
Ipse lignum tunc notá-  
vit,

Damna ligni ut sólve-  
ret.

\* *Hoc opus nostræ salútis*  
Ordo depopóscerat:  
Multiformis proditóris  
Ars ut artem falleret,  
Et medélam ferret in-  
de,

Hostis unde læserat.

\* *Quando venit ergo sacri*  
Plenitudo témporis,  
Missus est ab arce Patris  
Natus, orbis cónditor.

Atque ventre virgináli  
Carne amictus pródiit.  
\* *Vagit infans inter ardæ*  
Cónditus præsepia;

Membra paenit invo-  
luta

Virgo mater illigat:  
Et Dei manus, pedes-  
que

Stricta cingit fascia.

\* Sempiterna sit beatæ  
Trinitati gloria  
Æqua Patri, Filioque,  
Par decus Paracclito:  
Unius, trinque nomen  
Laudet universitas.

Amen.

¶. Videbunt, in quem  
transfixerunt.

¶. Et dolerunt su-  
per eum, ut in mor-  
te primogeniti.

*Ad Magnificat. Ant.*

Dum in cruce pen-  
deret unigenitus Dei  
Filius, & ab omnibus  
subfannaretur, mater  
ejus Virgo Maria, ip-  
sum verum Deum &  
hominem condolens  
venerabatur.

*Oratio.*

Deus, qui unigeniti  
Filii tui passione,  
& per quinque vulnera  
ejus sanguinis effu-  
sione, humanam na-

turam peccato perdi-  
cam reparasti: tribue  
nobis, quæsumus; ut  
qui ab eo suscepta vul-  
nera veneramur in ter-  
ris; ejusdem protiosissimi  
Sanguinis fructum  
consequi mereamur  
in caelis. Per eundem  
Dominum, &c.

*Deinde fit Commemora-  
tio de Feria.*

*Ant.* Dómine non sum  
dignus, ut intres sub  
cectum meum, sed tan-  
tum dic verbo, & fa-  
nabitur puer meus.

¶. Dirigatur Dómi-  
ne oratio mea.

¶. Sicut incensum  
in conspectu tuo.

*Oratio.*

Parce Dómine, parce  
pópulo tuo: ut dignis  
flagellationibus ca-  
stigatus, in tua misera-  
tione respíret. Per  
Dominum nostrum, &c.

*Ad Matut. Invitat.*

Christum in cruce  
confixum, quinque pla-

gis vulneratum, \* Ve-  
nire, adoremus.

*Psalm.* Venite, exulta-  
temus, &c.

*Hymnus.*

Pange lingua &c.  
ut in I. *Vesperis.*

*In I. Nocturno.*

*Ant.* Quis est, qui  
venit de Edom, tinctus  
vestibus de Bosra?

*Psalmus 10.*

In Domino confido:  
quomodo dilectis animae  
meae: \* Transmi-  
gra in montem sicut  
passer?

Quoniam ecce pec-  
catores intenderunt ar-  
cum, paraverunt sagit-  
tas suas in pharetra,  
\* ut sagittent in obscu-  
ro rectos corde.

Quoniam quae per-  
fecisti, destruxerunt: \*  
justus autem quid fecit?

Dominus in templo  
sancto suo, \* Domi-  
nus in caelo sedes ejus.

Oculi ejus in paupe-  
rem respiciunt: \* pal-

pebrae ejus interrogant filios hominum.

Dominus interrogat  
justum & impium: \*  
qui autem diligit ini-  
quitatem, odit animam  
suam.

Pluet super peccato-  
res lacheos: \* ignis,  
& sulphur, & spiritus  
procellarum pars cali-  
cis eorum.

Quoniam justus Do-  
minus, & justicias di-  
lexit: \* aequitatem vi-  
dit vultus ejus.

*Ant.* Quis est, qui  
venit de Edom, tinc-  
tis vestibus de Bosra?

*Ant.* Quare rubrum  
est indumentum tuum,  
& vestimenta tua sicut  
calcantium in torculari?

*Psalmus 14.*

Domine, quis habi-  
bit in tabernaculo tuo? \* aut quis  
requiesceret in monte  
sancto tuo!

Qui ingreditur sine  
macula, \* & operatur  
justitiam:

Qui loquitur veritatem in corde suo, \* qui non egit dolum in lingua sua:

Nec fecit proximo suo malum, \* & opprobrium non accépit aduersus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus: \* timentes autem Dóminum glorificat:

Qui jurat proximo suo, & non décipit, \* qui pecúniam tuam non dedit ad usúram, & munera super innocentem non accépit:

Qui facit hæc, \* non movébitur in ætérnum.

*Ant.* Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?

*Ant.* Tórcular calcávi solus; & de gentibus non fuit vir mecum.

*Psalmus 23.*

Domini est terra & plenitudo ejus, \* or-

bis terrarum, & univer- si, qui hábitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: \* & super flúmina præparávit eum.

Quis ascendet in montem Dómini? \* aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manib⁹ & mundo corde, \* qui non accépit in vano animam suam, nec jurávit in dolo proximo suo.

Hic accípiet benedictionem a Dómino: \* & misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio querentium eum, \* querentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, & elevámi portæ eternales: \* & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? \* Dóminus fortis, & potens, Dóminus potens in prælio.

Attollite portas principes vestras, & elevá-

mini portæ æternâles:  
\* & introïbit Rex glò-  
riæ.

Quis est iste Rex glò-  
riæ? \* Dominus virtú-  
tum ipse est Rex glò-  
riæ.

*Ant.* Tórcular calcá-  
vi solus, & de géntibus  
non fuit vir mecum.

\*. Fodérunt manus  
meas, & pedes meos.

\*. Dinumeravérunt  
omnia offa mea.

### *Lectio I.*

De Isaia Prophéta.

*Cap. 53.*

Quis crédidit audíti  
nostro? & brâchium  
Domiini cui revelátum  
est? & ascéndit sicut  
virgultum coram eo, &  
sicut radix de terra si-  
téati. Non est species  
ei, neque decor, & vi-  
dimus eum, & non erat  
aspéctus, & desiderá-  
vimus eum: despéctum,  
& novissimum virórum,  
virum dolórum, &  
sciéntem infirmitatēm,  
& quasi absconditus vul-

tus ejus, & despéctus:  
unde nec reputávimus  
eum. Vere languores  
nóstros ipse tulit, &  
dolóres nóstros ipse  
portávit. Et nos pu-  
tavimus eum quasi le-  
prósum, & percússum  
a Deo, & humiliátum.  
Ipse autem vulnerátus  
est propter iniquitätes  
nostræ, attritus est  
propter scélera nostra;  
disciplína pacis nostre  
super eum, & livore  
ejus sanáti sumus. Tu  
autem Domine, &c.

\*. Deo gràtias.

\* Gratificávit nos  
Deus in dilécto Filio  
suo: \* In quo habémus  
mus redemptiōnem per  
sanguinem ejus in re-  
missionem peccatórum.

\*. Ecce venit pleni-  
tudo témporis, in quo  
misit Deus Filium su-  
um in terras. In quo  
habémus &c.

### *Lectio II.*

Omnes nos quasi oves  
errávimus, unus-

quisque in viam suam  
declinavit, & posuit Dominus  
minus in eo iniquitatem  
omnium nostrum. Oblatus est,  
quia ipse voluit, & non aperte  
os suum: sicut ovis ad  
occisionem ducetur; &  
quasi agnus coram tonante  
se obmutescet, &  
non apertet os suum.  
De angustia, & judicii  
subiactus est; genera-  
tionem eius quis enarrabit?  
Quia abscessus  
est de terra viventium:  
propter scelus populi  
mei percussi eum. Et  
dabit impios pro sepul-  
tura, & divites pro  
morte sua: eo quod  
iniquitatem non fecerit,  
neque dolus fuerit in  
ore ejus. Et Dominus  
voluit contenerem  
eum in infirmitate. Tu  
autem, &c. R. Deo  
gratias.

R. Nos, qui aliquando  
eramus longe, facti  
sumus prope per San-  
guinem Jesu Christi. \*

Ipsa est pax nostra, qui  
fecit utraque unum.

\* A Domino factum  
est illud, & est mirabile  
in oculis nostris. Ipsa  
est pax nostra &c.

*Lectio III. C. 63.*

Quis est, qui venit  
de Edom, tintatis  
vestibus de Bosra? Iste  
formosus in stola sua,  
geradiens in multitudo  
fortitudinis suae. Ego,  
qui loquor justitiam, &  
propugnator sum ad sal-  
vandum. Quare ergo  
rubrum est indumentum  
tuum, & vestimenta tua  
sicut calcantium in torculari? Tór-  
cular calcavi solus, &  
de Gentibus non est vir  
mecum: calcavi in fur-  
ore meo, & conculcavi  
eos in ira mea, & asper-  
sus est sanguis eorum  
super vestimenta mea,  
& omnia indumenta mea  
inquinavi: dies enim ul-  
tioris in corde meo, annus  
Redemptionis meae  
venit, circum spexi, &  
non erat auxiliator;

quæsivi, & non fuit, qui adjuvaret. Tu autem, &c. R. Deo grāitas.

R. In primogénito ex mortuis complacuit omnem plenitudinem Divinitatis inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipsum. \* Pacificans per Sanguinem crucis ejus, sive quæ in Cœlis, sive quæ in terris sunt.

\*. Ipse est caput corporis Ecclésiæ, in omnibus primatum tenuens. Pacificans &c. Glória Patri. Pacificans &c.

In II. Nocturno.

Ant. Fodérunt manus meas, & pedes meos; dinumeraverunt omnia offa mea.

*Psalmus. 21.*

Deus, Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti? longe a salute mea verba dilectorum meorum.

Deus meus, clamábo per diem, & non exaudies: \* & nocte, & non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto hábitas, \* Laus Israël.

In te speraverunt patres nostri: \* speravérunt, & liberasti eos.

Ad te clamaverunt, & salvi facti sunt: \* in te speraverunt, & non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, & non homo: \* opprobrium hominum, & abjectio plebis.

Omnis videntes me, deriserunt me: \* locuti sunt labiis, & moverunt caput:

Speravit in Domino, eripiat eum: \* salvum faciat eum, quóniam vult eum.

Quóniam tu es, qui extraxisti me de ventre: \* spes mea ab uberibus matris meæ: in te projectus sum ex utero:

De ventre matris meæ Deus meus es tu, \* ne discesseris a me:

Quóniam tribulatio proxima est: \* quóniam non est, qui adjuvet.

Circumdedérunt me  
vítuli multi: \* tauri  
pingues obsedérunt me.

Aperuérunt super me  
os suum, \* sicut leo rá-  
piens, & rúgiens.

Sicut aqua effusus  
sum: \* & disperfa sunt  
ómnia ossa mea.

Factum est cor meum  
tanquam cera liqué-  
ficens \* in medio ventris  
mei.

Aruit tanquam testa  
virtus mea, & liega  
mea adhæsit fáucibus  
meis: \* & in púlverem  
mortis deduxisti me.

Quoniam circumde-  
dérunt me canes mul-  
ti: \* concílium malig-  
nantium obsédit me.

Fodérunt manus me-  
as, & pedes meos: \*  
dinumerávérunt ómnia  
osfa mea.

Ipsi vero consideravé-  
runt, & inspexérunt  
me: \* divisérunt sibi  
vestiménta mea, & su-  
per vestem meam mi-  
sérunt sortem.

Tu autem, Dómine,  
ne elongáveris auxili-  
um tuum a me: \* ad  
defensionem meam cón-  
spice.

Erua a frámea, De-  
us, ánimag meam: \*  
& de manu canis úni-  
cam meam:

Salva me ex ore leó-  
nis: \* & a córnibus  
unicórniū humilitá-  
tem meam.

Narrábo nomen tuum  
fráatribus meis: \* in mé-  
dio Ecclésiæ laudábo te.

Qui timétis Dómi-  
num, laudáte eum: \*  
univérsum semen Jacob  
glorificáte eum.

Timeat eum omne  
semen Israël: \* quóni-  
am non sprevit, neque  
despexit deprecatió-  
nem páuperis:

Nec avértit fáciem  
suam a me: \* & cum  
clamárem ad eum, ex-  
audívit me.

Apud te laus mea in  
ecclésia magna: \* vo-  
ta mea reddam in con-  
spéctu timéntium eum.

Edent pauperes, & saturabuntur: & laudabunt Dóminum, qui requírunt eum: \* vivent corda eórum in sæculum sæculi.

Reminiscéntur, & converténtur ad Dóminum, \* univérsi fines terræ:

Et adorábunt in conspectu ejus \* univérsæ familiæ Géntium.

Quóniam Dómini est regnum: \* & ipse dominabitur Géntium.

Manducavérunt, & adoravérunt omnes pingues terræ: \* in conspectu ejus cadent omnes, qui descendunt in terram.

Et anima mea illi vivet: \* & semen meum serviet ipsi.

Annunciabitur Dómino generatio ventura: \* & annuciabunt cæli justitiam ejus populo, qui nascétur, quem fecit Dóminus.

Ant. Fodérunt manus meas, & pedes meos;

omnúmeraverunt ómnia offa mea.

Ant. A planta pedis usque ad vérticem non est in eo sánitas.

### Psalmus 65.

Jubiláte Deo omnis terra, psalmum dicite nōmini ejus: \* date gloriā laudi ejus.

Dícite Deo, quam terribilia sunt ópera tua, Dómine! \* in multitúdine virútis tuae mentientur tibi inimici cui.

Omnis terra adóret te, & pallat tibi, \* psalmum dicat nōmini tuo.

Venite, & vldéte ópera Dei: \* terribilis in consiliis super filios hóminum.

Qui convértit mare in áridam, in flumi- ne pertransibunt pede: \* ibi lætabimur in ipso.

Qui dominatur in virtute sua in æternum, oculi ejus super Gen-

tes respiciunt: \* qui exasperant, non exaltentur in semetipsis.

Benedicite Gentes Deum nostrum, \* & auditam facite vocem laudis ejus.

Qui posuit animam meam ad vitam, \* & non dedit in commotionem pedes meos.

Quoniam probasti nos Deus: \* igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.

Induxisti nos in lagueum, posuisti tribulationes in dorso nostro: \* imposuisti homines super capita nostra.

Transivimus per ignem, & aquam: \* & eduxisti nos in refrigerium.

Introibo in domum tuam in holocaustis: \* reddam tibi vota mea, quae distinxerunt labia mea.

Et locutum est os meum, \* in tribulacione mea.

Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum: \* offeram tibi boves cum hircis.

Venite, audite, & narrabo, omnes, qui timetis Deum, \* quanta fecit animae meae.

Ad ipsum ore meo clamavi, \* & exaltavi sub lingua mea.

Iniquitatem si asperxi in corde meo, \* non exaudier Dominus.

Propterea exaudiuit Deus, \* & attendit vocem deprecationis meae.

Benedictus Deus, \* qui non amovit orationem meam, & misericordiam suam a me.

*Ant.* A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas.

*Ant.* Vulnus, & livor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo.

## Psalmus 75.

**N**otus iu<sup>n</sup> Judéa Deus,  
\* in Itraél mag-  
num nomen ejus.

Et factus est in pa-  
ce locus ejus; \* & ha-  
bitatio ejus in Sion.

Ibi confrégit potén-  
tias árcuum, \* scutum,  
gládium, & bellum.

Illúminans tu mira-  
biliter a móntibus æ-  
ternis, \* turbati sunt  
omnes insipiéntes corde.

Dormiérunt somnum  
suum: \* & nihil in-  
venérunt omnes viri  
divitiárum in máribus  
suis.

Ab increpatiōne tua,  
Deus Jacob, \* dormi-  
tavérunt, qui ascendé-  
runt equos.

Tu terríbilis es, &  
quis résistet tibi? \* ex-  
tunc ira tua.

De cœlo audítum  
fecisti judícium: \* ter-  
ra trémuit, & quiévit.

Cum exúrgeret in  
judícium Deus, \* ut  
salvos fáceret omnes  
mansuétos terræ.

Quóniam cogitátio  
hominis confitébitur ti-  
bi: \* & reliquæ co-  
gitatiónis diem festum  
agent tibi.

Vovéte, & réddite  
Dómino Deo vestro:  
\* omnes, qui in cir-  
cúitu ejus affertis mu-  
nera;

Terribili, & ei, qui  
aufert spíritum prínci-  
pum, \* terríbili apud  
reges terræ.

*Ant.* Vulnus, & li-  
vor, & plaga tumens  
non est circumligáta,  
nec curáta medicámine,  
neque fota óleo.

*V.* Vere languóres  
nostros ipse tulit.

*R.* Et dolóres no-  
stros ipse portávit:

De Sermóne Sancti  
Bernárdi Abbatis.

*Lib. de Pass. Domini*

*Cap. 41.*

*Lectio IV.*

Captus est Jesus post  
plúrimas illusiónes  
tam Judeórum, quam

génitum: post sanguinis plures effusiones, clavis immisibus manibus simul, & pedibus perforatur: & configitur ligno crucis Salvator noster mitissimus Jesus. Intuere, & respice rosam passionis sanguineæ, quomodo rubet in indicium ardissimæ charitatis. Contendunt passio, & caritas: ista, ut plus ardeat; illa, ut plus rubeat. Tu autem, &c.

¶. Deo gratias.

¶. Per mortem destruxit Jesus eum, qui mortis habebat imperium. Ut liberaret eos, qui timore mortis onoxii erant servituti.

¶. Unde debuit per omnia fratribus assimilari, ut misericors fieret. Ut liberaret. &c.

### Lectione V.

Vide, quomodo hoc flore rosæ floruerit, optimæ vitis nostra ru-

bicundus Jesus. Vide totum corpus, scibi rotæ sanguineæ florem non invénias. Inspice manum unam, & alteram, si florem rosæ non invénias in utraque. Inspice pedem unum, & alterum, nunquid non rósei? Inspice lateris aperturam, quia nec illa caret rosa, quamvis ipsa subrúbea sit, propter mixtúram aquæ; quia, sicut narrat Evangelista, cum unus militem lancea latus ejus perforasset, exivit sanguis, & aqua. Tu autem &c. ¶. Deo gratias.

¶. Per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. \* Et sicut in Adam omnes peccaverunt, ita in Christo omnes vivificabuntur.

¶. Novissime autem inimica destruetur mors. Et sicut. &c.

Ex eódem Divo Bernardo. Sermone de Passione Domini.

*Lectio VI.*

Réspice Domine Sancte Pater de Sanctuario tue, & de excélsso cœlorum habitáculo: & intuere hanc sacrosantam Hóstiam, quam tibi offert magnus póntifex noster, Sanctus puer tuus Dominus Jesus, pro peccatis fratribus suorum, & esto placabilis super multitudinem malitiæ nostræ. Congnófce Pater tunicam filii tui Joseph. Heu! fera péssima devoravit eum, & conculcavit in furore suo vestimentum ejus: ecce quinque scissuras lamentabiles in eo reliquit. Tu autem &c.  
R. Deo grátias.

R. Vídimus Jesum propter passionem mortis glória, & honore coronatum. \* Ut pro

omnibus gustaret mortem.

V. Decébat eum, qui multos filios in glóriam addúixerat, auctórem salútis eòrum per passionem consummári. \* Ut pro omnibus. &c. Glória Patri. Ut pro omnibus. &c.

*In III. Nocturno.*

*Ant.* Quid sunt plágæ istæ in medio manuum tuarum?

*Psalmus 95.*

Cantáte Domino canticum novum, \* cantáte Domino omnis terra.

Cantáte Domino, & benedicite nomini ejus: \* annunciate de die in diem salutare ejus.

Annunciate intergentes gloriam ejus, \* in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis: \* terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii  
Gentium dæmonia: \*  
Dominus autem cælos  
fecit.

Confessio, & pulchritudo in conspectu ejus:  
\* sanctimonia, & magnificencia in sanctificatione ejus.

Afferte Domino patriæ Gentium, afferte Domino gloriam, & honorem: \* afferte Domino gloriam nōmini ejus.

Tollite hóstias, & introite in atria ejus:  
\* adoráte Dominum in atrio sancto ejus.

Commoveátur a facie ejus universa terra:  
\* dícite in Gentibus, quia Dominus regnávit.

Etenim corréxit orbem terræ, qui non commovébitur: \* judicabit populos in æquitate.

Lætentur cœli, & exultet terra, commoveátur mare, & plenitudo ejus: \* gaudé-

bunt campi, & omnia, quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna silvárum a facie Domini, quia venit: \* quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terræ in æquitate, \* & populos in veritate sua.

*Ant.* Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum?

*Ant.* His plagatus sum in domo eorum, qui me diligébant.

### *Psalmus 96.*

Dominus regnávit,  
exultet terra: \*  
lætentur insulæ multæ.

Nubes, & caligo in circuitu ejus: \* justitia, & judicium corréctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet, \* & inflammabit in circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ: \* vidit, & commota est terra.

Montes sicut cera flu-xérunt a fácie Dómini: \* a fácie Dómini omnis terra.

Annunciavérunt cœ-li justitiam ejus: \* & vidérunt omnes popu-li glóriam ejus.

Confundantur om-nes, qui adórant sculp-tilia: \* & qui glorián-tur in simulácris suis.

Adoráte eum om-nes Angeli ejus; \* au-dívit, & lætata est Sion.

Et exultavérunt filiæ Judæ, \* propter judí-cia tua, Dómine:

Quóniam tu Dómi-nus altíssimus super omnem terram: \* ni mis exaltátus es super omnes deos.

Qui diligitis Dómi-num, odíte malum: \* custódit Dóminus áni-mas sanctórum suó-rum, de manu pecca-toris liberábit eos.

Lux orta est justo, \* & rectis corde lætitia.

Lætamini justi in Dómino: \* & confité-mi memoriæ sancti-ficationis ejus.

*Ant.* His plagátus sum in domo eórum, qui me diligébant.

*Ant.* In amarítúdi-ne sermo meus est, & manus plagæ meæ agraváta est super gémitum meum.

**Psalmus. 97.**  
Cantáte Dómino càn-ticu novum: \* quia mirabilia fecit.

Salvávit sibi déx-te-ra ejus: \* & bráchium sanctum ejus.

Notum fecit Dómi-nus salutare suum: \* in conspéctu Géntium revelávit justitiam suam.

Recordátus est misericórdiæ suæ, \* & ve-ritatis suæ dómui Israël.

Vidérunt omnes té-mini terræ \* salutare Dei nostri.

Jubiláte Deo omnis terra: \* cantáte, & exultáte, & psálliche.

Pſallite Dómino in cithara, in cithara & voce psalmi: \* in tubis ductilibus, & voce tubæ cōrnea.

Jubiláte in conspéc-  
tu regis Dómini: \* mo-  
veátur mare, & ple-  
nitudo ejus: orbis ter-  
rarum, & qui hábi-  
tant in eo.

Flúmina plaudent  
manu, simul montes  
exultábunt a conspéc-  
tu Dómini: \* quóniam  
venit judicáre ter-  
ram.

Judicábit orbem ter-  
rárum in justitia, \*  
& pópulos in æquitate.

*Ant.* In amaritudine  
sermo meus est, & ma-  
nus plagæ meæ aggra-  
vata est super gémi-  
tum meum.

\* Ipse vulnerátus  
est propter iniquitátes  
nostras.

R. Attritus est prop-  
ter scélera nostra.

Léctio sancti Evangé-  
lii secúndum Joánnem.

*Léctio VII. Cap. 19.*

In illo tēpore sciens  
Jesus, quia ómnia  
jam consummáta sunt,  
ut consummaretur  
Scriptúra, dixit: Sítio.  
Et réliqua.

*Homilia Sancti Cyrili Episcopi Alexandrini.*

*Lib. 12. Comment. in Joan.*

Cum ab immánibus  
Judeis omnis in  
Christum expléta effec-  
tióne impietas, nec quidquam  
jam ad summam erudi-  
tatem reliquum es-  
set, ad extrémum ca-  
ro Christi sanctissima  
próprium quiddam, ac  
naturale rursus patitur.  
Multis enim, ac vá-  
riis dolóribus exsiccata,  
siti torquétur. Graves  
siquidem dolores ma-  
gnam ad sitim commo-  
vendam vim habent,  
naturáli quadam, &  
inexplicabili calore hú-  
midum consuméntes, &  
igneis ardóribus præ-

córdia uréntes. Tu autem &c. &c. Deo gratias.

¶. Manifestata est grácia Dei per illuminatióne Salvatóris nostri Jesu Christi. Qui destrúxit mortem, illuminávit autem vitam in incorruptionem.

¶. Liberávit, & vocávit nos vocatione sua sancta per grátiam, quæ data est nobis in Christo.

Qui destrúxit. &c.

### Lectio VIII.

**C**onsummátum esse ait impieitatis Judææ modum, & impoténtem sæviéndi ánimum. Quid enim Juðæi intentátum reliquerunt, aut quid non extrémæ crudelitatis adhibuérint? Quod supplicii, aut contumeliæ genus prætermiserunt? Quámobrem jure, Consummátum est, ait: sed hora jam eum ad prædicándum spiritibus, qui apud inferos erant, invitánte:

advénit enim, ut mortuorum, ac vivorum dominaréatur; ipsam pro nobis mortem suscépit; communem hanc naturæ nostræ passiónem sustinuit in carne sua. Tu autem &c. &c. Deo gratias.

¶. Dignus es Domine accípere librum, & aperire signacula ejus, quoniam occisus es, & redemisti nos Deo.  
\* In sanguine tuo.

¶. Feceisti enim nos Deo nostro regnum, & sacerdótes. In sanguine tuo. Glória Patri. In sanguine.

### Lectio sancti Evange- lli secundum Matthæum,

#### Lectio IX. Cap. 5.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Audistis, quia dictum est antiquis: Dileges próximum tuum, & odio habébis inimicum tuum. Et reliqua.

**Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.**

*Lib. I. Comment. in Cap. 5. & 6. S. Matthei.*

Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros: benefacie iis, qui odérunt vos. Multi præcepta Dei imbecillitatem sua, non sanctorum viribus aestimantes putant esse impossibilia, quæ præcepta sunt; & dicunt sufficere virtutibus non odisse inimicos; cæterum diligere, plus præcipi, quam humana natura patiatur. Sciendum est ergo, Christum non impossibilia præcipere, sed perfecta: quæ fecit David in Saul, & Absalon: Stéphanus quoque martyr pro inimicis lapidantibus deprecatus est: & Paulus anathema cupit esse pro persecutoribus suis. Hæc autem Jesus, & docuit, & fecit, dicens: Pater ignosce illis,

quod enim faciunt, nesciunt. Tu autem &c. B. Deo grātias.

To Deum laudamus.

*Ad Laudes,  
& per Horas.*

*Ant.* Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit.

*Psalm.* Dominus regnabit, cum ceteris, de Dom.

*Ant.* Ipse autem vulneratus est propter iniqüitates nostras, attritus est propter sceleram nostra.

*Ant.* Alligavit Dominus plagam populi sui, & percussuram ejus sanavit.

*Ant.* Omnis, qui transibit, stupebit super omnes plagas ejus.

*Ant.* O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor, sicut dolor meus.

*Capitulum. Isiae 53.*  
Christus vulneratus est propter iniqüitates nostras, attritus est propter sceleram nostra,

cujus livore sanati sumus.

**R. Deo grárias.**

*Hymnus.*

- \* Lustra sex qui jam per-  
égit,  
Tempus implens cór-  
poris,  
Sponte libera Redémp-  
tor,  
Passióni déditus,  
Agnus in crucis levátur  
Immolándus stípite.  
\* Felle pótus ecce lánguet,  
Spina, clavi, láncea,  
Mite corpus perforá-  
runt,  
Unda manat, & crux:  
Terra, pontus, astra,  
mundus  
Quo lavántur flúmine.  
\* Crux fidélis inter om-  
nes  
Arbor una nóbilis:  
Silva talem nullá pro-  
fert  
Fronde, flore, gérmine:  
Dulce ferrum, dulce lig-  
num,  
Dulce pondus sustinent.  
\* Flecte ramos arbor alta,  
Tensa laxa víscera,  
Et rigor lentescat ille,  
Quem dedit natívitás;  
Et supérni membra Regis  
Tende miti stípite.

\* Sola digna tu fuísti  
Ferre mundi víctimam,  
Atque portum præpa-  
ráre  
Arca mundo náufrago,  
Quem sacer crux per-  
únxit,  
Fusus Agni córpore.  
\* Sempitéra sit beatæ  
Trinitati glória;  
Æqua Patri, Filióque,  
Par decus Paráclito:  
Unius, trinique nomen  
Laudet univérsitas.  
Amen.

\* Vidébunt, in quem  
transfixérunt.

**R. Et dolébunt super  
eum, ut in morte pri-  
mogéniti.**

*Ad Benediclus. Ant.*

Unus mítitum láncea  
latus ejus apéruit, &  
continuo exívit san-  
guis, & aqua.

*Oratio.*

Deus, qui unigéniti  
Filii tui passióne  
& per quinque vúlne-  
ra ejus sanguinis effu-  
sione, humánam na-

túram peccáto pédi-  
tam reparásti: tribue  
nobis, quæsumus; ut  
qui ab eo suscepta vúl-  
nera venerámur in ter-  
ris; ejusdem pretiosissi-  
mimi sanguinis fructum  
cónsequi mereámur in  
Cœlis. Per eundem  
Dominum &c.

*Deinde fit Commemo-  
ratio de Feria.*

*Ant.* Cum facis ele-  
mósynam, nésciat fini-  
stra tua, quid faciat  
dextera tua.

*¶.* Repléti sumus ma-  
ne misericórdia tua:

*R.* Exultavimus, &  
delectati sumus.

*Oratio*

Iuchoàta jejúnia, quæ-  
sumus Dómine, be-  
nigno favore proféque-  
re; ut observántiam,  
quam corporáliter ex-  
hibémus; méntibus é-  
tiam sincéris exercére  
valeámus. Per Dómi-  
num &c.

*Ad Primam.*

*Ant.* Vere languó-  
res nostros &c.

*Reliqua dicuntur, ut  
in Psalterio.*

*Ad Absolutionem Capituli*  
*Leflio brevis. Isaiae C. 53.*

Tràdidit Christus in  
morte ánimam suam,  
& cum sceleratís re-  
putatus est, & ipse pec-  
cata multórum tulit,  
& pro transgressóribus  
rogávit. Tu autem &c.

*¶. Deo grátias.*

*Ad Tertiam.*

*Ant.* Ipse autem.

*Capit.* Christus vulne-  
ratus est, &c. ut *supra*.

*R.* Breve. Fodérunt  
manus meas, \* Et pe-  
des meos. Fodérunt.

*¶.* Dinumerávérunt  
ómnia offa mea. Et  
pedes. Gloria Patri.  
Fodérunt.

*¶.* O vos omnes, qui  
transítis per viam.

*R.* Atténdite, & vi-  
dete dolorem meum.

*Ad Sextam.*

*Ant.* Alligávit Dómi-  
nus.

**Capitulum. Isaiae 50.**

Faciem meam non averti ab increpantibus, & conspuentibus in me; Dominus Deus auxiliator meus, & ideo non sum confusus.

R. Deo gratias.

R. Breve. Vere languores nostros \* Ipse tulit Vere.

V. Et dolores nostros ipse portavit. Ipse tulit. Glória Patri. Vere languores. &c.

V. Disciplina pacis nostrae super eum.

R. Et livore ejus saniati sumus.

**Ad Nonam.**

*Ant.* O vos omnes,  
ut supra ad Laudes.

**Capitulum. Isaiae 53.**  
Trádidit Christus, &c.  
ut supra ad Primam.

R. Deo gratias.

R. Breve. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras. Ipse.

V. Attritus est propter scelerata nostra. Propter &c.

Glória Patri. Ipse vulneratus est. &c.

V. Oblatus est, quia ipse voluit.

R. Et non apertus os suum.

**Ad Vesperas.**

*Antiphonæ, Psalmi, Capitulum, Hymnus* <sup>S</sup> V.  
ut in primis Vesperis

**Ad Magnificat. Antiph.**

Ego sum vestra Redemptio: manus meæ, quæ vos fecerunt, clavis confixæ sunt: propter vos flagellis cæsus sum, spinis coronatus sum, aquam pétii pendens, & acetum porrexerunt; in escam meam fel derunt, & in latus lancéam: mortuus, & sepultus resurrexi: vobiscum sum, & vivo in æternum.

**Oratio.**

Deus, qui unigeniti Filii cui passione &c.  
ut in primis Vesperis.

*Deinde fit Commemoratio de Feria.*

*Ant.* Tu autem, cum oráveris, intra in cubículum tuum, & clauso ostio ora Patrem tuum.

*N.* Dirigátur Dómine orácio mea

*R.* Sicut incénsum in conspéctu tuo.

*Oratio.*

**T**aére Dómine populum tuum, & ab omnibus peccatis clementer emúnda; quia nulla ei nocébit adveritas, si nulla ei dominétur iniquitas. Per Dóminum nostrum, &c.

**OFFICIOUM**

**De Spínea Coróna**  
**D. N. J. C. Duplex majus.**

Pro una ex feriis sextis Quadragesimæ non impedita,

*Ad Vesperas,*

*Ant.* Diléctus meus, cum reliquis de Laudibus infra. *Psalmus:* Dixit Dóminus, cum reliq. de Dominica, & loco ultimi *psalmus:* Laudáte Dóminum omnes gentes.

**Capitulum. Cant. 3.**

Egredímini, & videte filiæ Sion Regem Salomónem in diadémate, quo coronávit illum mater sua.

*R. Deo grátias.*

*Hymnus.*

**E**xite Sion filiæ, Regis pudicæ vírgines,

Christi corónam cérnite,  
Quam mater ipsa téxuit.

\* Horret revulsis crinibus  
Spinis cruentatum caput,  
Et vultus ille décolor,  
Mortem propinquam réspicit.

\* Quæ terra fulcis ínvia,  
Dumis rigens, & fentibus,  
Lúgubre munus protulit!  
Quæ sæva méssuit manus!

\* Christi rubéscens sanguine

Acúleos mutat rosis,  
Palmamque vincens frúctibus,

Spina est triúmphis áptior.

\* Culpis fatæ mortálium  
Te, Christe, spinæ vulnerant,  
Evélle nostras, córdibus  
Tuásque nostris ínlere,

\* Virtus, honor, laus,  
glória,  
Deo Patri, cum Fílio,  
Sancto simul paráclito,  
In sacerdórum sacerdócia.  
Amen.

v. Plectentes corónam de spinis

r. Posuérunt super caput ejus.

*Ad Magnificat Antiphona.*

Egredímini, & videte filiæ Sion Regem Salomónem in diadémate, quo coronàvit eum mater sua, parans Salvatóri crucem suam.

*Oratio.*

Præsta, quæsumus, omniópotens Deus: ut qui in memóriam passionis Dómini nostri Jesu Christi corónam ejus spíneam venerámur in terris; ab ipso glória, & honóre coronari mereámur in cœlis. Qui tecum vivit, & regnat. &c.

*Postea fit commemoratio Ferie.*

*Ad Matut. Invitat.*  
Christum Regem spi-

nis coronátum: \* Veníte, adorémus.

*Psalm.* Venite, exultemus, &c.

*Hymnus (Exite,) ut supra.*

*In I. Nocturno.*

*Ant.* Erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decúrsus aquárum, & fructum suum dabit in tempore suo.

*Psalmus I.*  
Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatórum non stetit: \* & in cáthedra pestiléntiæ non sedit:

Sed in lege Dómini volúntas ejus: \* & in lege ejus meditábitur die, ac nocte

Et erit tanquam lignum, uod plantatum est secus decúrsus aquarum: \* quod fructum suum dabit in tempore suo.

Et fólium ejus non défluet: \* & ómnia,

quæcunque faciet, pro-sperabuntur.

Non sic impii, non sic: \* sed tanquam pul-vis, quem præjicit ven-tus a facie terræ.

Ideo non resurgent impii in judicio: \* ne-que peccatores in con-cilio justorum.

Quoniam novit Dò-minus viam justorum: \* & iter impiorum peri-bit.

*Ant.* Erit tanquam lingnum, quod plantatum est secus decursus aquarum, & fructum suum dabit in tempore suo.

*Ant.* Convenerunt in unum adversus Domi-num, & adversus Chri-stum ejus.

### Psalmus 2.

Quare fremuerunt gentes, \* & popu-li meditati sunt inania?

Astiterunt reges ter-ræ, & príncipes con-venerunt in unum \* ad-

vérsus Dóminum, & aduersus Christum ejus.

Dirumpamus víncula eorum: \* & projiciamus a nobis jugum ipsorum.

Qui hábitat in cœlis, irridébit eos: \* & Dòminus subsannabit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua, \* & in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum Rex ab eo su-per Sion montem sanctum ejus, \* prædicans præceptum ejus.

Dòminus dixit ad me: \* Filius meus es tu, ego hodie gennavi te.

Pòstula à me, & da-bo tibi Gentes häredi-tátem tuam, \* & pos-sessiónem tuam térmí-nos terræ.

Reges eos in virga férrea, \* & tanquam

vas figuli confringes  
eos.

Et nunc reges in-  
telligite: \* erudimini,  
qui judicatis terram.

Servite Dómino in  
timore: \* & exultate  
ei cum tremore.

Apprehéndite disci-  
plinam, nequando ira-  
scatur Dóminus, \* &  
pereatis de via justa:

Cum exarserit in  
brevi ira ejus; \* beati  
omnes, qui confidunt  
in eo.

*Ant.* Convenérunt in  
unum aduersus Dómi-  
num, & aduersus Chri-  
stum ejus.

*Ant.* In tribulatiōne  
dilatasti mihi.

### Psalmus 4.

Cum invocarem, ex-  
audīvit me Deus  
justitiæ meæ: \* in  
tribulatiōne dilatāsti  
mihi.

Miserere mei: \* &  
exaudi orationem me-  
am.

Filiī hominum usque-  
quo gravi corde? \* ut  
quid diligitis vanita-  
tem, & queritis men-  
daciū?

Et scitote, quoniam  
mirificavit Dóminus  
sanctum suum: \* Dó-  
minus exaudiens me,  
cum clamávero ad eum.

Iraescimini, & nolle-  
te peccare: \* quæ di-  
citis in cordibus vestris,  
in cubilibus vestris com-  
pungimini.

Sacrificáte sacrifici-  
um justitiæ, & speráte  
in Dómino. \* Multi di-  
cunt: Quis ostendit no-  
bis bona?

Signatum est super nos  
lumen vultus tui Dó-  
mine: \* dedisti lætitiam  
in corde meo.

A fructu frumenti,  
vini, & ólei sui\* mul-  
tiplicati sunt.

In pace in idipsum \* dormiam, & requiescam:

Quoniam tu Dómine singuláriter in spe \* constituisti me.

*Ant.* In tribulatiōne dilatāsti mihi.

℣. Glória & honore coronāsti eum Dómine:

℟. Et constituisti eum super ópera mānuum tuārum.

De Isaia Prophēta.

*Lectio I.* Cap. 53.

Quis erédidit auditui nostro? & bráchium Dómini cui revelátum est? Et ascéndet, sicut virgúltum coram eo, & sicut radix de terra sitiénti. Non est sp̄cies ei, neque decor, & vidiimus eum, & non erat aspéctus, & desiderávimus eum: despéctum, & novissimum virðrum, virum dolorum, & sciéntem

infirmitátem, & quasi absconditus vultus ejus, & despéctus: unde nec reputávimus eum. Vere lánguores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portávit. Et nos putávimus eum quasi leprósum, & percússum a Deo, & humiliátum. Ipse autem vulnerátus est propter iniquitátes nostras, attritus est propter scélera nostra: disciplína pacis nostræ super eum, & livore ejus fanati sumus. Tu autem &c.

℟. Maledicta terra in ópere hóminis: \* Spinas & tríbulos germinavit Christo.

℣. Quia comédit Adám de ligno, ex quo præcéperat Deus, ne coméderet. Spinas &c.

*Lectio II.*

Omnés nos quasi oves erràvimus, unusquisque in viam suam declinávit: & póluit

Dóminus in eo ini-  
quitátem ómnium no-  
strum. Oblatus est ,  
quia ipse vóluit, & non  
apéruit os suum: sicut  
ovis ad occisiónem du-  
cétur , & quasi agnus  
coram tondente se obmu-  
tésceat , & non apériet  
os suu m. De angústia, &  
de judicio sublátus est:  
generatióne ejus quis  
enarrábit ? Quia ab-  
scissus est de terra vi-  
vētium : propter sce-  
lus pópuli mei pereú-  
si eum. Tu autem &c.

**R.** Appáruit Moysi  
Dóminus in flamma ignis  
de médio rubi , \*  
Et vidébat, quod rubus  
ardéret, & non combu-  
rerétur.

**\*.** Dixit ergo Moy-  
ses: Vadam, & vidébo  
viſiónem hanc mag-  
nam. Et videbat &c.

### Lectio III.

**E**t dabit ímpios pro  
sepultúra, & dívi-  
tes pro morte sua: eo

quod iniquitátem non  
fécerit , neque dolus  
fuerit in ore ejus. Et  
Dóminus vóluit con-  
tére eum in infirmi-  
ráte: si posuerit pro  
peccáto ánimam suam,  
videbit semen longæ-  
vum , & volúntas Dó-  
mini in manu ejus di-  
rigétur. Pro eo, quod  
laborávit áнима ejus,  
videbit, & saturábi-  
tur ; in sciéntia sua ju-  
stificábit Justus servus  
meus multos , & ini-  
quitátes eórum ipse  
portábit. Tu autem &c.

**R.** Ecce ignis & lig-  
na , Deus providébit  
sibi \* Víctimam holó-  
cáusti.

**\*.** Levávit Abraham  
óculos suos, vidítque  
post tergum arietem  
inter vepres hærén-  
tem. Víctimam. Gló-  
ria Patri. Víctimam.

### In II. Nocturno.

**Ant.** Dómine, ut scu-  
to bonæ voluntatis tuæ  
coronásti me,

## Psalms 5.

**V**erba mea áuribus  
pérçipe Dómine \*  
intellige clamórem  
meum.

Inténde voci oratió-  
nis meæ, \* Rex meus,  
& Deus meus.

Quóniam ad te orá-  
bo: \* Dómine mane  
exáudies vocem meam.

Mane astábo tibi,  
& vidébo: \* quóniam  
non Deus volens ini-  
quitátem tu es.

Neque habitábit jux-  
ta te malignus: \* ne-  
que permanébunt in-  
jústi ante óculos tuos.

Odísti omnes, qui  
operántur iniquitátem:  
\* perdes omnes, qui  
loquúntur mendácium.

Virum sanguinum,  
& dolósum abominábi-  
tur Dóminus: \* Ego  
autem in multitúdine  
misericórdiæ tuæ

Intróibo in domum  
tuam: \* adorábo ad  
templum sanctum tuom  
in timore tuo.

Dómine deduc me  
in justitia tua: \* prop-  
ter inimícos meos di-  
rige in conspéctu tuo  
viam meam.

Quóniam non est in  
ore eórum véritas: \*  
cor eórum vanum est.

Sepúlchrum patens  
est guttur eórum, línguis  
suis dolóse agé-  
bant, \* júdica illos Deus.

Décidant a cogitatió-  
nibus suis, secúndum  
multitúdinem impietá-  
tum eórum expelle  
eos, \* quóniam irrita-  
vérunt te Dómine.

Et læténtrur omnes,  
qui sperant in te, \*  
in æténum exultá-  
bunt, & habitabis in eis.

Et gloriabúntur in  
te omnes, qui dili-  
gunt nomen tuum: \*  
quóniam tu benedí-  
ces justo.

Dómine, ut scuto  
bonæ voluntatis tuæ \*  
coronásti nos.

*Ant.* Dómine, ut scu-  
to bonæ voluntatis tuæ  
coronásti me.

*Ant.* Minuisti eum paulo minus ab Angelis; glória & honore coronasti eum.

*Psalmus 8.*

**D**ómine Dóminus noster, \* quam admirabile est nomen tuum in univerſa terra!

Quoniam elevata est magnificéntia tua \* super eos.

Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, \* ut deſtruas inimicum, & ultorem.

Quóniam vidébo cœlos tuos, ópera dígitorum tuorum: \* lunam & stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? \* aut filius hóminis, quóniam vísitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis; glória & honore coronasti eum: \* & constituí

sti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subjecisti sub pédibus ejus, \* oves, & boves univerſas, in super & pécora campi:

Völucres cœli, & pisces maris: \* qui perambulant sémitas maris.

Dómine Dóminus noster, \* quam admirabile est nomen tuum in univerſa terra!

*Ant.* Minuisti eum paulo minus ab Angelis; glória, & honore coronasti eum.

*Ant.* Peccatóres intendérunt arcum, paravérunt sagittas suas in pháretra, ut sagittent iustum.

*Psalmus. 10.*

**I**u Dómino confido: quómodo dicitis ani- mæ meæ: \* Tránsmi- gra in montem sicut passer?

Quóniam ecce pec- catóres intendérunt ar- cum, paravérunt sa- gittas suas in pháret-

ra, \* ut sagittent in  
obscuro rectos corde.

Quóniam quæ per-  
fecisti, destruxérunt: \*  
justus autem quid fecit?

Dóminus in templo  
sancto suo, \* Domi-  
nus in cœlo sedes ejus.

Oculi ejus in paupe-  
rem respiciunt: \* pál-  
pebræ ejus interrogant  
filios hóminum:

Dóminus interrogat  
justum & ímpium: \*  
qui autem diligit ini-  
quitatem, odit animam  
suam.

Pluet super peccató-  
res láqueos: \* ignis &  
sulfur, & spíritus pro-  
cellárum pars cálicis  
eórum.

Quóniam justus Dó-  
minus, & justitias di-  
léxit: \* æquitatem vi-  
dit vultus ejus.

*Ant.* Peccatóres in-  
tendérunt arcum, pa-  
ravérunt sagittas suas  
in pháretra, ut sagit-  
tent justum.

\* Posuisti Dómine  
super caput ejus.

R. Corónam de lápi-  
de pretioso.

### Lección IV.

Sermo Sancti Berná-  
di Abbátis. Serm. 2. in  
*Epiph. Domini.*

Egredímini filiæ Sion:  
vobis díscimus filiæ  
Sion, ánime sæculá-  
res, débiles, delicatæ,  
filiæ, & non filii, in  
quibus nihil est forti-  
tudinis, nihil est virí-  
lis animi. Egredímini de  
sensu carnis ad intelléc-  
tum mentis, de servitute  
carnalis concupiscéntiæ  
ad libertatem spiritualis  
intelligéntiæ. Egredí-  
mini de terra vestra, &  
de cognatiōne vestra,  
& de domo patris vestri,  
& videte Regem Salo-  
móniem in diadémate,  
quo coronávit eum ma-  
ter sua, in corona pau-  
pertatis, in corona mi-  
sériæ: siquidem coro-  
natus est, & a novéra  
sua, corona spínea,  
corona misériæ, coro-

nándus a família sua  
coróna justitiae, quan-  
do exibunt Angeli,  
& tollent de regno e-  
jus ómnia scándala;  
quando vénient ad ju-  
dícium cum senioribus  
pópuli sui; cum pug-  
nábit pro eo orbis ter-  
rárum adverfus infen-  
fátos. Corónat eum &  
Pater coróna glóriæ,  
sicut ait Psalmista:  
Glória & honóre co-  
ronásti eum Dómine.  
Vidéte eum filiæ Si-  
ón in diadémate, quo  
coronávit eum mater  
sua. Tu autem &c.

**P.** Cum apparuerit  
prínceps pastórum,  
quo percúffo dispérssæ  
funt oves gtegis: \*  
Percipiémus immarees-  
cibilem glóriæ corda-  
nam.

**Y.** Cum fécerit gran-  
de convívium, ut o-  
sténdat divítias glóriæ  
regni sui. Percipiémus.

**Serv.** 42. in **Cantica.**

### Leclio V.

Ego, Fratres, ab in-  
ténte mea eonver-  
sione pro acérvo me-  
ritórum, quæ mihi de-  
élle sciébam, mihi  
fascículum collèctum  
ex omnibus anxietati-  
bus, & amaritudini-  
bus Dómini mei col-  
ligare, & inter ubera  
mea collocare curávi.  
Memóriam abundàn-  
tiæ suavitatis horum  
eructabo, quoad vixe-  
ro, in æternum non  
obliviscar miseriatio-  
nes istas, quia in ip-  
sis vivificatus sum.  
Mihi hic salutàris fas-  
ciculus servátus est: ne-  
mo tollet eum a me;  
inter ubera mea com-  
morabitur. Hæc medi-  
tari, dixi sapiéntiam;  
in his justitiae mihi  
perfectionem constitui,  
in his plenitúdinem  
sciéntiæ, in his divi-  
tias salutis, in his có-  
pias meritórum. Ex  
his mihi intèrdum po-  
tus salutàris amaritu-

dinis, ex his rursum suavis únctio consolatiōnis. Hæc me erigunt in adverſis, in prosperis réprimunt, & inter lēta, tristiaque vitæ præſentis via régia incedenti tutum præbent utrobique ducatum, hinc inde mala imminentia propulsando. Hæc mihi conciliant mundū jūdicem, dum tremēndum potestatibus, mitem humilēmque figurant, dum non solum placabilem, sed & imitabilem repræſentant eum, qui inacceſſibilis est principiibus, terribilis apud reges terræ. Tu autem &c.

R. Accèpit regnum decoris: \* Et diadema speciei.

v. Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Et dia-

*Lectio VI.*  
Hæc propterea mihi in ore frequenter, sicut vos scitis; hæc in corde semper, sicut Deus scit; hæc stylo meo admodum familiaria, sicut apparet; hæc mea sublīmior interim philosophiā, sci-re Jesum, & hunc crucifixum. Non requiro, sicut sponsa, ubi cubet in meridie, quem lætus amplēctor mea inter ubera commorantem. Non requiro, ubi pascat in meridie, quem intueor Salvatorem in cruce. Illud sublīmius, istud suavius, panis illud, hoc lac: hoc viscera reficit parvulorum; hoc replet ubera matrum; & ideo inter ubera mea commorabitur. Hunc & vos, dilectissimi, tam dilectum fasciculum colligate vobis; hunc medullis inférite cordis: hoc munite adi-

tum péctoris, ut & vobis inter ubera commoretur. Si enim ante oculos habueritis, quem portatis, pro certo videntes angustias Dómini, levius vestras portabitis, ipso auxiliante Ecclesiæ sponsso, qui est super ómnia Deus benedictus in saecula, Amen. Tu autem &c.

R. Arcam de lignis Sethim deaurabis auro mundissimo intus & foris: \* Faciesque supra coronam auream per circulum.

\* Pones in arca testificationem, quam dabo tibi. Faciesque. Glória Patri. Faciesque.

In III. Nocturno.

Ant. Ingressus sine macula, & operatus iustitiam coronatus est in monte sancto tuo.

Psalmus 14.

Dómine, quis habitabit in tabernáculo tuo? \* aut quis requiéscet in monte sancto tuo? Qui ingréditur sine mácula, \* & operátur iustitiam:

Qui lòquitur veritatem in corde suo: \* qui non egit dolum in lingua sua:

Nec fecit próximo suo malum, \* & opprobrium non accépit ad versus próximos suos.

Ad nihil deductus est in conspéctu ejus malignus: \* timéntes autem Dóminum glorificat:

Qui jurat próximo suo, & non décipit: \* qui pecúniam suam non dedit ad usúram, & múnera super innocentem non accépit.

Qui facit hæc, \* non movébitur in ætérnum.

Ant. Ingressus sine macula, & operatus ju-

stítiam coronátus est in monte sancto tuo.

*Ant.* Super caput ejus corónam de lápide pre-tiósso poluísti Dómine.

*Psalmus 20.*

Dómine, in virtúte tua lætabitur rex: \* & super salutare tu-um exultábit vehe-ménter.

Desidérium cordis e-jus tribuísti ei: \* & vo-luntáte labiórum ejus non fraudásti eum.

Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis: \* posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretiósso.

Vitam pétuit a te: \* & tribuísti ei longitú-dinem diérum in sæ-culum, & in sæculum sæculi.

Magna est glória e-jus in salutári tuo: \* glóriam, & magnum decórem impónes su-per eum.

Quóniam dabis eum in benedictiónem in se-

culum sæculi: \* lætificá-bis eum in gáudio cum vultu tuo.

Quóniam rex sperat in Dómino: \* & in mi-sericórdia Altíssimi non commovébitur.

Inveniáatur manus tua omnibus inimícis tuis: \* dextera tua invéniat omnes, qui te odé-sunt.

Pones eos ut elíba-num ignis in tempore vultus tui: \* Dóminus in ira sua conturbábit eos, & devorábit eos ignis.

Fructum eórum de terra pedes: \* & semen eórum a filiis hómi-num.

Quóniam declináverunt in te mala: \* co-gitáverunt consilia, quæ non potuérunt stabi-líre.

Quóniam pones eos dórsum: \* in reliquiis tuis præparábis vultum eórum.

Exaltáre Dómine in virtúte tua: \* cantábi-

mus, & psallèmus vir-  
tutes tuas.

*Ant.* Super caput e-  
jus corónam de lápide  
pretiosō posuísti Dó-  
mine.

*Ant.* Advérsus eos,  
qui tríbulant me, im-  
pinguásti in óleo caput  
meum.

*Psalms 22.*

Dóminus regit me;  
& nihil mihi dée-  
rit: \* in loco páscoæ  
ibi me collocávit.

Super aquam refec-  
tiónis educávit me: \*  
ánimam meam con-  
vértit.

Dedúxit me super sè-  
mitas justítiae: \* prop-  
ter nomen suum.

Nam & si ambulá-  
vero in médio umbræ  
mortis, non timébo  
mala: \* quóniam tu  
mecum es.

Virga tua, & bácu-  
lus tuus, \* ipsa me con-  
soláta sunt.

Parásti in conspéctu

meo mensam \* advér-  
sus eos, qui tríbulant  
me.

Impinguásti in óleo  
caput meum: \* & calix  
meus inébrians quam  
præclárus est!

Et misericórdia tua  
subsequétur me: \* óm-  
nibus diébus vitæ meæ.

Et ut inhábitem in  
domo Dómini, \* in lon-  
gitudinem diérum.

*Ant.* Advérsus eos,  
qui tríbulant me, im-  
pinguásti in óleo caput  
meum.

*V.* Coróna áurea su-  
per caput ejus.

*R.* Expréssa signo  
sanctitatis:

Léctio sancti Evange-  
lii secúndum Joánnem,

*Léctio VII. C. 19.*

In illo tèmpore: Ap-  
prehéndit Pilátus Je-  
sus, & flagellàvit. Et  
misiles plecténtes co-  
rónam de spinis, im-

posuerant capiti ejus.  
Et reliqua.

### Homilia Sancti Bernardi Abbatis.

*Ex Serm. 50. de diversis.*

Videte filiae Sion regem Salomonem. Non dicit Ecclesiastes, aut Ididam. Nam & his nominibus appellatus est rex ille: & significat Jesum Christum nostrum verum Solomōnem, qui est Salomon, id est, pacificus in exilio; Ecclesiastes, id est, conciliator in iudicio; Idida, id est, dilectus Dōmino in regno, ibique rex. In exilio mansuetus, in iudicio justus, in regno gloriosus; in exilio amabilis, in iudicio terribilis, in regno admirabilis. In diadēmate, quo coronavit eum mater sua. Est autem hæc corona misericordiæ, & in hac imitabilis. Co-

ronavit eum & novēca sua corona miseriæ, & in hac contemptibilis. Synagōgam loquor, quæ te ei non matrem exhibuit, sed novēcam. Tu autem &c.

¶. Fácies altare ad adolendum thymiama de lignis Sethim: \* Faciesque ei coronam aureolam per gyrum.

\*. Ponésque altare contra velum eoram propitiatório. Faciesque.

### Lectio VIII.

Coronabit eum familia sua corona iustitiae, & in hac terribilis: coronat eum Pater suus corona gloriæ, & in hac desiderabilis. Videant ergo eum peccatores in corona miseriæ, id est, spinae, & compungantur; videant eum filiae Sion, animæ affectuosæ in corona misericordiæ, & imitantur:

vidèbunt eum impii in corona justitiae, & peribunt: vidèbunt eum Sancti in corona gloriæ, & perpetuâliter gaudèbunt. Coronantur quidem & alii imitatores ipsius, sed hoc ex industria adjuti per gratiam. Solus iste a matre coronatus est, quia solus cum ordinatis affectionibus tanquam sponsus e thalamo processit ex utero matris.

Tu autem &c.

**v.** Christus sciens dolorem, & infirmitatem spinis coronatus: \* Ipse est, qui coronat vos in misericordia, & miserationibus.

**v.** Vulneratus propter iniquitates nostras, attritus propter scelerata nostra, cuius livore sanati sumus. Ipse est. Gloria Patri. Ipse est.

**Lectione IX.** dicitur de Homili. Ferie.

*Ad Laudes,  
5° per Horas.*

**1. Antiph.** Diléctus meus cándidus, & rubicundus, comæ capitis ejus sicut púrpura regis vincita canálibus.

**Psalm.** Dóminus regnávit. Cum reliquis de Dominica.

**2. Ant.** Requiévit super eum spíritus timoris Dómini: corona sapiéntiae, & exultationis decoravit illum.

**3. Ant.** Induit eum Dóminus vestimentis salutis, & indumento justitiae, quasi sponsum decoratum corona.

**4. Ant.** Fasciculus myrræ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur.

**5. Ant.** Rex æternæ gloriæ pro nobis coronatus, benedicet corona anni benignitatis suæ.

**Capitulum.** Cant. 3. E gredimini, & videte filiæ Sion regem Salomonem in

diadémate, quo coro-  
návit illum mater sua.

R. Deo grátias.

### Hymnus.

**L**egis figúris píngitur  
Christi coróna nó-  
bilis:

Impléxa spinis víctima,  
Ardénsque testátur ru-  
bus.

\* Aram coróna cíoxerat,  
Mensæque sacrum cír-  
culum

Arámque thure fúni-  
dam,

Coróna neftat ámbiens.

\* Christi dolórum cónscia  
Salve coróna glória,  
Gemmis & auro púl-  
chrier,

Vincens corónas fide-  
rum.

\* Virtus, honor, laus,  
glória,

Deo Patri cum Filio,  
Sancto simul Paráclito,  
In sacerdórum sœcula.  
Amen.

X. Eris coróna gló-  
riæ in manu Dómini,

R. Et diadéma reg-  
ni in manu Dei tui.

Ad Benediclus. Ant.

Exívit Jesus portans  
spíneam corónam, &

purpúreum vestimé-  
num.

### Oratio.

Præsta, quæsumus,  
omnipotens Deus,  
ut qui in memóriam  
passiónis Dómini nostri  
Jesu Christi corónam  
eius spíneam venerá-  
mur in terris; ab ip-  
so glória & honore cor-  
onari mereámur in  
cœlis. Qui tecum vi-  
vit, & regnat.

Postea fit Commemora-  
tio Feriæ.

### Ad Primam.

Ant. Dilèctus meus.  
Ad absolutionem Capituli  
dicitur Capitulum Nonæ:  
In die illa &c. Tu au-  
tem &c. R. Deo grátias.

### Ad Tertiam.

Ant. Requiévit super  
eum.

Capitulum. Egredími-  
ni & vidéte, ut suprà.

R. Breve. Eris cor-  
ona gloriæ, \* In manu  
Dómini. Eris &c.

¶. Et diadema regni  
ni in manu Dei tui. In  
manu. Glória Patri.  
Eris &c.

¶. Glória & honore  
coronasti eum Dómine.

¶. Et constituisti eum  
super opera manuum  
tuarum.

*Ad Sextam.*

*Ant.* Induit eum.

*Capitulum.* *Apoc.* 6.

Vidi, & ecce equus  
albus, & qui sede-  
bat super illum, habé-  
bat arcum, & data est  
ei corona, & exivit  
vincens, ut vinceret.

¶. Deo gratias.

¶. Breve. Glória, &  
honore, \* Coronasti  
eum Dómine. Glória.

¶. Et constituisti eum  
super opera manuum  
tuarum. Coronasti. Gló-  
ria Patri. Glória &c.

¶. Tuam coronam  
adorámus Dómine.

¶. Tuam gloriósam  
recolimus passionem.

*Ad Nonam.*

*Antiph.* Rex æternæ  
gloriæ.

*Capitulum.* *Isaiæ* 28.

In die illa erit Dómi-  
nus exercituum co-  
rona gloriæ, & fertum  
exultationis residuo pó-  
puli sui.

¶. Deo gratias.

¶. Breve. Tuam cordi-  
nam \* Adorámus Dó-  
mine. Tuam coronam.

¶. Tuam gloriósam  
recolimus passionem,  
Adorámus. Glória Pa-  
tri. Tuam coronam &c.

¶. Plectentes cordi-  
nam de spinis

Posuerunt super ca-  
put ejus.

*In II. Vesperis dicuntur*  
*omnia, ut in primis.*

*Ad Magnificat. Ant.*

Et genu flexo ante eum,  
illudébant ei dicentes:  
Ave, Rex Judæorum:  
& expuéntes in eum  
accepérunt arundinem,  
& percutiébant caput  
ejus.

*Deinde fit Commemo-  
ratio Feriæ.*

## OFFICIUM.

De Láncea & Clavis  
D.N.J.C. Dupl. 2. classis.

*pro una ex feriis sextis  
infra tempus paschale tan-  
tum, non impedita.*

*Ad I. Vesperas,*

*Ant. Hasta Regem,  
cum reliquis de Laudib.  
ut infra.*

*Psalm. Dixit Dominus,  
cum reliquis de Dominica,  
& loco ultimi Psalmus:  
Laudáte Dóminum om-  
nes gentes.*

*Capitulum. Sap. C. 5.*

*Sumet Dóminus scu-  
tum inexpugnabile æ-  
quitátem: ácuet autem  
duram iram in lânce-  
am, & pugnabit cum  
illo orbis terrárum con-  
tra insensátos. R. Deo  
grátiás.*

*Hymnus.*

*Pange língua gloriósæ  
Lânceæ præcónium,  
Quæ reclūsit pretiósæ  
Cataractæ flúvium*

*Pallo Christo doloróse  
Pro salúte géntium.*

\* *Hasta gazis præoptáta  
Mundi pandit prétium,  
Cordis tactu præparáta  
Fit sagitta fórtium:  
Arma clávi sunt bēata  
Contra vires dæmonum.*

\* *Dulcis hasta Dei latus  
Spoliásti sanguine:  
Dulces clavi, qui reáthus  
Expurgástis flúmine;  
Ut sit mundus emun-  
dáthus,*

*Et sanátus vúlnere.*

\* *Hasta fulcit viatóres,  
Et timéntes ánimat,  
Et osténso bellatóres  
Cordis succo róborat;  
Clavus firmat, & dat  
rores,*

*Pusillósque recreat.*

\* *Jesu viðor inferórum,  
Qui triúmphas lâncea,  
Et virtute qui clavórum  
Restaurásti ómnia:  
Fac, ut horum nos ar-  
morum  
Múniant præsidia. A-  
men.*

\* *¶. Accípiet armatú-  
ram zelus illius, Al-  
lelúja.*

\* *R. Et armábit crea-  
turam ad ultiórem iui-  
micórum, Allelúja.*

*Ad Magnificat. Ant.*

**G**audie pia plebs iustorum, omne genus germanorum, tantis de muneribus: nam clenodia salutis, tibi dedit Rex virtutis suis de vulneribus, clavos, lanceam, & crucem, ut sequaris Christum ducem, Alleluja.

*Oratio.*

**D**eus, qui in assump-  
tæ carnis infirmitate  
clavis affigi, &  
lancea vulnerari pro  
mundi salutे voluisti:  
concede propitius; ut  
qui eorumdem clavorum,  
& lanceæ solémnia  
venerámur in ter-  
ris, degoriōso victoriæ  
tuæ riūmpho gra-  
tulémur in cœlis. Qui  
vivis & regnas cum  
Deo Patre, &c.

*Ad Matutinum, Invi-  
tatorium.*

**C**œlestis Regis lanceram, venite ado-

rēmus: \* Et pro clavis ejus Christo jubilémus, Alleluja,

*Psalmus. Venite, exultemus.*

*Hymnus.*

\* **P**aschali júbilo sonent  
præcónia  
Armórum Dómini, per  
quæ viētria  
Venis Christicolis; sint  
in memória  
Crux & clavi & lancea,  
\* Crux apud inferos spoliat tartara,  
Lancea súperis tribuit  
præmia,  
Clavi consoliant cœlos  
& infima,  
Fletum mutant lætitia,  
\* Clavus dum figitur in  
Dei mánibus,  
Et dum demergitur in  
sacris pédibus,  
Hasta dñm fôdicat la-  
tus, hómnibus  
Manat gratiæ fluvius.  
\* Lancea saeviens in Dei  
pédore,  
Et inde prôferens a-  
quam cum lânguine,  
Mundum lætificat im-  
petus flûmine:  
Omnes ad aquas cür-  
rite,

Te summa Déitas, cœ-  
lum magnificat,  
Ordo Seraphicus laudi-  
bus insonat,  
His noster páriter cæ-  
tus se misceat,  
Et in sæcula te canat.  
Amen.

## In I. Nocturno.

*Ant.* Exaltáatur cru-  
cis lignum ; dum Chri-  
stus occubuit lanceátus,  
a maligno hoste nos  
eripuit , Alleluja.

*Psalmi.* Beatus vir,  
qui non abiit. Quare  
fremuerunt gentes.  
Dómine quid multi-  
plicati sunt. Ut in Fe-  
sto Inventionis S. Crucis,  
sub una Antiphona.

¶. Tuam lánceam  
adorámus Dómine, Alle-  
luja.

¶. Tuam gloriósam  
passiónem recólimus ,  
Alleluja.

*Lectio I.*

De libro secundo Pa-  
ralipómenon. *Cap. 9.*  
Fecit igitur rex Sá-  
lomon ducéntas ha-

stas, de summa sex-  
centórum aureórum ,  
qui in singulis hastis  
expendebántur. Tre-  
cénta quoque scuta áu-  
rea trecentórum au-  
reórum , quibus tege-  
bántur singula scuta ;  
posuitque ea rex in  
armamentário , quod  
erat cónsumum némore.  
Tu autem &c.

¶. Vidéte gloriósa  
loca clavórum , & la-  
tus meum láncea per-  
forátum , pro salute  
mundi. \* Palpáte , &  
vidéte , quia ego ipse  
sum , Alleluja , Alle-  
luja.

¶. Vere languores  
nóstros ipse tulit , &  
dolores nóstros ipse  
portávit . Palpáte.

*Lectio II.*

De Libro Sapiéntie.  
*Cap. 5.*

Et accípiet armatú-  
ram zelus illius ,  
& armábit creatúram  
ad ultiónem inimicó-  
rum. Induet pro tho-  
ráce justiciam , & ac-

cípiet pro gálea iudicium certum. Sumet scutum inexpugnabilem aequitatem. Acuet autem duram iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Tu autem &c.

R. Latus ejus aperruit, Alleluja: patefecit ostium vitæ: \* Alleluja, Alleluja.

V. Ingrediámur illudi, Alleluja, Alleluja.

### Lectio III.

De Epistola beati Pauli Apóstoli ad Ephésios

#### Cap. 6.

Induite vos armatúram Dei, ut possitis stare adversus infidias diaboli: quóniam non est nobis coluctatio adversus carnem & sanguinem, sed adversus principes & potestates, adversus mundi rectóres tenebrarum harum, contra spirituália nequitiæ in cœlestibus. Propterea

accipite armatúram Dei, ut possitis restare in die malo, & in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam justitiae, & calceati pedes in præparationem Evangélii pacis: in omnibus sumentes scutum fideli, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguiere; & gáleam salutis assúmite, & gladium spíritus, quod est Verbum Dei. Tu autem &c.

R. Inter clavos Christus in cruce soporatus est, \* Alleluja, Alleluja, Alleluja.

V. Et in sancta resurrectione mundus in ejus laudibüs vigilavit. Alleluja. Glória Patri. Alleluja &c.

#### In II. Nocturno.

Ant. Tuam Lanceam adoramus Domine; & tuam gloriósam passionem recolimus. Alleluja,

*Psalmi. Cum Invocá-  
rem. Verba mea. Do-  
mine, Dóminus noster.  
Ut in secundo Nocturno  
de Inventione sanctæ Crucis*

¶. Vere languóres  
nóstros ipse tulit, Al-  
lelúja.

¶. Et dolores nóst-  
ros ipse portávit, Al-  
lelúja.

#### Leclio IV.

Sermo Sancti Inno-  
centii Papæ sexti

In Decreto de Festo  
Lanceæ, & Clavorum  
Domini.

In Redemptoris nost-  
ri Dómini Jesu Chri-  
sti sacratissima passió-  
ne sic nos gloriári o-  
póret, ut ipsius pas-  
sionis cuncta mysté-  
ria dinumerántes &  
mérita, singulis étiam  
ejus salutáribus instru-  
ménatis gloriémur. In-  
ter quæ illud celébri-  
ter memorandum est;  
quod ipse Salvátor,  
emisso in cruce jam  
spíritu, sustinuit per-

forári lâncea latus su-  
um, ut inde sanguinis,  
& aquæ profluéntibus  
undis, formarétur ú-  
nica & immaculáta vir-  
go, sancta mater Ec-  
clésia sponsa sua. O  
beatissima ipsius sacri  
láteris apertúra, unde  
nobis tot, & tanta  
Divinæ pietatis dona  
fluxérunt! O felix lán-  
cea, quæ tot bona no-  
bis effícere, & ad tan-  
ti triúmphhi glóriam  
méruit superáddi! Tu  
autem &c.

¶. Surge virgo Ec-  
clésia, sponso redde  
múnia, cui clavi grá-  
ta ímprimunt vestí-  
gia, per quæ ruit in-  
fernális Sísara, \* Nam  
clavum Jahel málleo  
fixit in ejus témpora,  
Allelúja, Allelúja.

¶. Dulces clavi pún-  
gite corda nostra. Nam  
clavum &c.

#### Leclio V.

Hæc latus ipsum a-  
periéndo, sacra-  
tissimas jānuas nobis

regni cœlestis aperuit. Hæc vulnerando jam mortuum, vulnera nostra sanavit, vitamque nobis reddidit, & salutem. Hæc innoxium transfigendo, illius sanguine culpas nostras abstersit; & demum ejusdem sacratissimis undis irrigata, cæcitatis nostræ tenebras sustulit, & nos ipsius Divinæ pietatis fluviiis mundavit. Illi etiam dulces clavi, quibus ipse Salvator eisdem cruci fuit affixus, qui que non solum immaculato respèrgi sanguine, & molem ferrenti ponderis meruerunt, sed & nos etiam per ipsorum salutiferas plagas dulcedinem tantam ipsius Divinæ charitatis accépimus, ut manus nostræ a peccati solutæ néxibus, pésque nostri a mortis láqueis fuerint liberati, sunt devotissime recoléndi,

¶. Hasta nitet margaritis nimis corruscantibus, \* Alleluja, Alleluja, Alleluja.

\* Muero gemmis infinitis sanguine veruántibus. Alleluja. &c.

### Lætio VI.

**Q**uid enim vulnere, & plagiis hujusmodi sanctius? quid eis salubrius, ex quibus salus nostra procéssit, & in quibus assidue se possunt curare animæ devotórum? Licet igitur lancea, & clavi prædicti, aliisque ipsius passionis salutaria instrumenta sint a cunctis fidélibus Christi ubilibet veneranda, & de ipsa etiam passione in eadem Ecclesia solémnia annis singulis officia celebréntur, & fiant; dignum tamen, & convéniens reputamus, si de ipsius passionis speciálibus instrumentis, & præfertim in partibus, in quibus instrumenta ip-

sa dicuntur haberi, solumne, ac speciale festum celebretur, & fiat; Nosque illos fideles Christi, qui aliqua ex instrumentis ipsis habere se gaudent, in eorum devotione divinis officiis atque munib[us] specialiter soveamus. Tu autem &c.

R. Jésus nostra spes suavis ab ubibus, \* Alleluja, Alleluja, Alleluja.

\* Pro nobis fossus clavis in palmis, atque pedibus. Alleluja. &c. Glória. Alleluja. &c.

### In III. Nocturno.

*Ant.* Tu Christe nosterum gaudium, de lanceato latere, da oris mellicidium ardenti corde fugere, Alleluja.

*Psalm.* Cantate. Dominus regnavit Canticate. Ut in tertio nocturno de Inventione S. Crucis.

\* Omnis terra ador-

ret te, & psallat tibi, Alleluja.

\* Psalmum dicat nominis tuo Dómine, Alleluja.

Lectio sancti Evangelii secundum Joánnem.

*Lectio VII. C. 19.*  
In illo tempore: Sciens Iesus, quia omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptura, dixit: Sitio. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

*Tract. 120. in Joan.*

Uos militum lances latus ejus apéruit, & continuo exivit sanguis, & aqua. Vigilanti verbo Evangelista usus est, ut non diceret: Latus ejus percussit, aut Vulneravit, aut quid aliud, sed Apéruit; ut illud quodammodo vitæ ostium panderetur, unde Sacramenta Ecclésiae má-

naverunt, sine quibus ad vitam, quæ vera vita est, non intratur. Ille sanguis, qui fuscus est, in remissionem fuscus est peccatorum. Aqua illa salutare temperat pœnatum, hæc & lavacrum praestat, & potum. Hoc prænunciabat, quod Noë in latere arcæ ostium facere Iesus est, quo intrarent animalia quæ non erant diluvio peritura, qui bus præfigurabatur Ecclæsia. Tu autem &c.

R. Vibrans miles lanceam acutissimam aperteuit templum sanctum gloriæ Dei: \* In quo habitat plenitudo Divinitatis, Alleluja, Alleluja.

V. Ibi abscondita est fortitudo ejus: ante faciem ejus ibit mors. In quo habitat &c.

### Lechio VIII.

Propter hoc prima mulier facta est de latere viri dormientis;

& appellata est vita, matèrque vivorum. Magnum quippe signifiavit bonum ante magnum prævaricationis malum. Hic secundus Adam inclinato capite in cruce dormivit, ut inde formaretur ei conjux, quæ de latere dormientis efflxit. O mors, unde mortui reviviscunt! Quid isto sanguine mulieris? Quid vñere isto salubrioris? Facta sunt enim hæc, inquit, ut Scriptura impleretur: Os non comminuétis ex eo. Et iterum alia Scriptura dicit: Videbunt, in quem transfixerunt. Tu autem &c.

R. Tuam lanceam adoramus Dómine, Alleluja: tuam gloriosam recordimus passionem, \* Alleluja, Alleluja, Alleluja.

V. Hasta Regem gloriae cruentavit Christum. Allel. &c. Glor. Patri. Allel. &c.

## Lectio IX.

Duo testimonia de Seripturis singulis reddidit, quasi facta fuissent, narravit. Nam quia dixerat: Ad Iesum autem cum venerarent, ut viderunt eum jam mortuum, non regreverunt ejus crura; ad hoc pertinet testimonium: Os non cominduétis ex eo: quod praeceptum est eis, qui celebrare Pascha jussi sunt ovis immolatione in veteri lege, quæ Dominicæ passionis umbra præcesserat. Unde Pascha nostrum immolatus est Christus; de quo & Isaías Prophéta dixerat: Sicut ovis ad occisionem ducetus est. Item, quia subiunxerat, dicens: Sed unus militum lancea latus ejus apertuit; ad hoc pertinet alterum testimonium: Vidébunt, in quem transfixerunt. Ubi promissus est Chri-

stus in ea, qua crucifixus est, carne venturus. Tu autem &c, Te Detum laudamus.

## Ad Laudes

## &amp; per Horas.

*Ant.* Hasta Regem gloriæ Christum crucifixum, dum crucis in arbore Dominus regnavit, Alleluja.

*Psalmus.* Dominus regnavit. *Cam reliquias de Dominicæ*

*Ant.* Hanc tremendam lanceam omnes adorémus, & in ejus laudibus semper jubilemus, Alleluja.

*Ant.* Unus militum lancea latus ejus apertuit, & continuo exivit sanguis, & aqua, Alleluja.

*Ant.* Fui mortuus, & ecce sum vivens in æcula saeculorum, Alleluja.

*Ant.* Semper eterna gloria Christus tunc dominavit, cum clavis &

láncea mortem supe-  
ravit, Alleluja.

*Capitulum. Sap. 5.*

**S**umet Dominus seu-  
tum inexpugnabile  
æquitatem; acuet au-  
tem duram iram in  
lánceam, & pugnabit  
cum illo orbis terri-  
rum contra insensatos.

*R. Deo gratias.*

*Hymnus.*

\* **V**erbum supérnum pró-  
diens

Salváre, quod perierat,  
Hasta, clavisque mó-  
riens

Complévit, ad quod  
vénerat.

\* **O** gloriósa láncea!

Timor, tremórque dæ-  
monum,

Regna pandis fidérea  
Per sanctæ necis méti-  
tum.

\* **D**e Clavórum stigmáti-  
bus

Emánat mundi prétium,  
E cunctis aromátibus

Spirans odórem cœli-  
cum

\* **I**n corde Christi mér-  
gitur

Mucro leóne savior:

De forti fons exóritus  
Cibis que melle dulcior,  
\* In Natum Pater phialam  
Effudit iracundiae,  
Ut nobis cœnam máxi-  
mam

Gratis suæ det glóræ.  
\* O Christe nostrum gau-  
dium.

De vulnerato láere  
Da lac, & vīnum dé-  
plum,

Ardénte corde fúgere.

\* Precámur, auditor óm-  
num,

Tu nostra sis reféctio:  
Tuorum quoque meri-  
tum

Armórum sit protéctio.  
Amen.

\* Per sanctam lan-  
ceam de inimícis no-  
stris, Alleluja

*R. Libera nos Deus  
noster, Alleluja.*

*Ad Benedictus, Ant.*

**O** felix, & omni  
laude digna láncea  
Salvatotis, quæ per-  
tránsiens latus ejus,  
chirógraphum peccati  
affixit patíbulo crucis,  
Alleluja.

## Oratio.

**D**eus, qui in assūptāe carnis infirmitatē clavis affigi, & lancea vulnerāri promundi salutē voluisti: concede prop̄tius; ut, qui eorūndem clavōrum, & lānceā solēnia venerāmur in terris, de gloriōso vīctoriātūcē triūmpho gratulem̄ur in cœlis. Qui vivis & regnas. &c.

*Ad Primam* **R. Breve.**  
Christe Fili Dei vivi miserere nobis, \* Alleluja, Alleluja. Christe Fili &c.

\* Qui vulnerātus es pro nobis.

**R. Alleluja, Alleluja.**

\* Glōris Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

**R. Christe, Fili &c.**

\* Exúrge. &c.

**R. Et libera &c.**

*Ad Tertiām.*

*Ant.* Hanc tremendam lānceam.

## Capitulum.

**S**umet Dóminus. *Ut supra in Laud.*

**R. Breve.** Apprehēnde arma, & scutum, \* Aileluja, Alleluja. Apprehende &c.

\* Et exúrge in adiutorium mihi. Alleluja, Alleluja. Glor. Pat. Apprehende. &c.

\* Fodérunt manus meas, & pedes meos, Alleluja.

**R. Di numeraverunt omnia ossa mea, Alleluja.**

*Ad Sextām.*

*Ant.* Unus mīlitum.

Capitulum. *Apoc. 1.*

**G**rātia vobis, & pax ab eo, qui est, & qui erat, & qui venturus est, & a Jesu Christo, qui est testis fidélis, primogénitus mortuorum, & princeps regum terræ: qui dilexit nos, & lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo. **R. Deo gratias.**

**R.** Breve. Fodérunt manus meas, & pedes meos, \* Alleluja, Alleluja. Fodérunt.

**V.** Dicumerayérunt ómnia ossa mea. Alleluja, Alleluja. Glor. Pat. Fodérunt. &c.

**V.** Quem tu percussisti, persecuti sunt, Alleluja.

**R.** Et super dolorem vúlnerum meorum addidérunt, Alleluja.

### Ad Nonam.

**Ant.** Sempiterna gaudia.

**Capitulum.** Apoc. 1.  
Ego sum primus & novissimus, & vivus, & fui mórtuus: & ecce sum vivens in saecula saeculórum. **R.** Deo grátias.

**R.** Breve. Quem tu percussisti, persecuti sunt, \* Alleluja, Alleluja. Quem tu percussisti, &c.

**V.** Et super dolorem vúlnerum meorum ad-

didérunt. Alleluja, Alleluja. Glor. Pat. Quem tu. &c.

**V.** Ipse vulnerátus est propter iniquitátes nostras, Alleluja.

**R.** Attritus est propter icélera nostra, Alleluja.

*In II. Vesperis omnia ut in primis, & loco ultimi Psalmus: Crédidi,*

*Ad Magnificat. Ant. Collaudémus Christi cleméntiam, qui per gloriósos clavos, & lanceam dat Ecclesiæ de inimicis victoriā, & in cœlo vitam, & corónam perpetuam, Alleluja.*

**OFFICIUM.**  
**De Patrocínio Sancti Joseph, Sponsi Deiparae Virginis. Duplex II. classis.**

Pro Dominica III. post Pascha.

**Ant.** Jacob autem, cum reliquis de Laud. ut infra.

*Psalmus: Dixit Dominus, cum reliq. de Do-*

*minica, & loco ultimi beatum Joseph Sanctiss.  
Psalmus: Laudate Dominum omnes gentes.*

*Capitulum. Genes. C. 49.*

Benedictiones Patris  
tui confortatae sunt  
benedicti omnibus pat-  
rum ejus, donec veni-  
ret desiderium collum  
eternorum: stant in  
capite Joseph, & in  
vertice Nazarei inter  
fratres suos. R. Deo  
gratias.

*Hymnus: Te Joseph  
celebrent, ut in 1. Vesp.  
peris Festi die XIX. Mar-  
tii in breviario.*

\*. Constituit eum  
dominum domus suae  
alleluja: R. Et prin-  
cipem omnis possessio-  
nis suae, alleluja,

*Ad Magnificat, Antiph.*  
Cum esset despontata  
Mater Iesu Maria Joseph,  
antequam con-  
venirent, inventa est  
in utero habens de  
Spiritu Sancto, alleluja.

*Oratio: Deus, qui in-  
effabili providentia*

beatum Joseph Sanctiss.  
simæ Genitricis tuæ  
Sponsum eligere dignatus es: praesta, quæ-  
sumus; ut, quem Pro-  
tectorem veneramur  
in terris, intercessio-  
rem habere mereamur  
in cœlis. Qui vivis, &  
regnas &c.

*Et fit Commem. Do-  
minice III post Pascha.*

*At Matutinum, Invi-  
tat. Laudemus Deum  
nostrum \* In venera-  
tione beati Joseph pro-  
tectoris nostri, alle-  
luja.*

*Psalmus. Venite, exultemus,*

*Hymnus: Te Joseph,  
ut in 1. Vesp. Festi.*

*In 1. Nocturno.*

*Ant. Angelus Dei  
apparuit in somnis  
Joseph, dicens: Surge,  
& accipe puerum &  
matrem ejus, & fuge  
in Aegyptum, & esto  
ibi, usque dum dicam  
tibi, alleluja.*

*Psalmi de communi Conf.  
non Pont.*

¶. Confitébor nōmi-  
ni tuo, allelúja:

¶. Quóniam adjútor  
& protéctor factus es  
mihi, allelúja.

*Lechio I. Gen. C. 39.*

De libro Génesis.

Igitur Joseph duc-  
tus est in Aegyptum,  
emítque eum Pútiphar  
Eunúchus Pharaónis,  
prínceps exercitus, vir  
Aegyptius, de manu  
límōnárūm, a qui-  
bus perdúcus erat. Fu-  
itque Dóminus cum eo,  
& erat vir in cunctis  
próspere agens; habi-  
tavitque in domo dó-  
mini sui, qui óptime  
nóverat, Dóminum

esse cum eo, & ómnia,  
quæ géret, ab eo di-  
rigi in manu illius.  
Invenítque Jóseph grá-  
tiam coram dómino  
suo, & ministrabat ei,  
a quo præpósitus omni-  
bus gubernábat crèdi-  
tam sibi domum, &  
univérsa, quæ ei trá-  
dita fuerant: benedi-  
xitque Dóminus dómui

Aegyptii propter Jo-  
seph, & multiplicávi-  
tam in ædibus, quam in  
agris cunctam ejus sub-  
stantiam: nec quidquam  
aliud nòverat, nisi pá-  
nem, quo vescebátur.  
Erat autem Joseph  
púlchra fácie, & de-  
córus aspéctu. Tu au-  
tem &c.

¶. Clamávit pôpu-  
lus ad regem, alimén-  
ta pétens: \* Quibus  
ille respóndit: Ite ad  
Joseph, allelúja. ¶.  
Salus nostra in manu  
tua est: réspice nos  
tantum, & læri ser-  
viémus regi. \* Quibus  
&c.

*Lechio II. Genes. 41.*  
Plácuit Pharaóni  
consilium, & cunctis  
ministris ejus: locutús-  
que est ad eos: Num  
invenire poterimus ta-  
lem virum, qui spíri-  
tu Dei plenus sit? Di-  
xit ergo ad Joseph:  
Quia osténdit tibi De-  
us ómnia, quæ locú-  
tus es, nunquid sa-

piētiōrem & confi-  
mīlem tui invenire pō-  
tero? tu eris super do-  
mum meam, & ad tui  
oris impēriū cunctus  
pōpulus obédieret; uno  
tantum régni sólio te  
præcédāt. Dixitque  
rūsfus Phárao ad Jo-  
seph: Ecce constitui te  
super univérsam ter-  
ram Ægypti. Tulit  
que ánnulum de ma-  
nu sua, & dedit eum  
in manu ejus, vesti-  
vitque eum stóla bys-  
fina, & collo torqueum  
áuream circumpósuit.  
Fecitque eum ascén-  
dere super cùrrum su-  
um secúndum, cla-  
mante præcōne, ut  
omnes coram eo genu-  
flésterent, et præpō-  
situm esse scirent uni-  
vérſæ terræ Ægypti.  
Tu autem &c.

R. Fecit me Deus  
quasi patrem regis,  
& dōminum univérſæ  
domus ejus: \* Exaltá-  
vit me, ut salvos fá-  
ceret multos pōpulos,

allelúja. ¶ Venite ad  
me, & ego dabo vo-  
bis ómnia bona Ægypti,  
ut comedáris me-  
dúllam terre. \* Exal-  
tavit &c.

### *Leflō III. Genes. c. 41.*

Dixit quoque rex  
ad Joseph: Ego sum  
Phárao, absque tuo  
impērio non movébit  
quisquam manum aut  
pedem in omni terra  
Ægypti. Vertítque no-  
men ejus, & vocávit  
enm lingua Ægyptia-  
ca Salvatórem mundi.  
Deditque illi uxórem  
Aseneth filiam Puti-  
phare sacerdótis He-  
liopóleos. Egressus est  
itaque Jóseph ad ter-  
ram Ægypti (tri-  
inta autem annórum e-  
rat, quando stètit in  
conspéctu regis Pha-  
raonis) & circuít om-  
nes régiones Ægypti.  
Venitque fertilitas sep-  
tem annórum, & in  
manípulos redactæ sé-  
getes congregatæ sunt

in horrea Ægypti. Omnis etiam frugum abundantia in singulis urbibus condita est. Tantaque fuit abundantia tritici, ut arenæ maris coequaretur, & copia mensuram excederet.

Tu autem &c.

**R.** Jam latus moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te reliquo. Non sum fraudatus aspecto tuo:  
 \* Insuper ostendit mihi Dominus semen tuum, alleluja. Qui pascit me ab adolescèntia mea, benedicit pueris istis: & invocatur super eos nomen meum. \* Insuper &c  
**Gloria Patri &c.** \* Insuper &c.

### In II. Nocturno.

**Ant.** Angelus Domini apparet in somnis Joseph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & vade in terram Israël: defuncti sunt enim, qui

quærabant animam pueri. Allel.

**Psalmi de Communi Conf. non Pont.**

**V.** Réspice de cœlo, & vide, & visita vi- neam istam, alleluja.  
**R.** Et perfice eam, all.

### Lectione IV.

**Sermo Sancti Bernar- dini Senensis.**

**Serm. I. de Joseph.**

**O**mnia singulium gratiarum alicui rationabili creaturæ communicatarum gene- ralis regula est, quod, quandocumque divina gracia eligit aliquem ad aliquam gratiam singularem, seu ad aliquem sublimem statum, omnia charis ma- ta donet, quæ illi per- sonæ sic electæ, & e- jus officio necessaria sunt, atque illum co- piouse decòrant. Quod maxime verificatum est in Sancto Joseph putativo patre Domini nostri Jesu Christi,

& vero sponso Regi-  
næ mundi, & Dómi-  
næ Angelórum, qui  
ab æterno Patre elec-  
tus est fidélis nutriti-  
cius, atque custos prin-  
cipalium thesaurórum  
suòrum, scilicet Fílli  
eius, & sponsæ suæ,  
quod officium fidelissi-  
mè prosecútus est.  
Cui propterea Domi-  
nus ait: Serve bone,  
& fidélis intra in gáu-  
dium Dómini tui. Tu  
autem &c.

R. Dediſti mihi pro-  
tectionem salutis tuæ,  
& dæxtera tua suscé-  
pit me: \* Protector  
meus, & cornu salutis  
meæ, & susceptor me-  
us, alleluja. ¶ Ego  
Protector tuus sum, &  
merces tua magna ni-  
mis. \* Protector, &c.

### *Lectio V.*

Si cōpares eum  
ad totam Ecclésiam  
Christi, nonne iste est  
homo electus, & spe-

cialis, per quem &  
sub quo Christus est  
ordinatè & honestate in-  
trodūctus in mundum?  
Si ergo Virgini mat-  
ri tota Ecclésia sancta  
débitrix est, quia  
per eam Christum sus-  
cipere digna facta est:  
sic præfècto post eam  
huic debet gratiā & re-  
verentiam singularem.  
Ipse enim est clavis vē-  
teris testamenti, in qua  
patriarchalis & prophē-  
talis dignitas promis-  
sum conséquitur fruc-  
tum. Porro hic est so-  
lus, qui corporaliter  
possédit, quod eis Di-  
vína dignatio repro-  
mísit. Mérito igitur  
figuratur per illum  
Patriarcham Joseph,  
qui populis frumenta  
servàvit. Sed & hic  
illum præcèllit, quia  
non solum Ægyptiis  
panem corporalis vi-  
tae, sed omnibus elec-  
tis panem de cœlo,  
qui cœlestem vitam  
tribuit, cum multa fo-

Iertia enutrivit. Tu autem &c

R. Sicut et filios suos sub tegmine illius, & sub ramis ejus morabitur; protegetur sub tegmine illius a ferore: \* Et in gloria ejus requiesceret. alleluia. ¶ Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra. \* Et in gloria &c.

### Lectione VI.

Profecto dubitandum non est, quod Christus familiaritatem, reverentiam atque sublimissimam dignitatem, quam sibi exhibuit, dum ageret in huminis, tanquam filius patri suo; in cœlis utique non negavit, quin potius complevit, & consummavit. Unde non immrito in verbo proposito a Domino subinfertur: Intra in gaudium Domini tui. Un-

de licet gaudium æternæ beatitudinis in corpore hominis intret, malum it tamen Dominus ei dicere: Intra in gaudium, ut mystice innatur, quod gaudium illud non solum in eo sit intra, sed undeque illum circumdans, & absorbens, et ipsum velut abyssus infinita submersgens. Memoratus igitur nostri, beatoe Joseph, et tuæ orationis suffragio apud tuum putativum Filium intercede, sed et beatissimam Virginem sponsam tuam nobis propitiari redde, quæ mater est ejus, qui cum Patre et Spíitu Sancto vivit, et regnat per infinita sæcula sæculorum, Amen. Tu autem &c.

R. Si consistant adversum me castra, non timebit eot meum: \* Si exurgat adversum me prælium, in hoc ego sperabo, alleluja. ¶ In

te cantatio mea semper,  
quóniam tu adjutor  
fortis. \* Si exúrgat &c.  
Glor. Patr. Si exúrgat  
&c.

### In III. Nocturno.

*Antiph.* Consurgens  
Joseph accépit puerum  
et matrem ejus, et  
venit in terram Israél:  
et habitávit in civitá-  
te, quæ vocáatur Ná-  
zareth, alleluja.

*Psalmi, ut in Communi  
Conf. non Font.*

¶. Invocávi Dóminum  
patrem Domini mei,  
Allel. R. Ut non dere-  
linquat me in die tri-  
bulationis, alleluja.

*Lectio sancti Evangé-  
lii secundum Lucam.*

### *Lectio VII C. 4.*

In illo tempore: Fac-  
tum est autem, cum  
baptizaretur omnis po-  
pulus, & Iesu bapti-  
zato, & orante, apér-  
tum est cœlum. Et  
reliqua.

*Homilia sancti Augu-  
stini Episcopi.*

*Lib. 2, de consensu Ev-  
angelist.*

Manifestum est illud,  
quod áit: Ut putabá-  
tur filius Joseph; prop-  
ter illos dixisse, qui  
eum ex Joseph, sicut  
alii homines nascún-  
tur, natum arbitrantur.  
Quos autem movet,  
quod álios progenitó-  
res Matthæus enúme-  
rat, descéndens a Da-  
vid usque ad Joseph,  
álios autem Lucas,  
ascéndens a Joseph us-  
que ad David, fáci-  
le est, ut advértant,  
duos patres habére po-  
tuisse Joseph: unum,  
a quo génitus, álter-  
um, a quo fúerit adop-  
tátus. Antiqua est e-  
nim consuetudo adop-  
tándi ètiam in illo  
pópulo Dei, ut sibi  
filios fácerent, quos  
ipsi non genuíssent.  
Unde intelligitur Lu-  
cas patrem Joseph non

a quo genitus, sed a nem tenuisse, quam quo fúerat adoptátus, suscepísse in Evangélio suo, cujus progenítóres sursum versus com-mémorat, donec ex-lret ad David. Tu au-tem &c.

R. Joseph, fili David, noli timére accipere Mariam cónjugem tu-am; quod enim in ea na-tum est, de Spíritu Sanc-to est; páriet autem fili-um, \* Et vocábis no-men ejus Jesum, alle-lúja. V. Ipse enim sal-vum fáciet populum suum a peccátis eórum \* Et vocábis &c.

### *Lectione VIII.*

Cum enim necéssit, utroque Evangelista vera narránte, & Matthæo scilicet, et Luca, ut tinus eórum ejus patris originem tenéret, qui genéretat; alter ejus, qui adop-táverat Joseph: quem probabilius intellígi-mus adoptántis origi-

nem tenuisse, quam eum, qui nóluit Jo-seph génitum dícere ab illo, cujus eum fi-lium esse narrávit? Matthæus autem di-cens: Abraham gé-nuit Isaac, Isaac au-tem génuit Jácob; at-que ita in hoc ver-bo, quod est, Génuit, persevérans, donec in último diceret: Jacob autem génuit Joseph; satis expressit, ad eum patrem se perduxisse originem generantium, a quo Joseph non ad-optátus, sed génitus est. \* Quanquam, si étiam Lucas génitum diceret Joseph ab He-li, nec sic nos hoc verbum perturbare dé-béret, ut aliud crede-rémus, quam ab uno Evangelista gignéntem ab áltero adoptántem patrem fuisse comme-moratum. Neque enim absurde quisque dicitur non carne, sed charitáte genuisse,

quem filium sibi adoptaverit. At vero è ciam nos, quibus dedit Deus potestatèm filios ejus fieri, sed natúra atque substántia sua non nos gènuit, sicut únicum Filium; sed útique dilectione adoptávit. Tu autem &c.

**V.** Surge, & accipe puerum, & mātrem ejus, & fuge in Ægyptum: \* Et esto ibi, usque dum dicam tibi, alleluja. **X.** Ut adim pleretur, quod dictum est a Dòmino per Prophétam dicentem: Ex Ægypto vocávi filium meum. \* Et esto &c. Glória Patri &c. \* Et esto &c.

**Nom. Lect.** dicitur de **Homilia Dominicae III.** post **Pascha.**

**Ad Laudes,**  
**& per Horas.**

**Ant.** Jacob autem gènuit Joseph, virum Mariæ, de qua natus

est Jesus, qui vocatur Christus, alleluja.

**Psalmus:** Dóminus regnávit, cum reliquis de Dominica.

**Ant.** Missus est An- gelus Gábriel a Deo in civitatem Galiléæ, cui nomen Názareth, ad vírginem despon- saram viro, cui no- men erat Joseph, allel.

**Ant.** Ascendit au- tem Joseph a Galiléa de civitate Názareth in Judæam in civitatem Dávid, quæ vo- cator Béthlehem, al- leluia.

**Antiph.** Et venérunt festinantes, et invené- runt Mariam & Joseph, & infántem posítum in præsépio; alleluja, al- leluja.

**Ant.** Et ipse Jesus erat incipiens quasi an- nórūm triginta, ut pu- tabatur filius Joseph, alleluja.

**Capitulum:** Benedic- tiones Patris &c. ut su- pra in I. Vesp.

*Hymnus: Cælitum  
Joseph, ut in die festo  
XIX. Martii ad Ma-  
tutinum.*

¶. Dedisti mihi pro-  
tectionem salutis tuæ,  
alleluja.

¶. Et dexter tua  
fuscepit me, alleluja

*Ad: Benedictus, Ant.  
Joseph, fili David, no-  
li timere, accipere Ma-  
riam conjugem tuam;  
quod enim in ea natum  
est, de Spíitu Sancto  
est, alleluja.*

*Oratio: Deus, qui  
ineffabili, ut supra in I.  
Vesp.*

*Et fit Commemoratio  
Dominicæ.*

*Ad Tertiam.*

*Aht. Missus est. Ca-  
pitulum: Benedictiones  
&c. ut in I. Vesperis.*

¶. Breve: Constituit  
eum dominum domus  
suæ, \* Alleluja, alle-  
luja. Constituit &c.

¶. Et principem om-

nis possessiōnis suæ.  
Alleluja, alleluja.  
Gloria Patri &c Con-  
stituit &c.

¶. Confitebor nōmi-  
ni tuo, alleluja,

¶. Quoniam adjú-  
tor & protéctor fac-  
tus es mihi, alleluja

*Ad Sextam.*

*Ant. Ascendit autem  
Capitulum. Gen. C. 49.*

Deus patris tui erit  
adjutor tuus, & omni-  
potens benedicet tibi  
benedictionibus cœli  
désuper. ¶. Deo grātias.

¶. Breve: Confice-  
bor nōmīni tuo, \* Al-  
leluja, alleluja. Con-  
fitēbor &c.

¶. Quoniam adjú-  
tor & protéctor factus  
es mihi. \* Alleluja,  
alleluja. Gloria Patri  
&c. Confitebor &c.

¶. Justus germiná-  
bit sicut l̄slium, alle-  
luja. ¶. Et florébit  
in æternum ante Dó-  
minum, alleluja.

*Ad Nonam.**Ant.* Et ipse Jesus.*Capitulum.* Gen. C. 49<sup>a</sup>

Filius accréscens Joseph, filius accréscens, & decórus aspéctu: filiae discurrerunt super murum.

*R.* Deo grátias.

*R.* Breve: Justus germinabit sicut lílum, \* Alleluja, alleluja. Justus &c.

\*. Et florébit in æternum ante Dóminum; \* Alleluja, alleluja.

Glória Patri &c. Justus &c.

\*. Plantátus in domo Domini, allel.

*R.* In átriis domus Déi nostri, allel.

In II. Vesperis omnia, ut in primis.

\*. Sub umbra illius, quem desideráveram, sedi, alleluja.

*R.* Et fructus ejus dulcis gúttari meo, alleluja.

*Ad, Magnificat. Ant.*

Fili, quid fecisti nobis sic? ecce Pater tuus & ego doléntes queremus te, alleluja.

*Oratio:* Deus, qui ineffábilli, &c. ut supra in i. Vesp.

## OFFICIU M

De pretioso Sanguine

D. N. J. C. Duplex  
mejus.Pro Feria II. post Festum  
Ss. Trinitatis.*Ad Vesperas.*

1. *Ant.* Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis véstibus de Bosra? Iste formósus in stola tua.

*Psalmi*, ut in Dominica; sed loco ultimi dicitur Ps: Laudate Dóminum omnes gentes.

2. *Ant.* Ego, qui loquor justitiam, & propugnátor sum ad salvandum.

3. Ant. Vestitus erat  
veste aspérfa sanguine,  
& vocatur nomen  
ejus Verbum Dei.

4. Ant. Quare ergo  
rubrum est indumentum  
tuum, & vestimenta  
tua sicut calcantium  
in torculari?

5. Ant. Tórcular cal-  
cavi folis, & de génti-  
bus non est vir mecum.

### Capitulum. Heb. 9.

**F**ratres, Christus as-  
sistens pontifex fu-  
turorum bonorum, per  
ámplius & perfectius  
tabernaculum, non ma-  
nufactum, id est, non  
hujus creationis, ne-  
que per sanguinem hír-  
corum, aut vituló-  
rum, sed per própri-  
um sanguinem introi-  
vit semel in sancta,  
eterna redemptio in-  
venta. ¶ Deo grárias.

### Hymnus.

\*Festivis rélonent cón-  
pita vócibus;  
Cives lætitiam frón-  
bus explicent;

Tœdis flammiferis ór-  
dine pródeant  
Instúcti pueri & senes.

\*Quem dura móriens  
Christus in árbore  
Fudit multíphici vúlne-  
re, sanguinem  
Nos facti mémores dum  
cólimus, decet  
Saltem fúndere lácry-  
mas.

\*Humano géneri perni-  
cies gravis  
Adámi vétéris crímine  
cóngitit:  
Adámi intégritas, &  
pietas novi  
Vitam réddidit ómni-  
bus.

\*Clamórem válidum sum-  
mus ab æthere  
Languéntis Géniti si  
Pater audit,  
Placári pótius sanguine  
débuit,  
Et nobis véniam dare.

\*Hoc quicunque stolam  
sanguine pròluit,  
Abstérgit máculas, &  
róseum decus,  
Quo fiat similis próti-  
nus Angelis,  
Et Regi pláceat, capit.

\*A recto instabilis trámi-  
te póstmodum  
Se nullus retrahat, me-  
ta sed última

Tangatur; tristuet nobis  
bile præmium,  
Qui cursum Deus adjuvat.  
\* Nobis propitius sis Génitor potens,  
Ut quos unigeni Sanguine Filii  
Emisti, & placido Flamine récreas,  
Cœli ad cùlmina transferas. Amen.

*X. Redemisti nos  
Domine in sanguine tuo,*

*B. Et fecisti nos Deo nostro regnum.*

*Ad Magnificat, Ant.*  
Accessisti ad Sion montem, & civitatem Dei viventis, Jerusalēm cœlestem, & testamenti novi mediatorēm Jesum, & sanguinis alpersiōnem melius loquētem, quam Abel.

*Oratio.*

Omnipotens semper terne Deus; qui unigénitum Filium tuum mundi redemptorem constituisti, ac e-

ius sanguine placari voluisti; concéde, quæsumus; salutis nostræ prætium solenni cultu ita venerari; atque a præséntis vitæ malis ejus virtute deféndi in terris; ut fructu perpétuo læcémur in cœlis. Qui tecum vivit. &c.

*Ad Matut. Invitatorium.*

Christum Dei Filiū, qui suo nos redemit sanguine, \* Venite, adorémus. Christum. &c.

*Psalms. Venite, exultemus.*

*Hymnus.*

\* Ira justa conditóris  
Imbre aquarum víndice  
Criminósum mersit orbem,  
Noë in arca fóspite:  
Mira tandem vis amoris  
Lavit orbem sanguine.  
\* Tam salubri terra felix  
Irrigata pluvia,  
Ante spinis quæ secatébat,  
Germinavit flósculos:  
Inque nectaris saporem  
Transière absinthia.

- \* Triste prótinus venénum  
Dirus ánguis póluit,  
Et cruénta belluárum  
Défisi ferocia:  
Mitis Agni vulneráti  
Hæc fuit victória.
- \* O sciéntiae supérnæ  
Altitudo impérvia!  
O suávitás benigni  
Prædicánda péctoris!  
Servus erat morte dig-  
nus,  
Rex luit pœnam ópti-  
mus.
- \* Quando culpis provo-  
cámus  
Ultiónem Júdicis,  
Tunc loquéntis prote-  
gámur  
Sanguinis præséntia:  
Ingruéntium malórum  
Tunc recédant ágmina.
- \* Te redémpsus laudet  
orbis  
Grata servans múnera,  
O salútis sempitérnæ  
Dux, & auctor ínclyte,  
Qui tenes beáta regna  
Cum Parénte, & Spi-  
ritu. Amen.

*In I. Nocturno.*

*Ant.* Postquam con-  
summáti sunt dies octo,  
ut circumciderétur Pu-  
er, vocátum est no-  
men ejus JESUS.

*Psalmus 2.*  
Quare fremuérunt  
gentes, \* & pópu-  
li meditáti sunt inánia?  
Astitérunt reges ter-  
ræ, & príncipes con-  
venérunt in unum \*  
adversus Dóminum, &  
adversus Christum ejus.  
Dirumpámus víncula  
eórum: \* & projiciá-  
mus a nobis jugum ip-  
sorum.

Qui hábitat in cœ-  
lis, irridébit eos: \* &  
Dóminus subsannábit  
eos.

Tunc loquétur ad  
eos in ira sua, \* & in  
furóre suo conturbá-  
bit eos:

Ego autem constitú-  
tus sum rex ab eo su-  
per Sion montem sanc-  
tum ejus, \* prædicans  
præceptum ejus:

Dóminus dixit ad  
me: \* Fílius meus es  
tu, ego hódie génuí te:  
Póstula a me, & da-  
bo tibi Gentes hære-  
ditátem tuam, \* &

possessiōnem tuam tēr-  
minos terræ:  
Reges eos in virga  
férrea, \* & tanquam  
vas fíguli confrínges  
eos.

Et nunc reges intel-  
ligite: \* erudímini,  
qui judicáti terram:

Servíte Dómino in  
timore: \* & exultáte  
ei cum tremore:

Apprehéndite discip-  
línam, nequando ira-  
scátur Dóminus, \* &  
pereátis de via justa.

Cum exárserit in  
brevi ira ejus, \* bé-  
ati omnes, qui confi-  
dunt in eo.

*Ant.* Postquam con-  
summáti sunt dies octo,  
ut circumciderétur pu-  
er, vocárum est no-  
men ejus JÉsus.

*Ant.* Factus in ago-  
nia prolixius orabat;  
& factus est sudor e-  
jus sicut guttæ sán-  
guinis decurréntis in  
terrā.

### Psalmus 3.

Dómine, quid mul-  
tiplicáti sunt, qui  
tribulant me? \* multi  
insúrgunt adverſum me.

Multi dicunt ani-  
mæ meæ: \* Non est sa-  
lus ipfi in Deo ejus.

Tu autem Dómine  
fuscéptor meus es, \*  
glória mea, & exál-  
tans caput meum.

Voce mea ad Dó-  
minum clámávi: \* &  
exaudívit me de mon-  
te sancto suo.

Ego dormívi, & so-  
porátus sum; \* & ex-  
urréxi, quia Dómi-  
nus fuscépit me.

Non timébo millia  
pópuli circumdántis me:  
\* exúrge Dómine, sal-  
vum me fac Deus meus.

Quóniam tu percus-  
sisti omnes adversán-  
tes mihi sine causa: \*  
dentes peccatórum  
contrívisti.

Dómini est salus: \*  
& super pópulum tu-  
um benedictio tua.

*Ant.* Factus in agonia prolíxius orábat; & factus est sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.

*Ant.* Judas, qui eum trádidit, pœnitentia ductus, rétulit triginta argénteos, dicens: Peccávi, tradens sanguinem justum.

### Psalms 15.

**C**onsérva me Domine, quóniam sperávi in te. \* Dixi Domino: Deus meus es tu, quóniam bonórum meórum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra ejus, \* mirificávit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatæ sunt infirmitatæ eorum: \* póstea acceleraverunt.

Non congregábo convicula eorum de sanguinibus, \* nec memor ero nōminum eorum per labia mea.

Dóminus pars hæreditatis meæ, & calicis mei: tu es, qui restítues hæreditatēm meam mihi:

Funes cecidérunt mihi in præcláris: \* étenim hæreditas mea præclára est mihi.

Benedicam Dóminum, qui tribuit mihi intellectum: \* insuper & usque ad noctem increpáerunt me renes mei.

Providébam Dóminum in conspéctu meo semper: \* quóniam a dextris est mihi, ne commóvear.

Propter hoc lætatum est cor meum, & exultávit lingua mea: \* insuper & caro mea requiéscet in spe.

Quóniam non derelinques animam meam in inferno: \* nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplébis me lætitia cum vultu tuo;

\* delectiones in déxtéra tua usque in finem.  
*Ant.* Judas, qui eum trádidit, pœnitència ductus, rétulit triginta argénteos, dicens: Pec-cávi, tradens sanguinem justum.

¶. Redemísti nos Dómine,

R. In sanguine tuo.

*Lectio I.*

**De Epistola Beati Pauli Apóstoli ad Hebreos. Cap. 9.**

Christus assístens pón-tifex futurorum bonorum per amplius, & perfectius tabernáculum non manufactum, id est, non hujus creationis, neque per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per próprium sanguinem introívit semel in Sancta, æterna redemptio-ne invénta. Si enim sanguis hircorum, & taurorum, & cini ví-tulæ aspersus, inqui-

náros sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per Spíritum Sanctum semet-ípsum obtulit immaculatum Deo, emundabit consciéntiam nostram ab óperibus mórtuis ad serviéndum Deo vivénti? Et ídeo novi testaménti mediátor est, ut morte intercedénte, in redemp-tionem eàrum præ-varicationum, quæ erant sub priòri testaménto, repromissió-nem accípiant, qui vocati sunt æternæ hæreditatis. Tu autem. &c.

¶. Jesus, ut sanctifi-cáret per suum sanguinem pópulum, extra portam passus est.

\* Exeámus igitur ad eum extra castra, im-propérium ejus por-tantes.

¶. Nondum enim os-que ad sanguinem re-stitíssis advérsus pec-

catum repugnantes.  
Exeámus. &c.

### Lectio II.

**U**bi enim testaméntum est, mors, necesse est, intercédat testatóris. Testaméntum enim in mórtuis confirmátum est: alióquin nondum valet, dum vivit, qui testá-tus est. Unde nec pri-mum quidem sine sán-guine dedicátum est. Lecto enim omni man-dato Legis a Moysé univérso pôpulo, ac cípiens sanguinem vitulórum & hircórum cum aqua & lana coc-cinea, & hyssópo, ip-sum quoque librum, & omnem pôpulum as-persit, dicens: Hic Sán-guis testamenti, quod mandávit ad vos Deus. Etiam tabernáculum, & ómnia vasa mini-sterii sanguine simili-ter aspersit. Et ómnia pene in sanguine secúndum legem mun-

dántur; & sine sán-guinis effusióne non fit remissio. Tu autem &c.

R. Moyses sumptum sanguinem respersit in pôpulum, \* Et ait: Hic est sanguis fœderis, quod pégigit Dòminus vobiscum.

V. Fide celebravit pascha, & sanguinis effusiónem, ne, qui va-stabat primitiva, tangeret eos. Et ait: &c.

### Lectio III. Cap. 10.

**H**abéntes itaque, frat-res, fidúciam in intróitu sanctórum in sanguine Christi, quam iniciavit nobis viam novam, & vivéntem per velámen, id est, carnem suam, & sa-cerdótem magnum su-per domum Dei; ac-cedámus cum vero corde in plenitúdine fidei, aspersi corda a conscientia mala, & abluti corpus aqua muada teneámus spei nostræ confessiónem

indeclinabilem (fidelis enim est, qui remisit) & consideremus invicem in provocationem charitatis, & bonorum operum. Tu autem &c.

**R.** Vos, qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. \* Ipse enim est pax nostra, qui fecit ultraque unum.

**V.** Complacuit per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quae in terris, si ve quae in cœlis sunt. Ipse enim &c. Gloria Patri. Ipse enim, &c.

*In II. Nocturno.*

**Ant.** Pilatus volens populo satisfacere, tradidit illis JESUM flagellis cæsum.

*Psalmus 22.*

Dominus regit me, & nihil mihi derit: \* in loco paschæ ibi me collocavit. Super aquam refectionis.

uis educavit me: \* animam meam convértit.

Deduxit me super sémitas justitiae \* properiter nomen suum.

Nam, & si ambulávero in medio umbrae mortis, non timébo mala: \* quóniam tu mecum es.

Virga tua, & baculus tuus, \* ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam, \* adversus eos, qui tribulant me.

Impinguasti in óleo caput meum: \* & calix meus inebrians quam præclarus est!

Et misericordia tua subsequetur me \* omnibus diébus vitæ meæ.

Et ut inhábitem in domo Domini, \* in longitudinem diérum.

**Ant.** Pilatus volens populo satisfacere, tradidit illis JESUM flagellis cæsum.

**Ant.** Videns autem, quia nihil proficeret,

accépta aqua lavit  
manus coram pòpulo,  
dicens: Innocens ego  
sum a sanguine Justi  
hujus.

**Psalmus 29.**

**E**xaltábo te Dómine,  
quóniam suscepísti  
me: \* nec delectásti  
inimícos meos super  
me.

Dómine Deus meus,  
clamávi ad te, \* &  
fanásti me.

Dómine eduxísti ab  
inférno à animam meam:  
\* salvásti me a descen-  
déntibus in lacum.

Psállite Dómino  
sancti ejus: \* & confi-  
témini memoriæ sancti-  
tatis ejus.

Quóniam ira in in-  
dignatione ejus: \* &  
vita in voluntáte ejus.

Ad vésperum demo-  
rábitur fletus: \* & ad  
matutínum lætitia.

Ego autem dixi in  
abundántia mea: \* Non  
movebor in ætérnum.

Dómine in volun-  
tate tua, \* præstidisti  
decori meo virtútem.  
Avertísti faciem tuam  
a me, \* & factus sum  
conturbátus.

Ad te Dómine cla-  
mábo: \* & ad Deum  
meum deprecábor.

Quæ utilitas in sán-  
guine meo, \* dum de-  
scéndo in corruptio-  
nem?

Nunquid confitébitur  
tibi pulvis, \* aut an-  
nunciábit veritátem  
tuam?

Audívit Dóminus,  
& misértus est mei:  
\* Dóminus factus est  
adjútor meus.

Convertísti planetum  
meum in gáudium mi-  
hi: \* confidísti fac-  
cum meum, & cir-  
cumdedísti me lætitia:

Ut cantet tibi gló-  
ria mea, & non com-  
pungar: \* Dómine De-  
us meus, in ætérnum  
confitebor tibi.

*Ant.* Videns autem,  
quia nihil proficeret,

accépta aqua, lavit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum a sanguine justi hujus.

*Ant.* Et respóndens universus populus, dixit: Sanguis ejus super nos, & super filios nostros.

### Psalmus 54.

**E**xaudi Deus oratió nem meam, & ne despéxeris deprecatió nem meam: \* inténde mihi, & exaudi me.

Contristátus sum in exércitatióne mea: \* & conturbátus sum a voce inimici, & a tribulatióne peccatóris.

Quóniam declináverunt in me iniquítates: \* & in ira molesti erant mihi.

Cor meum conturbátum est in me: \* & formido mortis cécidit super me.

Timor & tremor venerunt super me: \* &

contexérunt me tenebræ,

Et dixi: Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ, \* & volábo, & requiéscam?

Ecce elongávi fúgiens: \* & mansi in solitúdine.

Expectábam eum, qui salvum me fecit \* a pusillánimitáte spíritus, & tempestate.

Præcipita Dómine, divide línguas eórum: \* quóniam vidi iniquitatem, & contradictionem in civitáte.

Die ac nocte circumdabit eam super muros ejus iniquitas: \* & labor in médio ejus, & injusticia:

Et non defécit de platéis ejus \* usúra & dolus.

Quóniam si inimicus meus maledixisset mihi, \* sustinuissém átique:

Et si is, qui óderat me, super me magna locutus fuisset: \* abs-

conditsem me forsitan  
ab eo:

Tu vero homo un-  
animis, \* dux meus, &  
notus meus:

Qui simul tecum dul-  
ces capiebas cibos: \* in  
domo Dei ambulávi-  
mus cum consensu.

Véniat mors super  
illos: \* & descendant  
in infernum viventes.

Quóniam nequitiæ  
in habitaculis eorum,  
\* in medio eorum.

Ego autem ad Deum  
clamávi: \* & Dóminus  
salvabit me.

Véspere, & mane, &  
meridie narrábo, & an-  
nunciábo: \* & exaudiet  
vocem meam.

Rédimet in pace ani-  
mam ab his, qui ap-  
propinquant mihi: \*  
quóniam inter multos  
erant mecum.

Exaudiet Deus, &  
humiliabit illos, \* qui  
est ante sæcula.

Non enim est illis  
commutatio, & non ti-

muérunt Deum: \* ex-  
tendit manum suam in  
retribuendo.

Contámina vénunt te-  
stamentum ejus, divisi  
sunt ab ira vultus ejus:  
\* & appropinquavit cor-  
illitus.

Molliti sunt fermó-  
nes ejus super óleum:  
\* & ipsi sunt jacula.

Jacta super Dómi-  
num curam tuam: &  
ipse te enútriet: \* non  
dabit in æternum fluc-  
tuatióinem justo.

Tu vero Deus dedú-  
ces eos \* in púteum in-  
téritus.

Viri sanguinum &  
dolosi non dimidiábunt  
dies suos, \* ego autem  
sperabo in te Dómine.

*Ant.* Et respóndens  
univérsas populus, di-  
xit: Sanguis ejus su-  
per nos, & super fili-  
os nostros.

*V.* Sanguis Jesus Christi  
Filii Dei,

*R.* Emundat nos ab  
omni peccáto.

## Lectione IV.

Sermo Sancti Joannis  
Chrysostomi.

Vultis sanguinis Christi audire virtutem? Redeamus ad ejus exemplum, & priorem typum recordemur, & pristinam scripturam narreremus. In Aegypto, nocte media Aegyptiis Deus plagam decimam minabatur, ut eorum primogenita deperirent, quia primogenitum ejus populum detinabant. Sed ne amara plebs Judaeorum una cum illis periclitaretur, quia unus locus continebat universos, remedium discretionis inventum est. Proinde exemplum mirabile, ut discas in veritate virtutem, ira divinae indignationis speraberetur, & domos singulas mortifer circuibat. Quid igitur Moyses? Occidite, inquit, agnum anniculum, &

sanguine ejus linite janaas. Quid ait Moses? Sanguis ovis rationalem hominem liberare consuevit? Valde, inquit, non eo, quod sanguis est, sed quia Domini sanguinis per eum demonstratur exemplum. Tu autem &c.

v. In timore incolatus vestri conversamini: " Scientes, quod non corruptilibus auro, vel argento redempti estis;

v. Sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati Christi. Scientes. &c.

## Lectione V.

Nam sicut regnantium statuae, quae sine causa sunt, & sermonem, nonnunquam ad se confugientibus hominibus, anima & ratione decoratis, subvenire consueverunt, non quia sunt aere confectae, sed quia retinent imaginem princi-

pálem; ita & sanguis mínicum initium fuit. ille, qui irrationalis fuit, animas habentes homines liberavit: non quia sanguis fuit, sed quia hujus sanguinis ostendebat adventum. Et tunc angelus ille vastator, cum linitos postes, atque aditus pervidéret, transjécit gressus, & non est auctus intrare. Nunc ergo si viserit inimicus, non postibus impósitum sanguinem typi, sed fidélium ore lucentem sanguinem veritatis Christi templi postibus dedicatum, multo magis se subtrahet. Si enim angelus cessit exemplo, quanto magis terribitur inimicus, si ipsam perspéxerit veritatem? Vis, & aliam hujus sanguinis scrutari virtutem? Volo, unde primum cucurrit, inspicias, & de quo fonte manavit. De ipsa primum cruce pro céssit: latus illud Do-

Mórtuo eum, ait, JESU, & adhuc in cruce pendente, appróxi- mat miles: latus láncea percussit, & exinde aqua fluxit, & sanguis. Unum Baptismatis sym- bolum, aliud Sacra- menti. Ideo non ait: Exiit sanguis & aqua; Sed, exiit aqua pri- mum, & sanguis; quia primum Baptismate di- lúimur, & postea my- stério dedicámur. Tu autem &c.

R. Empti estis pré-  
tio magno: \* Glorificá-  
te & portáte Deum in  
cörpore vestro.

\* Prétio empti estis:  
nolite fieri servi homi-  
num. Glorificáte. &c.

*Lectio VI.*

Latus miles apéruit,  
& templi sancti pa-  
rietem patefecit. Et  
ego thesaurum præcla-  
tum invéni, & fulgén-  
tes divítias me gratu-  
lor reperire. Sic &

de illo agno factum est. Iudæi ovem occidérunt, & ego fructum de Sacramento cognóvi. De latere sanguis & aqua. Nolo, tam facile auditor, tránsreas tanti secréta mysterii. Restat enim mihi mystica, atque secretalis oratio. Dixi, Baptismatis symbolum, & mysteriorum aquam illam, & sanguinem demonstrare. Ex his enim sancta fundata est Ecclesia per lavaci regeneratiōnem, & renovationem Spiritus Sancti. Per Baptisma, inquam, & mysteria, quæ ex latere vidēntur esse prolata. Ex latere igitur suo Christus aedificavit Ecclesiam, sicut de latere Adam ejus conjux Heva prolata est. Nam hac de causa Paulus quoque testatur, dicens: De corpore ejus, & de ossibus ejus sumus: la-

tus videlicet illud significans. Nam sicut de illo latere Deus fecit fœminam procreari: sic & de suo latere, Christus aquam nobis & sanguinem dedit, unde repararétur Ecclesia. Tu autem &c.

**R.** Comméndat charitatem suam Deus in nobis: \* Quóniam, cum adhuc peccatóres essémus, secundum tempus, Christus pro nobis mórtuus est.

**V.** Multo igitur magis nunc justificati in ianguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum. Quóniam &c Glória Patri. Quóniam &c.

### *In III. nocturno.*

**Ant.** Exivit ergo Jesus portans corónam spineam, & purpureum vestimentum, & dicit eis: Ecce Homo.

### *Psalmus 73.*

**U**t quid Deus repulisti in finem: \*

iráitus est furor tuus  
super oves páseuæ tuæ?

Memor esto congre-  
gationis tuæ, \* quam  
possedisti ab inicio.

Redemísti virgam  
hæreditatis tuæ, \*  
mons Sion, in quo  
habitásti in eo.

Leva manus tuas  
in supérbias eorum in-  
fiam: \* quanta malig-  
nátns est inimicus in  
sancto?

Et gloriáti sunt, qui  
odérunt te, \* in mé-  
dio solemnitatis tuæ.

Posuérunt signa sua  
signa: \* & non cog-  
novérunt sicut in èxi-  
tu super summum.

Quasi in silva lig-  
norum secúribus ex-  
cidérunt jānuas ejus  
in idípsum: \* in se-  
cúri & áscia dejec-  
runt eam.

Incendérunt igni  
Sanctuárium tuum: \*  
in terra polluérunt ta-  
bernáculum nóminis  
tui.

Dixérunt in corde  
suo cognátio eórum si-  
mul: \* Quièscere fa-  
ciámus omnes dies fe-  
stos Dei a terra:

Signa nostra non vi-  
dimus, jam non est  
Prophéta: \* & nos non  
cognósce amplius.

Usque quo Deus im-  
properábit inimicus, \*  
irritat adversárius no-  
men tuum in finem?

Utquid avértis ma-  
num tuam, & déxte-  
ram tuam, \* de mé-  
dio sinu tuo in finem?

Deus autem rex no-  
ster ante sæcula, \*  
operáitus est salutem  
in medio terræ.

Tu confirmásti in  
virtúte tua mare: \*  
contribulásti cápita dra-  
cónum in aquis.

Tu confregísti cá-  
pita dracónis: \* dedi-  
sti eum escam pópu-  
lis Æthiopum.

Tu dirupísti fontes  
& torrentes: \* tu sic-  
casti flúvios Ethan.

Tuus est dies, &  
tua est nox: \* tu fa-  
bricatus es auroram &  
solem.

Tu fecisti omnes ter-  
minos terrae: \* æsta-  
tem & ver tu plas-  
masti ea.

Memor esto hujus,  
inimicus improperavit  
Domino: \* & populus  
insipiens incitavit no-  
men tuum.

Ne tradas bestiis ani-  
mas confitentes tibi, \*  
& animas pauperum  
tuorum ne obliviscaris  
in finem.

Rèspice in testamén-  
tum tuum: \* quia re-  
pleti sunt, qui ob-  
scurati sunt, terræ  
domibus iniquitatum.

Ne avertatur humili-  
lis factus confusus: \*  
pauper & inops laudab-  
unt nomen tuum.

Exurge Deus, iudi-  
ca causam tuam: \*  
memor esto imprope-  
tiorum tuorum, eó-  
rum, quæ ab insipié-  
nte sunt tota die.

Ne obliviscaris vo-  
ces inimicorum tuó-  
rum: \* supérbia eó-  
rum, qui te odérunt,  
ascéndit semper.

*Ant.* Exivit ergo Je-  
sus, portans corónam  
spíneam, & purpúre-  
um vestimentum, &  
dicit eis: Ecce homo.

*Ant.* Et bájulans fi-  
bi crucem, exivit in  
eum, qui dicitur Cal-  
váriæ, locum, ubi  
crucifixérunt eum.

*Psalmus 87.*  
**D**omine, Deus salútis  
meæ, \* in die clá-  
mávi, & nocte co-  
ram te.

Intret in conspéctu  
tuo oratio mea: \* in-  
clína áurem tuam ad  
precem meam.

Quia repléta est ma-  
lis anima mea: \* &  
vita mea inférno ap-  
propinquavít.

**A**ëstimátus sum cum  
descendéntibus in la-  
cum: \* factus sum sic  
ut homo sine adjutó-  
rio, inter mórtuos libeg-

Sicut vulnerati dormientes in sepulchris,  
quorum non es memor amplius: \* & ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori: \* in tenebris, & in umbra mortis.

Super me confirmatus est furor tuus: \* & omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longe fecisti notos meos a me: posuerunt me abominationem sibi.

Traditus sum, & non egrediébar: oculi mei languerunt præ inopia.

Clamavi ad te Domine tota die: \* exundi ad te manus meas.

Nunquid mortuis facies mirabilia? \* aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi?

Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, \*

& veritatem tuam in perditione?

Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua: & justitia tua in terra oblivionis?

Et ego ad te Domine clamavi: \* & mane oratio mea præveniet te.

Ut quid Domine repellis orationem meam: \* avertis faciem tuam a me?

Pauper sum ego, & in labóribus a juventute mea: \* exaltatus autem, humiliatus sum, & conturbatus.

In me transierunt iræ tuæ: \* & terrores tui conturbaverunt me.

Circumdedérunt me sicut aqua tota die: \* circumdedérunt me simul.

Elongasti a me amicum & próximum, \* & notos meos a miseria.

*Ant.* Et bájulans sibi crucem, exivit in eum,

qui dicitur Calvàriæ, locum: ubi crucifixè-ruat eum.

*Ant.* Ut vidérunt e-um jam mórtuum, non fregérunt ejus crura, sed unus mísitum láncea latus ejus apéruit, & contínuo exlít san-guis & aqua.

*Psalmus 93.*

Deus ultionum Dó-minus: \* Deus ul-tionum libere egit.

Exaltáre, qui júdi-cas terram: \* redde retributionem superbis.

Usque quo pecca-tótes Dómine, \* us-que quo peccatóres gloria búnctur:

Effabúntur, & lo-quéntur iniquitátem: \* loquéntur omnes, qui operántur injusti-tiam?

Pópulum tum Dó-mine humiliavérunt: \* & hæreditátem tuam vexaverunt.

Víduam, & ádve-nam interfecérunt: \*

& pupílos occidérunt. Et dixérunt: Non vi-débit Dóminus, \* nec intellíget Deus Jacob.

Intellígit insipién-tes in pôpulo: \* & stulti aliquândo sápite.

Qui plantávit au-rem, non áudiet? \* aut qui finxit óculum, non considerat?

Qui cō:ripit Gentes, non árguet; \* qui do-cet hóminem sciéntiam?

Dóminus scit cogi-tationes hóminum, \* quóniam vanæ sunt.

Beátus homo, quem tu erudieris Dómine, \* & de lege tua do-cueris eum:

Ut mítiges ei a dié-bus malis: \* donec fo-diátur peccatóri fóvea.

Quia non repéllet Dominus plebem suam: \* & hæreditátem suam non derelínquet.

Quoadúsque justitia convertátur in judi-cium: \* & qui juxta

illam omnes, qui ree-  
to sunt corde.

Quis consúrget mi-  
hi adverſus malignán-  
tes? \* aut quis stabit  
mecum adverſus ope-  
rantes iniqüitatem?

Nisi quia Dóminus  
adjúvit me: \* paulo  
minus habitáſſet in in-  
férno ánima mea.

Si dicébam: Motus  
est pes meus: \* misé-  
ricórdia tua Dómine  
adjuvábat me.

Secúndum multitudi-  
nem dolórum meórum  
in corde meo: \* con-  
ſolationes tuæ læti-  
cavérunt ánimam meam.

Nunquid adhæret ti-  
bi ſedes iniqüitatis: \*  
qui fingis labórem in  
præcepto?

Capcábunt in án-  
imam justi: \* & san-  
guinem innocentem  
condemnábunt.

Ec factus est mihi  
Dóminus in refúgium,

\* & Deus meus in  
adjutórium ſpei meæ.

Et reddet illis ini-  
quitátem ipsórum: &  
in malitia eórum di-  
pérdet eos: \* dispér-  
det illos Dóminus De-  
us noster.

*Ant.* Ut vidérunt e-  
um jam mórtuum, non  
frégerunt ejus crura,  
ſed unus miltum lán-  
cea latus ejus apéruit,  
& contínuo exívit ſan-  
guis, & aqua.

\*. Chriſtus diléxit  
nos.

R. Et lavit nos a  
peccátis noſtris in ſán-  
guine ſuo.

*Léctio VII.*  
Léctio sancti Evan-  
gélii secúndum Joánnem.  
*C. 19.*

In illo tempore: Cum  
accepíſſet Jesus acé-  
tum, dixit: Consum-  
mátum est. Et incli-  
nato cápite, trādidiſ  
ſpirituſ. Et reliqua.

**Homilia sancti Augu-**  
**stini Episcopi.**

*Tract. 120 in Joan.*

**V**igilanti verbo Evan-  
gelista usus est, ut  
non diceret: Lazarus e-  
jus percussit, aut, Vul-  
neravit, aut quid a-  
liud; sed, Apéruit. Uc-  
illie quodammodo vi-  
tae óstium panderétur,  
unde Sacramenta Ec-  
clésiae manavérunt, si-  
ne quibus ad vitam,  
quae vera vita est,  
non intrátur. Ille san-  
guis, qui fusus est,  
in remissiónem fu-  
sus est peccatórum; a-  
qua illa salutare tém-  
perat pócum; hæc  
& lavácrum præstat,  
& potum. Hoc præ-  
nunciábat, quod Noë  
in latere arcæ óstium  
fáceré jussus est, quo  
intrárent animália,  
quæ non erant dilú-  
vio peritura, quibus  
præfigurabatur Ecclé-  
sia. Propter hoc pri-  
ma muller facta est

de latere viri dormi-  
éntis, & appelláta est  
vita, matérque vivó-  
rum. Magnum quip-  
pe significávit bonum  
ante magnum præva-  
ricationis malum. Hic  
secundus Adam incli-  
nato cárpite in cruce  
dormivit: ut inde for-  
marétur ei conjux,  
quod de latere dor-  
miéntis efflíxit. O  
mors, unde mórtui re-  
viviscunt! Quid isto  
sanguine mündius?  
quid vulnere isto fa-  
lubrius? Tu autem &c.  
¶. Hic est, qui venit  
per aquam, & sanguinem,  
Jesus Christus:  
\* Non in aqua solum,  
sed in aqua, & sán-  
guine.

¶. In die illa erit  
fons patens domui Da-  
vid, & habitantibus Je-  
rusalem, in ablutionem  
peccatórum. Non in &c.

### *Lectio VIII.*

**T**enebántur homines  
captivi sub diábo-  
lo, & domónibus fer-

viébant. Sed redempti sunt a captivitate. Vendere enim se potuerunt, sed redimere non potuerunt. Venit Redemptor, & dedit prétium: fudit sanguinem suum, & emit orbem terrarum. Quæritis, quid émerit? Vide, quid déderit, & inveniètis, quid émerit.  
 \* Sanguis Christi prétium est. Tanti quid valet? Quid, nisi totus orbis? Quid, nisi omnes gentes? Valde ingrati sunt prétio suo, aut multum supérbi sunt, qui dicunt, aut illud tam parum esse, ut solos Afros émerit, aut se tam magnos esse, pro quibus solis illud sit datum. Non ergo exultent, non supérbiant. Pro toto dedit, quantum dedit. Tu autem &c.

**R.** Prædestinavit nos Deus in adoptionem Filiorum per Jesum Christum: \* In quo ha-

bemus redemptionem per sanguinem ejus.

**V.** Remissionem peccatorum secundum di-victias gratiæ ejus, quæ superabundavit in nobis. In quo &c. Gloria Patri. In quo &c.

*Pro 9. Lætatione dividatur 8va, incipiendo ab Alesi, risco.* \*

*Ad Laudes,  
& per Horas.*

**1. Ant.** Hi, qui amicti sunt stolis albis, qui sunt, & unde venerunt?

*Psalmi de Dominica.*

**2. Ant.** Hi sunt, qui venerunt de tribulatio-ne magna, & lavérunt stolas suas in sanguine Agni.

**3. Ant.** Ideo sunt ante thronum Dei, & ser-viunt ei die, ac nocte.

**4. Ant.** Et ipsi vicérunt dracónem propter sanguinem Agni, & propter testamentum verbi sui.

**5. Ant.** Beáti, qui la-

tant stolas suas in sanguine Agni.  
**Capitulum:** Fratres, Christus, assistens pontificem futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactured, id est, non hujus creationis, neque per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semel in Sancta, eterna redemptione inventa. ¶ Deo gratias.

*Hymnus.*

Salvete Christi vulnera,  
 Immensi amoris pignora,  
 Quibus perennes rivuli  
 Manant rubentis sanguinis.  
 Nitore stellas vincitis,  
 Rosas odore, & balsama,  
 Pretio lapillos indicos,  
 Mellis favos dulcedine.  
 Per vos patet gratissimum  
 nostris asylum mentibus;  
 Non huc furor minantium  
 Unquam penetrat hostium.

- \* Quot Jesus in praetorio Flagella nudus excipit!  
 Quot scissa pellis audiique  
 Stillat cruoris guttulas!  
 Froutem venustum, proh dolor!  
 Corona pungit spinea;  
 Clavi retusa cuspide  
 Pedes, manusque perforant.
- \* Postquam sed ille tradidit  
 Amans, volensque spiritum,  
 Pectus feritur lancea.  
 Geminusque liquor exilit:  
 Ut plena sit redemptio,  
 Sub torculari strigitur,  
 Suique Jesus immemor  
 Sibi nil reservat sanguinis.
- \* Venite, quotquot criminum  
 Funesta labes insicis;  
 In hoc salutis balneo  
 Qui se lavat, mundabitur.
- \* Summi ad Parentis dexteram,  
 Sedenti habenda est gratia,  
 Qui nos redemit sanguine,  
 Sanctoque firmat Spiritu. Amen.

¶. Justificati in sanguine Christi,

¶. Salvi erimus ab ira per ipsum.

*Ad Benedictus, Ant.*

Eritis sanguis agni vobis in signum, dicit Dominus, & videobo sanguinem, & transibo vos, nec erit in vobis plaga dispérdens.

*Oratio:* Omnipotens, sempitérne Deus; qui unigénitum Fílium tuum mundi redemptorem constitústi, ac e-jus sanguine placári voluisti: concéde, quæ sumus; salutis nostræ prétium solémni cultu ita venerári, atque a præséntis vitæ malis ejus virtute défendi in terris; ut fructu perpétuo lætemur in cœlis. Qui tecum vivit &c.

*Ad Primam in ¶. brevi dicátur:*

¶. Qui tuo nos sanguine redemisti.

*Lectione brevis, ut infra ad Nonam: Accipiens*

Moyses, &c. Tu autem &c.

*Ad Tertiam.*

*Ant.* Hi sunt, qui venerunt.

*Capitulum.* Fratres, Christus assistens, ut supra in Laud.

¶. *Breve.* Redemisti nos Domine, \* In sanguine tuo. Redemisti. &c.

¶. Ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione. In sanguine tuo. Gloria Patri. Redemisti. &c.

¶. Sanguis Iesu Christi Filii Dei,

¶. Emundat nos ab omni peccato.

*Ad Sextam.*

*Ant.* Ideo sunt.

*Capitulum. Hebr. 9.*

Si sanguis hircorum & taurorum, & eius vestimenta aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis; quanto magis sanguis

Christi, qui per Spíritum Sanctum semet-ipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad serviendum Deo viventi? R. Deo grárias.

R. Breve. Sanguis Iesu Christi Filii Dei, \* Emundat nos. Sanguis, &c.

\* Ab omni peccato. Emundat. &c. Glória Patri. Sanguis Iesu, &c.

V. Christus diléxit nos,

R. Et lavit nos in sanguine suo.

*Ad Nonam.*

*Antiph.* Beáti.

*Capitulum.* Heb. 9.

A ccipiens Moyses sanguinem vitulorum, & hircorum, cum aqua & lana coccinea, & hyssopo, ipsum quoque librum, & omnem populum aspersit, di-

cens: Hic sanguis testamenti, quod mandávit ad vos Deus. R. Deo grárias.

R. Breve. Christus diléxit nos, & lavit nos, \* In sanguine suo. Christus diléxit. &c.

V. Et fecit nos regnum, & sacerdótes Deo, & Patri. In sanguine suo. Glória Patri, Christus diléxit, &c.

V. Justificati in sanguine Christi,

R. Salvi erimus ab ira per ipsum.

*In II Vesperis Antiphonae, Psalmi, Cap. & Hymnus, ut in primis; sed loco ultimi Psalmi Psalmus: Lauda Jerúsalem Dominum. Ex vesp. Sabb. in Psalt.*

V. Te ergo quæsumus, tuis famulis subveni,

R. Quos pretioso sanguine redemisti.

*Ad Magnificat, Ant.*

Habebitis autem hunc diem in monuméntum & celebrabitis eum so-

lémnem Dómino in  
generatiōibus vestris  
cultu sempitérno.

*Oratio, ut supra.*

## OFFICIUM.

De Sanctissimo Corde  
D. N. J. Christi Dupl.  
majus.

Pro Feria VI. post Octa-  
vam Ss. Corporis Christi.

*Ad Vesperas.*

*Ant. Discite, ut in-  
fra in Laudibus. Psalmus:  
Dixit Dominus, cum  
reliquis, ut in I. Vespe-  
ris Festi Ss. Corp. Christi.*

*Capitulum. Iiae C. 12.*

**E**cce Deus Salvátor  
meus, fiducialiter  
agam, & non timébo  
quia fortitudo mea,  
& laus mea Dóminus,  
& factus est mihi in  
salútem Hauriétis a-  
quas in gáudio de fón-  
tibus Salvatóris.

**R.** Deo gratias.

## Hymnus.

- \* **A**uctor beáte sæculi,  
Christe Redémp̄tor  
ómnium,  
Lumen Patris de lú-  
mine,  
Deúsque verus de Deo.
- \* **A**mor coégit te tuus  
Mortálē corpus sumere,  
Ut novus Adam redi-  
deres,  
Quod vetus ille abstu-  
lerat:
- \* **I**lle amor almus ártifex  
Terræ, marisque, &  
syderum,  
Erráta patrum misse-  
rans,  
Et nostra rumpens ví-  
cula.
- \* **N**on corde discédat tuo  
Vis illa amoris inclyti:  
Hoc fonte gentes háu-  
riant  
Remissiónis grátiam.
- \* **P**ercússum ad hoc est  
láncea.  
Passumque ad hoc est  
vulnera,  
Ut nos laváret sordibus  
Unda fluénte, & sán-  
guine.
- \* **D**eus Parénti, & Filio,  
Sanctóque sit Spíritui,  
Quibus poténtia, gló-  
ria,  
Regnūmque in omne est  
sæculum. Amen.

\*. Ignem veni mittere in terram,  
\*. Et quid volo, nisi ut accendatur?

## Ad Magnificat. Ant.

Impropérium exspectavit cor meum, & misériam: & sustinui, qui simul contristaretur, & non fuit, & qui consolarétur, & non invéni.

## Oratio.

Concérde quæsumus, omniópotens Deus; ut qui in sanctissimo dilecti Fílli tui corde gloriántes; præcipua in nos charitatis ejus beneficia recólimus: eorum páriter & actu delectémur, & fructu. Per eundem Dóminum nostrum. &c.

## Ad Matutinum, Invitat.

Christum pro nobis passum: \* Venite, adorémus. Christum &c.

Psal. Venite, exultemus Dómino:

## Hymnus.

\* En, ut supérba crímini, Et sœva nostrorum cohors Cor sauciávit innocent Merentis haud tale Dei! \* Vibrántis hastam miltis Peccata nostra dírigunt; Ferrumque diræ cùspidis Mortale crimen ácut, Ex corde scisso Ecclésia Christo jugáta nascitur; Hoc óstium arcæ in látere est Genti ad salútem pósitum. \* Ex hoc perennis grátia, Ceu septifòrmis flúvius; Stolas ut illic sordidas Lavémus Agni in sanguine. \* Turpe est redire ad crímina, Quæ cor beatum lacerent: Sed æmulémur cordibus Flamas amoris sindices. \* Hoc Christe nobis, hoc Pater, Hoc Sancte dona Spíritus, Quibus potestas, glória, Regnumque in omne est sacerdolum. Amen.

*In I. Nocturno.*

*Ant.* Quid est homo, quia magnificas eum; aut quid apponis erga eum cor tuum?

*Psl.* Dómine Dóminus noster. Cum reliquis ut in Officio parvo B. M. V.

*Ant.* Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

*Ant.* Elevámini portae aeternales, & introibit Rex gloriæ.

\*. Dómine dabis pacem nobis;

¶. Omnia enim opera nostra operatus es in nobis.

*Lectio I.**De Isaia Prophéta.**Cap. 12.*

Confitébor tibi Dómino, quóniam iratus es mihi: convérsus est furor tuus, & consolátus es me. Ecce Deus Salvátor meus: fiduciáliter agam; & non timèbo; quia fortitudo mea, & laus

mea Dóminus, & factus est mihi in in salutem. Hauriéti aquas in gáudio de fontibus Salvatóris. Edicétis in die illa: Confitémini Dómino, & invocáte nomea ejus, notas facite adinventiones ejus, me mentóte, quóniam ex celsum est nomen ejus. Cantáte Dómino, quóniam misericordie fecit: annunciaté hoc in universa terra. Exulta, & lauda habitatio Sion, quia magnus in médio tui Sanctus Israël. Tu autem &c.

¶. Ego sum panis vitæ: patres vestri manducavérunt manna in deserto, & mórtui sunt: \* Hie est panis de Cœlo descendens, ut si quis ex ipso manducet, non moriatur.

\*. Ego sum panis vivus, qui de Cœlo descendí, si quis manducáverit ex hoc pa-

ne, vivet in ætérnum. &c. Hic est. &c

*Lectio II. Cap. 26.*

In die illa cantabitur Canticum istud in terra Juda: Urbs fortitudinis nostræ Sion Salvátor, ponetur in ea murus, & antemurale. Aperite portas, & ingrediatur Gens justa, custodiens veritatem. Vetus error abiit, servábis pacem, pacem, quia in te speravimus. Sperástis in Dómino in sæculis æternis, in Dómino Deo fulti in perpetuum. Quia incurvabit habitantes in excélsis, civitatem sublimem humiliabit, humiliabit eam usque ad terram. Tu autem &c

R. Ecce vidi mus eum non habéntem spéciem, neque decórem: aspéctus ejus in eo non est: hic peccata nostra portavit, & pro nobis dolet: ipse autem vulneratus est prop-

ter iniqüitates nostras, \* Cujus livore sanati sumus.

V. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit. Cujus livore, &c.

*Lectio III.*  
Sémita justi recta est, rectus callis justi ad ambulandum. Et in sémita judiciorum tuorum, Dómine sustinuimus te. Nomen tuum, & memoriale tuum in desidério animæ. Anima mea desideravit te in nocte, sed & spíritu meo in præcordiis meis de mane vigilábo ad te. Cum feceris iudicia tua in terra, justiciam discent habitatores orbis. Tu autem &c.

R. Benedictus Dóminus Deus Israël, qui facit mirabilia magna solus, \* Et benedictum nomen maiestatis ejus in ætérnum,

R. Replébitur maje-  
státe ejus omnis ter-  
ra, fiat, fiat. Et be-  
nedictum. &c. Glória  
Patri. Et benedictum.  
&c.

*In II. Nocturno.*

*Ant.* Afferéntur in  
lætitia, & exultatiō-  
ne, adducéntur in tem-  
plum regis.

*Psalmi ex Officio par-  
vo B. M. V.* Eructā-  
vit, cum seq. duobus.

*Ant.* Sanctificávit  
tabernáculum suum Al-  
tissimus.

*Ant.* Sicut lætanti-  
um ómnium habitatio  
est in te.

R. Convérsus est fu-  
ror tuus,

R. Et consolátus es  
me.

*Lectio IV.*

*De sermóne Sancti  
Bernárdi Abbátis. Serm.  
3. de Pass.*

**Q**ui a iemel vénimus  
ad cor dulcissimum  
Jesu, & bonum est,  
nos hic esse; ne fina-  
tio tam grandis, quæ

mus nos facile avelli  
ab eo, de quo scrip-  
tum est: Recedéntes a  
te in terra scribéntur.  
Quid autem accéden-  
tes? Tu ipse doces  
nos; tu dixisti acce-  
déntibus ad te: Gau-  
déte, quia nómina  
vestra scripta sunt in  
Cœlo. Accedámus er-  
go ad te, & exultá-  
bimus, & lætabimur  
in te, mémores cor-  
dis tui. O quam bo-  
num, & quam jucún-  
dum habitare in cor-  
de hoc! Quin pótius  
dabo ómnia, omnes  
cogitationes, & affec-  
tus mentis commutabo,  
jactans omnem cogitá-  
tum meum in cor Dó-  
mini Jesu; & sine fal-  
lacia illud me enút-  
riet. Tu autem &c.

R. Qui manducat  
meam carnem, & bi-  
bit meum sanguinem,  
\* In me manet, & ego  
in eo.

R. Non est alia ná-  
tio tam grandis, quæ

Hábeat Deos appropin-  
quantes sibi, sicut De-  
us noster adest nobis.  
In me manet &c.

## Lectio V.

**A**d hóc templum, ad hæc Sancta Sanc-  
torum, ad hanc arcam  
testamenti adorábo, &  
laudábo nomen Dòmi-  
ni, dicens cum David:  
Invénit cor meum, ut  
orem Deum meum. Et  
ego invéni cor regis,  
fratris, & amíci beníg-  
ni Jesu. Et nunquid  
non adorábø? Hoc ígi-  
tur corde tuo, & meo,  
dulcissime Jesu, iavén-  
to, orábo te Deum  
meum: admítte tantum  
in sacrárium exauditió-  
nis tuæ preces meas;  
immo me totum trahe  
in cor tuum. O ómni-  
um pulchritùdine spe-  
ciosissime Jesu, ampli-  
us lava me ab iniquitá-  
te mea, & a peccáto  
meo munda me; ut pu-  
rificatus per te pùrissi-  
mum, possim accédere,

& in corde tuo ómni-  
bus diébus vitæ meæ  
mérear habitare, & ut  
vidére simul, & facere  
tuam váleam voluntá-  
tem. Tu autem &c.

¶. Sicut ovis ad occi-  
sionem ductus est, &  
dum male tractaréatur,  
non apéruit os suum;  
tráditus est ad mortem,  
\* Ut vivificaret pòpu-  
lum suum.

¶ Trádidit in mor-  
tem ánimam suam, &  
inter scelerátos repu-  
tatus est. Ut vivificá-  
ret &c.

## Lectio VI.

**A**d hoc enim perfo-  
rátum est latus tu-  
um, ut nobis patèscat  
intróitus. Ad hoc vul-  
nerátum est cor tuum,  
ut in illo, & in te ab  
exterióribus perturba-  
tionibus absoluti habi-  
tare possimus. Nihiló-  
minns & proptérea  
vulnerátum est, ut per  
vulnus vissibile vulnus  
amoris invísibile vide-

amus. Quómodo hic ardor melius osténdi pótest, nisi quod non solum corpus, verum etiam ipsum cor láncea vulnerári permísit? Carnále ergo vulnus vulnus spirituálē osténdit. Quis illud cor tam vulnerátum non diligat? Quis eor tam amans non redamet? Quis tam castum nos amplectátur? Nos igitur adhuc in corpore manéntes, quantum póssumus amémus, redamémus, amplectámur vulnerátum nostrum, cūjus impii agrícolæ fodérunt manus, & pedes, latus & cor: stemusque, ut cor nostrum durum adhuc, & impoenitens amoris sui vínculo constringere, & jácculo vulneráre dignéatur.

Quam charitatem Christi patientis, & pro generis humani redemptiōne morientis, atque in suæ mortis commemoratiō-

nem instituētis Sacraméntum Córporis, & Sanguinis sui, ut Fideles sub sanctissimi cordis symbolo devótius, ac fervéntius récolant, ejusdémque fructus ubérius percipiāt, Clemens dēcimus tertius, Pontifex máximus ejusdem sanctissimi cordis Festum quibūsdam pétentibus Ecclésiis celebrare permisit. Tu autem &c.

R. Magnus Dóminus & laudabilis nimis: \* Ec sapiéntiæ ejus non est númerus.

V. Magnus Dóminus, & magna virtus ejus, & sapiéntiæ ejus non est finis. Et sapiéntiæ &c. Glor. Pat. Et sap. &c.

In III. Nocturno.

Ant. Anunciáte de die in diem salutare ejus.

*Psalm. ex Off. parvo.*  
Cantáte, cum seq. duob.

Ant. Adoráte eum omnes Angeli ejus: audiuit, & latata est Sion,

*Ant.* Vidérunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.

*V.* Ex Sion species de- coris ejus.

*R.* Deus noster mani- feste véniet.

### Lectio VII.

Lectio sancti Evange- lii secundum Joánnem.

*Cap.* 19. *v.* 31.

In illo tempore Ju- dæi, quóniam pa- rafscéve erat, ut non remanérerent in cruce corpora Sábbato (erat enim magnus dies ille Sábbati) rogavérunt Pi- latum, ut frangeréntur eórum crura, & tolleréntur. Et réliqua Homilia sancti Augu- stini Episcopi.

*Tract.* 120. *in Joan.*

*U*laus militum láncea latus ejus apéruit, & continuo exívit sa- guis, & aqua. Vigilanti verbo Evangelista usus est, ut non

diceret: Latus ejus percússit, aut Vulnerávit, aut quid aliud; sed: Aperuit; ut illud quodammodo vitæ óstium panderétur, unde Sacraménta mana- vérunt, sine quibus ad vitam, quæ vera vita est, non intrátur. Ille sanguis, qui fu- sus est, in remissió- nem fusus est pecca- tórum. Aqua illa sa- lutare témerat pócu- lum, hæc & lavácrum præstat, & potum. Hoc prænunciábat, quod Noë in latere arcæ óstium fáceré juf- sus est, quo intrárént animália, quæ non erant dilúvio peritúra, quibus figurabátur Ec- clésia. Tú autem. &c.

*R.* Misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem: \* Et qui manducat me, vi- vet propter me.

*V.* Cibavit illum Dó- minus pane vitæ, &

intelle<sup>c</sup>tus. Et qui manducat. &c.

**De Homilia Sancti Joannis Chrysostomi**  
*Homil. 84.*

**Lectio VIII.**

Vides, quanti sit veritas? Per ea, quæ Judæi faciunt, prophetia impletur; alia enim ex hoc manifestata est. Venerunt ergo milites, & aliorum fregérunt crura, non Christi; sed ad Judæorum gratiam conciliandam latus ejus lancea aperuérunt, & mortuo adhuc insultant. O pessimam voluntatem, ac sceléstissimam! Noli tamen perturbari, o dilectissime; quæ enim malo illi animo patrárunt, veritati consentiebant; prophetia hinc impléta est, inquiens: Videbunt, in quem transfixérunt. Neque hoc tantum, sed non credituris fuit fidei argu-

mémentum, ut Thomæ, & qui cum eo erant. Ad hæc & arcánum mystérium confirmatum est; exiit enim sanguis, & aqua. Non casu, & simpliciter hifontes scaturierunt, sed quóniam ex ambobus Ecclésia constituta est. Tu autem. &c.

**R.** Recéssit pastor noster, fons aquæ vivæ, ad cuius tránsitum sol obscurátus est: \* Portas mortis, & seras páriter Salvátor noster disruptit.

**V.** Destruxit quidem claustra inferni, & subvertit poténtias diaboli. Portas. &c. Glória Patri. Portas. &c.

**Lectio IX.**

**De Homilia Sancti Bonaventuræ Episcopi.**

*Lib. de ligno vite.*

**P**orro ut de latere Christi dormientis formaretur Ecclésia, divina est ordinatiōne

indultum, ut unus militum lancea latus sacrum illud aperiendo perfoderet, quatenus sanguine cum aqua manante pretium effunderetur nostrae salvatis, quod a fonte scilicet cordis arcano profatum, vim daret Sacramentis Ecclesiæ, ad vitam gratiae conferendam, effeteque jam in Christo viventibus pœulum fontis vivi, salientis in vitam æternam. Surge igitur amica Christi, vigilare non cesses, ibi os appone, ut haurias aquas de fontibus Salvatoris. Tu autem. &c.

Te Deum &c.

*Ad Laudes,  
& per horas.*

*Ant.* Diserte a me, quia mitis sum, & humiliis corde.

*Psal.* Dominus regnavit cum reliquis de Dominica.

*Ant.* Sanctificavi locum istum, ut sit no-

men meum ibi in sempiternum, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus.

*Ant.* Et dixi: Ergo sine causa justificavi cor meum, & lavi inter innocentes manus meas, & fui flagellatus tota die.

*Ant.* Secundum multititudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ laetificaverunt animam meam.

*Ant.* Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum.

*Capitulum.* *Isaiæ 12.*

Ecce Deus Salvator meus, fiducialiter agam, & non timabo, quia fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.

*Et Deo gratias.*

*Hymnus.*

- \* **C**or, arca legem cōtinens,  
Non servitūtis vēteris,  
Sed grātiæ, sed vēniæ,  
Sed & misericordiæ!
- \* **C**or, Sanctuariūm novi  
Intemeratūm fœderis,  
Templūm vetusto sanc-  
tiūs,  
Velūmque scissūm uti-  
lius!
- \* Te vulneratūm chāritas  
Iēsu patēti vóluit,  
Amoris invisibilis  
Ut vénéremur vúlera.
- \* Hoc sub amoris sym-  
bolo  
Passus cruenta, & my-  
stica;  
Utrumque sacrificium  
Christus Sacérdos ob-  
tulit.
- \* Quis non amantem réda-  
met?  
Quis non redemptus  
diligat,  
Et corde in isto feligat  
Æterna tabernacula?
- \* Decus Parénti, & Fi-  
lio,  
Sanctoque sit Spíritui,  
Quibus potestas, gloria,  
Regnumque in omne est  
sæculum. Amen.

℣. Vere languores  
nostros ipse tulit.

℟. Et dolores no-  
stros ipse portavit.

*Ad Benedictus Antiph.*

Vulneratus est prop-  
ter iniquitātes nost-  
ras; attritus est prop-  
ter scélera nostra: dis-  
ciplina pacis nostræ  
super eum, & livore  
ejus sanati sumus.

*Oratio:* Concéde quæ-  
sumus, Omnipotens  
Deus; ut qui in sanctissimo dilecti filii tui  
corde gloriātes, præ-  
cipua in nos charitá-  
tis ejus beneficia re-  
cólimus: eorum pári-  
ter & actu delectémur,  
& fructu. Per eundem  
Dóminum nostrum. &c.

*Ad Primam.*

*Respons.* breve: Chri-  
ste Fili Dei vivi, \* mi-  
serere nobis. Christe  
Fili Dei vivi, misere-  
re nobis.

℣. Qui passus es pro  
nobis. Miserere nobis.

℣. Glor. Patri. &c.

℣. Christe, Fili &c.

℣. Exurge. &c.

℣. Et libera. &c.

*Ad Tertiā.*

*Ant.* Sanctificávi.

*Capitul.* Ecce Deus  
Salvator, &c. *R.* Deo  
gratias.

*V.* Breve. Vere\* lan-  
guores nostros ipse tu-  
lit. Vere. &c.

*V.* Et dolores nost-  
ros ipse portávit. Lan-  
guores &c. Glória Pat-  
ri. *R.* Vere. &c.

*V.* Pósuit fínes tuos  
pacem.

*R.* Et ádipe frumén-  
ti fátiat te.

*Ad Sextam.*

*Ant.* Et dixi :

*Capitulum.* *Isiae 12.*

Dicétis in illá die :  
Confitémini Dómino ;  
& invocáte nomen ejus;  
& mementóte, quó-  
niam excélsum est no-  
men ejus. *R.* Deo grat.

*R.* Breve. Pósuit \* fi-  
nes tuos pacem. Pó-  
suit. &c.

*V.* Et ádipe frumén-  
ti fátiat te. Fines. &c.

Glória Patri. *R.* Po-  
suit. &c.

*V.* Dirupísti Dómi-  
ne víncula mea.

*R.* Tibi sacrificábo  
hóstiam laudis.

*Ad Nonam.*

*Ant.* Pónē me.

*Capitulum.* *Isiae 12.*

Cantáte Dómino, quó-  
niā magnifice fecit,  
annunciáte hoc in uni-  
versa terra. Exúltā &  
lauda habitácio Sion,  
quia magnus in mé-  
dio qui Sanctus Israél.

*R.* Deo gratias.

*R.* Breve. Dirupísti  
Domine \* víncula mea.  
Dirupísti &c.

*V.* Tibi sacrificábo  
hóstiam laudis. Víncu-  
la mea. Glória  
Patri. *R.* Dirupísti. &c.

*V.* Erit Dóminus no-  
minátus in signum æ-  
ténum,

*R.* Quod non auferétur.

*Ad 2. Vesperas.*

*Omnia ut in primis, p̄e-  
ter sequentia.*

*V.* Hauriéatis aquas  
in gáudio

*R.* De fóntibus Sal-  
vatórīs.

*Ad Magnificat.*

*Ant.* Ad Jesum autem cum venissent, ut vidérunt eum mortuum, non fregérunt ejus crura; sed unus inflitum lancea latus ejus apéruit & contumuo exivit sanguis, & aqua.

*Oratio, ut supra.*

Concēde quæsumus &c.

**OFFICIUM**

**S Jóachim Patris B M. V. Conf. Duplex majus.**

Pro Dominica infra Octavam Assumptionis Deiparæ Virginis, non impedita.

*Omnia de communi Conf. non Pontif. exceptis iis, quæ hic habentur propria.*

*In Hymno Vesp. ¶ 3. Méruit.*

*¶ Potens in terra erit semen ejus.*

*R. Generatio rectorum benedicetur.*

*Ad Magnificat Ant.*  
Laudemus vitum gloriosum in generatio-ne sua, quia benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus, & testamentum suum confirmavit super caput ejus.

*Oratio:* Deus, qui præ omnibus Sanctis tuis beatum Jóachim Genitricis Fili iui patrem esse voluisti: concéde, quæsumus; ut cuius festa veneramur, ejus quoque perpetuo patrocínia sentiamus. Per eundem Dominum nostrum &c.

*Et fit commemoratione Dominicæ occurrentis; ac poslea de Oratione Assumptionis B. M. V. nisi folum S. Joachim transferatur post Octavam prædiclam.*

*In I. Noct. Leȝ. Beatus vir, de communi Conf. non Pontif.*

*In II. Nocturno.*

Sermo Sancti Epiphá-  
nii Episcopi.

*Orat. de Laud. Virg.  
sub init.*

*Lectio IV.*

De radice Jesse or-  
tus est rex Da-  
vid, & de tribu regis  
David sancta Virgo:  
sancta, inquam, &  
sanctorum virorum fi-  
lia: cuius paréntes  
fuérunt Jóachim & An-  
na; qui quidem in vi-  
ta sua Deo placuérunt.  
Atque étiam fructum  
ejusmodi germinavé-  
runt, sanctam Vírgi-  
nem MAríam, tem-  
plum simul & matrem  
Dei. Jóachim porro,  
Anna, & María, hi-  
tres Trinitati palam  
sacrificium laudis of-  
ferébant. Jóachim e-  
ním interpretatur præ-  
paratio Dómini, eo quod  
ex illo præparatum sit  
templum Dómini, nem-  
pe Virgo. Anna rur-  
sus similiter grátia in-

terpretatur, propterea  
quod Jóachim & An-  
na grátiam accepé-  
runt, ut accedéntibus  
précibus, talem fruc-  
tum germinarent, sanc-  
tam Virginem adépti:  
Jóachim siquidem pre-  
cabátur in monte &  
Anna in horto suo.  
Tu autem &c.

R. Honéstum fecit  
illum Dóminus, & cu-  
stodivit eum ab inimí-  
cis, & a seductóribus  
turávit illum: \* Et  
dedit illi claritatem  
sæternam.

V. Justum deduxit  
Dóminus per vias rec-  
tas, & osténdit illi reg-  
num Dei. Et dedit &c.

*Lectio V.*

Sermo Sancti Joánnis  
Damásceni.

*Oratione I. de Virgi-  
nis Marie Nativitate,  
circa principium.*

Quóniam futúrum e-  
rat, ut Dei Genitrix & Virgo ex Anna

## Lechio VI.

orígetur, natúra grátie  
fatum antevértere mí-  
nime ausa est: verum  
tantissper expectávit,  
dum grátia fructum  
suum produxisset. Si-  
quidem oportébat eam  
primogénitam in lu-  
cem edi, quæ rerum  
ómnium conditárum  
primogénitum, in quo  
ómuia coagmentata  
sunt, paritura erat.  
O par beatum Jóachim & Anna! vobis  
omnis creatura obstric-  
ta est. Per vos enim  
donum ómnium donó-  
rum præstantissimum  
Creatóri obtulit, nem-  
pe castam matrem,  
quæ sola Creatóre  
digna erat. Tu au-  
tem &c.

R. Amávit eum Dó-  
minus, & ornávit eum:  
stolam glóriæ induit  
eum, \* Et ad portas  
paradisi coronávit eum.

\* Induit eum Dó-  
minus loricam fidei,  
& ornávit eum. Et  
ad portas. &c.

Exulta Jóachim, quó-  
niā ex fília tua  
fílius natus est nobis,  
& vocáatur nomen ejus  
magni consílii, hoc  
est, salutis totius mun-  
di, Angelus. Pudore  
afficiátur Nestórius, ac  
manum ori impónat.  
Puer hic Deus est.  
Quonam igitur modo  
ea Dei Génitrix non  
fit, quæ péperit? Si  
quis sanctam Dei Ge-  
nitricem non confité-  
tur, a Deitáte remó-  
tus est. Mea non est  
hæc orátiō, quam  
quam alióqui mea:  
hanc enim divinissi-  
mam hæreditátem a  
Theólogo Patre Gre-  
gório accépi. O beá-  
tum par Jóachim &  
Anna! Ac profecto  
ex ventris vestri fruc-  
tu immaculati agnos-  
cimini, quemàdmodum  
Christus quodam loco  
dixit: Ex fructibus  
eórum coguoscétis eos.

Ut Deo gratum erat,  
ac dignum ea, quæ a  
vobis orta est, vitæ  
vestræ rationes insti-  
tuistis. Caste enim ac  
sancte munere vestro  
functi, virginitatis the-  
saurum produxistis. Tu  
autem &c.

**R.** Iste homo perfé-  
cit ómnia, quæ locù-  
tus est ei Deus, & di-  
xit ad eum: Ingréde-  
re in réquiem meam:  
\* Quia te vidi justum  
coram me ex ómni-  
bus géntibus.

**V.** Iste est, qui con-  
tempsit vitam mundi,  
& pervénit ad cælé-  
stia regna. Quia. &c.  
Glória Patri. Quia. &c.

### In III. Nocturno.

Léctio sancti Evan-  
gélii secundum Mat-  
thæum.

### Lectio VII. Cap. I.

**L**iber generatiōnis  
Iesu Christi, filii  
David, filii Abraham.  
Abraham gènuit Isaac,

Isaac autem gènuit  
Jacob. Et reliqua.  
**Homilia Sancti Joánnis**  
**Damasceni.**

*Ex lib. 4 de Fide or-  
thodoxa, cap. 15. de Do-  
mini genealogia, & sanctae  
Dei Genitricis.*

**Q**uod Joseph ex Da-  
vidica tribu ori-  
ginem duxerit, sanctissimi  
Evangelistæ Matthæus & Lucas liqui-  
do demonstrarunt. Ve-  
rum hoc inter eos dis-  
criminis est, quod Mat-  
thæus ex Davide per  
Salomonem Joséphum  
deducit: Lucas vero  
per Nathan. At vero  
sanctæ Virginis ortum  
utérque silētio præ-  
teriit. Quocirca scire  
óperæ prétium est,  
nec apud Hebræos,  
nec apud Scripturam  
sacram hoc in more  
pōsitum fuisse; ut mu-  
lierum genus recense-  
retur. Verum hoc de-  
mum lege cautum e-  
rat, ne tribus ulla u-

xóres ex áltera tribu accéseret. Ac proin de Joseph, qui ex tri- bu Davídica ortum trahébat, justitiámque colebat ( hanc enim laudem ei tribuit di- vitum Evangélium ) sanctam Virginem haudquáquam præter legis præscriptum de- spoudisset, níli ex eó dem sceptro genus du- xisset. Ob idque satis hábuit Evangelista de- monstrásse, unde Joseph ortum tráxerit. Tu autem &c.

**R.** Iste est, qui ante Deum magnas vic- tutes operátus est, & de omni corde suo lau- dávit Dóminum: \* Ipse intercédat pro peccatis ómnium populórum.

**V.** Ecce homo sine que- réla, verus Dei cultor, abstinenſ se ab omni ópe re malo, & permanens in innocéntia sua. Ipse &c.

### Lectio VIII.

**I**gitur ex stirpe Nathan filii David, Levi gé-

nuit Melchi, & Panché. Panther autem génuit Barpanthièrem (namque ita vocabátor.) Barpanther rursus gé- nuit Jóachim: Jóachim dénique gennuit sanctam Dei Genitrícem. Rur, sanctam sus ex stirpe Salomó- nis filii David, Mathan ex uxore sua génuit Jacob: mórtuo autem Mathan, Melchi ex tribu Nathan, filius Levi, ac frater Pan- thérus, uxórem ipsius Mathan, quæ etiam Jacobi mster erat, ma- trimónio sibi copulá- vit, atque ex ea gé- nuit Heli: ita uterini fratres erant Jacob & Heli: ille nimírum ex tribu Salomónis, hic ex tribu Nathan oriündus. Tu autem &c.

**R** Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in máribus ve- stris: Et vos similes ho- minibus expectantibus Dóminum suum, quan- do revertatur a nuptijs.

¶. Vigiláte ergo, quia nescitis, qua hora Dóminus vester venturus sit. Et vos. &c. Glór. Patri. Et vos. &c.

*Sí hoc Festum celebretur in Dominica, nona Letio dicitur de Homilia Dominicæ. Alias vero sequens:*

*Letio IX.*

Porro Heli, qui ex tribu Nathan erat, nullis Iberis suscepitis, e vita migravit: eaque de causa Jacob ipssus frater, qui ex tribu Salomónis fluxerat, ipssus uxorem accépit, fratrique suo semen excitavit, ac Josèphum progénuit, Joseph itaque natúra quidem filius Jacob erat a Salomónе oriundus: legis autem ratione patrem habébat Heli ex Nathan oriundum. Quæ cum ita sit, Jóachim lectissimam illam, ac summis laudibus dignam mulierem Annam ma-

trimónio sibi copulàvit, Verum, quemadmodum prisca illá Anna, cum sterilitatis morbo laboráret, per orationem, ac promissionem Samuélem procreavit: eodem modo hæc etiam per obsecrationem, & promissionem Dei Genitricem a Deo accépit, ut ne hic quoque cuiquam ex illustribus matrónis céderet. Itaque grátia (nam hoc sonat Annæ vocabulum) Dóminam parit: (id enim Máræ nòmine significatur.) Vere étenim rerum omnium conditiorum Dómina facta est, eum Creatóris mater extitit. Tu autem &c.

Te Deum laudamus.

*In Laudib. v. Potens in terra erit semen ejus:*

¶ Generatio rectorum benedicetur.

*Ad Benedictus, Ant.*

Laudémus virum gloriósum in generatione

sua, quia benedictio-  
nem ómnium Géntium  
dedit illi Dóminus, &  
testaméntum suum con-  
firmavit super caput  
ejus.

*Oratio:* Deus, qui  
præ omnibus, &c.

*Tam in Laudibus,*  
*quam in secundis Vespe-*  
*ris fit commemoratio Do-*  
*minicæ occurrentis, & Oc-*  
*tavæ Aff.*

OFFICIUM  
Ss. Angelorum Custó-  
dum. Dup. 2. cl. cum  
oclava.

Pro Dominica prexi-  
ma Kalendis Septembbris.

*Omnia dicuntur, ut in*  
*Breviario die II. Octobris.*

OFFICIUM  
Diei octavæ Ss An-  
gelorum Cust. *Duplex.*  
Omnia, ut in Feso, præ-  
terea, quæ hic sequuntur.

*In I. Nocturno.*

De Libro Genes. c. 28.

*Lectio I.*

*Vidit Jacob in somnis*  
*scalam stantem su-*

per terram & cacúmen  
illius tangens cœlum;  
Angelos quoque Dei  
ascendentes per eam,  
& Dóminum innixum  
scalæ dicéntem sibi:  
Ego sum Deus Abra-  
ham, patris tui, & De-  
us Isaac: terram, in  
qua dormis, tibi dabo,  
& sémini tuo, eritque  
semen tuum, quasi pul-  
vis terræ; dilataberis  
ad oriéntem, & occi-  
dèntem, & septentri-  
nem, & meridiem, &  
benedicéntur in te &  
in sémine tuo cunc-  
tæ tribus terræ, &  
ero custos tuus,  
quocunque perréxeris,  
& redúcam te in ter-  
ram hanc, nec dimít-  
tam, nisi complèvero  
univèrsa, quæ dixi.  
Cumque evigiláset Ja-  
cob de somno, ait: Ve-  
re Dóminus est in loco  
isto, & ego nesciébam;  
pavénsque, quam ter-  
ribilis est, inquit, lo-  
cus iste! non est hic  
aliud, nisi domus Dei,

& porta coeli. Tu autem  
&c. &c. Angélis suis &c.

*Leclio II. Exodi C. 14.*

Tollens se Angelus  
Dómini, qui præ  
cedébat castra Israël,  
abiit post eos: & cum  
eo páriter columna nu  
bis, priòra dimittens  
post tergum stetit inter  
castra Ægyptiorum,  
& castra Iisrael: &  
erat nubes tenebrósa,  
& illùminans noctem,  
ita ut ad se invicem  
toto noctis tempore ac  
cédere non valerent.  
Cumque extendisset  
Moyses manum super  
mare, abstulit illud Dó  
minus flante vento ve  
heménti, & urente to  
ta nocte, & vertit in  
siccum: divisaque est  
aqua: & ingrésii sunt  
filii Israël per médium  
siccii maris: erat enim  
aqua quasi murus a  
dextera eorum, & læ  
va. Persequentesque  
Ægyptii ingrésii sunt  
post eos, & omnis e  
quitatus Pharaónis, cur

rús ejus, & équites,  
per médium maris.  
Jamque advénerat vigi  
lia matutina, & ecce,  
respiciens Dóminus su  
per castra Ægyptiorum  
per colúnnam ignis &  
nubis, interfécit exér  
citum eórum: & sub  
vérit rotas curruum,  
ferebanturque in pro  
fundum. Dixérunt ergo  
Ægyptii: Fugiámus  
Israélem: Dóminus e  
nim pugnat pro eo con  
tra nos. Tu autem. &c.

\*. Respóndit &c.

*Leclio III.*

*De Libro Regum.*

*3. Reg. 19. v. 4.*

Cum venisset in de  
sertum Elías, & se  
déret subter unam ju  
niperum, petivit áni  
mæ suæ, ut moreré  
tur, & ait: Súfficit mi  
hi Dómine, tolle áni  
mam meam: neque enim  
mélior sum, quam pa  
tres mei. Projecítque  
se, & obdormívit in  
umbra juníperi: & ec  
ce, Angelus Dómini

tégit eum, & dixit il-  
li: Surge & cómede:  
Respexit, & ecce ad ca-  
put suum subcinerícius  
panis, & vas aquæ: com-  
édit ergo, & bibt, &  
rursum obdormívit. Re-  
versusque est Angelus  
Dómini secundo, & té-  
tigit eum, dixique il-  
li: Surge, cómede,  
grandis enim tibi restat  
via. Qui cum surrexi-  
set, comédit & bibt, &  
ambulávit in fortitudi-  
ne cibi illius quadra-  
ginta diébus, & qua-  
draginta noctibus us-  
que ad montem Dei  
Horeb. Tu autem &c.

R. In conspéctu, &c.

*In II. Nocturno.*

**De Sermóne Sancti  
Gregorii Papæ.**

*Lectio IV.*

Sed quid prodest nobis  
de Angélicis spiriti-  
bus ista perstringere,  
si non studeámus hæc  
étiam ad nostros pro-  
fécus cóngrua confide-  
ratione derivare? Quia

enim supérna illa ci-  
tas ex Angelis, & ho-  
mínibus constat, ad  
quam tantum crédimus  
humánum genus ascén-  
dere, quantos illie  
cónstigit éléctos Ange-  
los remánsisse, sicut  
scriptum est: Státuit  
érminos gèntium se-  
cúndum númerum An-  
gelorum Dei: debémus  
& nos áliquid ex illis  
distinctionibus super-  
nórum cívium ad usum  
nostræ conversatióni  
tráhere, nosque ípsos  
ad incremēta virtu-  
tum bonis stúdiis in-  
flammáre. Tu autem  
&c. R. Vivit ipse &c.

*Lectio V.*

**Q**uiá enim illuc tan-  
ta ascensúra crédi-  
tur multitudó homi-  
num, quanta multitu-  
do remánsit Angeló-  
rum; súperest, ut ípsi  
quoque homines, qui  
ad cœlestem pátriam  
redeunt, ex ejus ag-  
mínibus áliquid illuc  
reverténtes imitentur.

Distincte namque con-  
versationes hominum,  
singulorum agminum  
ordinibus congruunt, ut  
in eorum sortem per  
conversacionis simili-  
tudinem deputentur.  
Nam sunt plerique, qui  
parva capiunt, sed ta-  
men haec eadem parva  
pie annunciarē fratribus  
non desistunt. Isti  
itaque in Angelorum  
nūmerum current: Tu  
autem &c.

*R. Angelus &c.*

*Lectio VI.*

Et sunt nonnulli, qui  
divīna largitatis mū-  
nere refēti, secretō-  
rum cœlestium summa  
et cāpere prævalent,  
et nunciāre. Quo ergo  
isti, nisi inter Angelō-  
rum nūmerum deputān-  
tur? Et sunt alii, qui  
mira faciunt, signa va-  
lēnter operantur. Quo ergo  
isti, nisi ad super-  
nārum virtutum for-  
tem et nūmerum cón-  
gruunt? Et sunt non-  
nulli, qui étiam de ob-

fēsis corpōribus mali-  
gnes sp̄ritus fugant,  
eosque virtute oratiō-  
nis, et vi accéptae po-  
testatis ejiciunt. Quo  
itaque isti méritum su-  
um, nisi inter potestā-  
tum cœlestium nūme-  
rum sortiūntur? Tu au-  
tem &c. &c. In omni &c.

*In III. Nocturno.*

*Lectio VII. & VIII. de  
Homil. S. Hieronimi, ut in  
Festo S. Michaélis dñe 29.  
Sept.*

*Nona Lectio de Ho-  
mil. in Evang. Dominica,  
de qua etiam commemora-  
tio in Laud. & Vespa-  
cienda est.*

*Cæterum si hoc officium  
impediatur, loco ejus com-  
memoratio fiat in utrisque  
Vesp. et in Laudibus, ante  
alias commem.*

## OFFICIUM COMME- MORATIONIS

*De 7 Doloribus B.  
Marie V. Duplex.*

*Pro Dominica III. Sep-  
tembris non impedita.*

*Ad Vesperas.*

*Ant.* Quo ábiit, cum  
reliq. ut in Laud. Psalm.  
Dixit Dóminus, cum  
reliq. ut in Officio B. M. V.

*Capitulum Threni 2.*

Cui comparábo te?  
vel cui assimilábo  
te, filia Jerúalem?  
cui exequábo te, &  
consolabor te virgo  
filia Sion? magna est  
velut mare contrítio  
tua. *R.* Deo gratias.

*Hymnus.*

O quot undis lacrymá-  
rum,  
Quo dolore vólvitur,  
Luſtuóſa de cruento  
Dum revulsuſ ſípitate  
Cernit ulnis iñcubantem  
Virgo mater filiuim!

\* Os suave, mite peccus,  
Et latus dulcissimum,  
Dexterámque vulnerá-  
tam,  
Et finifram ſauciam,  
Et rubras eruore plan-  
tas

Ægra tingit lacrymis.  
\* Centiésque, milliésque  
Stringit arctis néxibus  
Peccus illud, & lacér-  
tos,

Illa figit vúlnera,  
Sicque tota colliquéscit  
In doloris ósculis.

\* Eja Mater! obſecrámus  
Per tuas has lácrymas,  
Filiique triste funus,  
Vulneřumque púrpua-

ram,  
Hunc tui cordis doló-  
rem

Conde noſtris cōrdibus.  
\* Esto Patri, Filióque,  
Et coævo Flámini,  
Esto summae Trinitati  
Sempiterna glória;  
Et perennis laus, ho-  
nórque

Hoc, & omni ſeculo:  
Amen.

\* Regína marty-  
rum, ora pro nobis;

*R.* Quæ juxta eru-  
cem Jesu constitíſti.

*Ad Magnificat, Ant.*

Nolite me confide-  
rare, quod fuſca ſim,  
quia decolorávit me  
ſol: filii matris meæ  
pugnaverunt contra  
me.

*Onatio:* Deus, in cu-  
jus paſſione ſecundum  
Simeónis prophetiam:  
dulcissimam animam

gloriósæ Virginiæ, &  
Matris Mariæ dolóris  
gládias pertransívit:  
concéde propitius; ut,  
qui dolores ejus ve-  
nerando recólimus;  
passiónis tuæ effectum  
felicem consequámur.  
Qui vivis & regnas. &c.

*Deinde fit commem.*

*Dom. occur.*

*Hymn. Complet. & a-  
liarum Hor. terminantur  
sic:* Jesu tibi sit gló-  
ria: qui passus es pro  
férulís, cum Patre &  
almo Spíritu, in semi-  
pitéra fæcula. Amen.

*Ad Matutinum, Invit.*

Stemus juxta cru-  
cem cum María Matre  
Jesu, \* Cujus áni-  
mam dolóris gládius  
pertransívit.

*Psalms. Venite, exul-  
témus.*

*Hymnus.*

\* Jam toto súbitus vesper  
eat polo,  
Et sol attónitum præ-  
cípite diem,

Dum fævæ récolo lu-  
díbrium necis,  
Divinámque catástro-  
phen.

\* Spectatrix áderas sup-  
plicio Parens  
Malis uda, gerens cor  
adamántinum;  
Natus funérea péndu-  
lus in cruce  
Altos cum gémitus da-  
bat.

\* Pendens ante óculos  
Natus, atrócibus  
Sectus verbéribus; Na-  
tus hiántibus  
Fossus vulnéribus; quot  
penetrántibus  
Te cónficit aculeis!

\* Hen! sputa, álapæ, vér-  
bera, vúlnera,  
Clavi, fel, áloe spóna  
gia, láncea,  
Sitis, spina, crux  
quam vária pium  
Cor pressére tyránnide!

\* Cunctis intérea stat ge-  
nerósius  
Virgo martyribus: pro-  
dígio novo,  
In tantis móriens non  
móreris Parens  
Diris fixa dolóribus.

\* Sit summae Tríadi gló-  
ria, laus, honor,  
A qua suppliciter, sol-  
licita prece,

Posco virginis róboris  
æmulae.  
Vires rebus in áperis.  
Amen.

*In I. Nocturno.*

*Antiph.* Multiplicáti sunt, qui tríbulant me; multi insúrgunt adversum me.

*Psalmus 3.*

**D**omine, quid multiplicáti sunt, qui tríbulant me? \* multi insúrgunt adversum me.

Multi dicunt ánime meae: \* Non est salus ípsi in Deo ejus.

Tu autem, Dómine, suscéptor meus es, \* glória mea, & exáltaus caput meum.

Voce mea ad Dóminum clamávi: \* & exaudívit me de monte sancto suo.

Ego dormívi, & soporátus sum: \* & exurrexi, quia Dóminus suscépit me.

Non timébo millia populi circumdáctis me: \* exúrge Dómi-

ne, salvum me fac, Deus meus.

Quóniam tu percus-  
fisti omnes adver-  
tes mihi sine causa:  
\* dentes peccatórum  
contrivisti.

Dómini est salus: \* & super pópulum tu-  
um benedictio tua.

*Ant.* Multiplicáti sunt, qui tríbulant me, multi insúrgunt adversum me.

*Ant.* Paravérunt sa-  
gítas suas in pháre-  
tra, ut sagittent in  
obscuro rectos corde.

*Psalmus 10.*

**I**n Dómino confido,  
quómodo dicitis ánime meae: \* Tráns-  
migra in montem, sic-  
ut paffer?

Quóniam ecce pec-  
catóres intenderunt ar-  
cum, paravérunt sa-  
gítas suas in pháret-  
ra: \* ut sagittent in  
obscuro rectos corde.

Quóniam, quæ per-  
fecisti, destruxérunt:

\* justas autem quid fecit?

Dóminus in templo sancto suo, \* Dóminus in cœlo sedes ejus.

Oculi ejus in páuperem respiciunt: \* pálpebræ ejus intérrogant filios hóminum.

Dominus intérrogat justum, & ímpium: \* qui autem diligit iniqüitatem, odit animam suam.

Pluet super peccatores láqueos: \* ignis & sulfur, & spíritus procellárum pars cáloris eórum.

Quóniam justus Dóminus, & justitias diléxit: \* aequitatem vident vultus ejus.

*Ant.* Paravérunt sagittas suas in pháretra, ut sagittent in obscuro rectos corde.

*Ant.* Defécit in dolore vita mea, & ani mei in gemítibus.

### Psalmus 30.

In te, Dómine, spe rávi, non confúndar in ætérnum: \* in justitia tua libera me.

Inclina ad me au rem tuam, \* accéléra, ut éruas me.

Esto mihi in Deum protectórem, & in domum refúgii, \* ut salvum me fáciás.

Quóniam fortitúdo mea, & refúgium meum es tu: \* & propter nomen tuum deduces me, & enútries me.

Edúces me de láqueo hoc, quem abscondérunt mihi: \* quóniam tu es protéctor meus.

In manus tuas com mendo spíritum meum: \* redemisti me, Dómine Deus veritatis.

Odisti observantes vanitates, \* supervácue.

Ego autem in Dómino sperávi: \* exúl-

tábo, & lætabor in misericordia tua.

Quóniam respexisti humilitatem meam,  
\* salvásti de necessitá-  
tibus ánimam meam.

Nec conclusisti me in mánibus inimici: \*  
statuísti in loco spa-  
tióso pedes meos.

Miserére mei, Dó-  
miue, quóniam tríbu-  
lor: \* conturbátus ést  
in ira óculus meus,  
áнима mea, & venter  
meus.

Quóniam defécit in dolore vita mea: \* &  
anni mei in gemítibus.

Iufirmáta est in pau-  
pertáte virtus mea: \*  
& ossa mea conturbá-  
ta sunt.

Super omnes inimi-  
cos meos factus sum  
opprobrium, & vicinis  
meis valde: \* & ti-  
mor notis meis.

Qui vidébant me,  
foras fugérunt a me:  
\* oblivióni datus sum,  
tanquam mórtuus a  
corde.

Factus sum tanquam  
vas péditum: \* quó-  
niā audívi vitupe-  
rationem multórum  
commorántium in cir-  
cúitu.

In eo dum conve-  
nirent simul advérsum  
me: \* accípere ani-  
mam meam consiliati-  
lunt.

Ego autem in te  
sperávi Dómine: \*  
dixi: Deus meus es tu:  
in mánibus tuis for-  
tes meæ.

Eripe me de manu  
inimicórum meórum:  
\* & a persequéntibüs  
me.

Illústra fáciem tu-  
am super servum tu-  
um, salvum me fac  
in misericordia tua: \*  
Dómine, non confún-  
dar, quóniam invo-  
cávi te.

Erubéscant ímpii,  
& deducántur in ínfér-  
num: \* muta fiant lá-  
bia dólofa:  
Quæ loquíntur ad-  
vérsus justum iniqui-

tatem, \* in supèrbia,  
& in abusione.

Quam magna mul-  
titudo dulcédinis tuæ,  
Dómine, \* quam abs-  
condisti timéntibus te!

Perfecisti eis, qui  
sperant in te, \* in con-  
spéctu filiorum hómi-  
num.

Abscondes eos in  
abscondito faciei tuæ,  
\* a conturbatione hó-  
minum.

Próteges eos in ta-  
bernáculo tuo, \* a con-  
tradictione linguárum:

Benedictus Dóminus:  
\* quóniam mirificávit  
mísericordiam suam  
mihi in civitáte mu-  
nita.

Ego autem dixi in  
excéssu mentis meæ;  
\* Projéctus sum a fa-  
cie oculórum tuórum.

Ideo exaudísti vo-  
cem orationis meæ:  
\* dum clamárem ad te.

Dilícite Dóminum  
omnes sancti ejus: \*  
quóniam veritátem re-  
quireret Dóminus, & re-

tríbuet abundánter fa-  
ciéntibus supérbiám.

Virfiter agite, &  
confortétur cor vest-  
rum: \* omnes qui spe-  
ratis in Dómino.

*Ant.* Defécit in do-  
lore vita mea, & an-  
ni mei in gemistibus.

\* Regina mártiry-  
rum, ora pro nobis:

¶ Quæ juxta crú-  
cem Jesu constitísti.

### *Lectio I.*

Ex Jeremía Prophéta.

### *Threni C. I.*

Plorans plorávit in  
nocte, & lachry-  
mæ ejus in maxillis e-  
jus: non est, qui con-  
soletur eam ex ómni-  
bus charis ejus. Om-  
nes amici ejus sprevé-  
runt eam, & facti  
sunt ei inimici... Vide  
Dómine, quóniam trí-  
bulor, conturbátus est  
venter meus: subvér-  
sum est cor meum in  
memetípsa; quóniam  
amaritúdine plena sum.

Foris interficit gládius, & domi mors si-  
milis est. Audiérunt, quia ingemisco ego,  
& non est, qui consolétur me. Tu au-  
tem &c.

R. Simeon vir ju-  
stus, & timorátus di-  
xit ad Mariam: \* Tu  
am ipsius ánimam per-  
transíbit gládium.

V. Ne vocétis me  
Pulchram, sed Amá-  
ram, quia amaritúdi-  
ne valde replévit me  
Omniptens. Tuam &c.

*Lectio II. C. II.*

Cui comparábo te?  
vel cui assimilábo te,  
filia Jerúsalem? Cui ex-  
æquábo te, & consolá-  
bor te, virgo filia Sion?  
Magna est enim ve-  
luc mare contrítio tua:  
quis medébitur tui?...  
Plausérunt super te  
mánibus omnes trans-  
eūntes per viam: sibi-  
lavérunt, & móvérunt  
caput suum super fi-  
liam Jerúsalem: Hæc-  
eine est urbs, dicen-

tes, perfécti decòris,  
gáudium univérsæ ter-  
ræ? Aperiérunt super  
te os suum omnes in-  
imici tui: sibilavé-  
runt, & fremuérunt  
déntibus, & dixérunt:  
Devorábimus. Tu au-  
tem &c.

R. Surge, & accipe  
púerum, & matrem e-  
jus, & fuge in Ægyp-  
tum: \* Et esto ibi, us-  
que dum dicam tibi.

V. Vocávi filium  
meum ex Ægypto,  
ut véniat salus in Isra-  
ël. Et esto &c.

*Lectio III.*

Fecit Dóminus, quæ  
cogitávit: complé-  
vit sermóinem suum,  
quem præcéperat a  
diébus antiquis: de-  
strúxit, & non pepér-  
cit, & lætificavit su-  
per te inimicum, &  
exaltávit cornu hósti-  
um tuórum. Clamávit  
cor eórum ad Dómi-  
num super muros fi-

**I**te Sion: Deduc quæsi torrentem lacrymas per diem, & noctem; non des requiem cibi, neque taceat pupilla oculi tui. Tu autem &c.

**M.** Fili, quid fecisti nobis sic? \* Ego, & pater tuus: \* Dolentes quærebamus te.

**V.** Quid est, quod me quærebatis? In his, quæ Patris mei sunt, opórtet me esse. Ego, & pater tuus. Glor. Patri. Dolentes &c.

### In II. Nocturno.

**A**nt. Factum est cor meum tamquam cera liquescens in medio ventris mei.

### Psalmus 21.

**D**eus, Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti? \* longe a salute mea verba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem, & non

exaudiens: \* & nocte, & non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas, \* Laus Israël.

In te speraverunt patres nostri: \* speraverunt, & liberasti eos.

Ad te clamaverunt, & salvi facti sunt: \* in te speraverunt, & non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, & non homo: \* opprarium hominum, & abjectione plebis.

Omnis videntes me, deriserunt me: \* locuti sunt labiis, & moverunt caput:

Speravit in Domino, eripiat eum: \* salvum faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre: \* spes mea ab uberibus matris meæ. In te projectus sum ex utero:

De ventre matris meæ Deus meus es tu, \* ne discésseris a me.

Quóniam tribulatio  
próxima est: \* quóni-  
am non est, qui ád-  
juvet.

Circumdedérunt me  
vítuli multi: \* tauri  
píngues obsedérunt me.

Aperuérant super  
me os suum, \* sicut  
leo rápiens & rúgiens.

Sicut aqua effúsus  
sum, \* & dispérsa sunt  
ómnia offa mea.

Factum est cor me-  
um tanquam cera li-  
quescens, \* in médio  
ventris mei.

Aruit tanquam testa  
virtus mea, & língua  
mea adhæsit fáucibus  
meis: \* & in púlverem  
mortis deduxisti me.

Quóniam circumde-  
dérunt me canes mul-  
ti, \* concílium malig-  
nántium obsédit me.

Fodérunt manus me-  
as, & pedes meos: \*  
dinumeravérunt ómnia  
offa mea.

Ipsi vero considera-  
vérunt, & inspexérunt  
me: \* divisérunt sibi

vestiménta mea, & su-  
per vestem meam mi-  
sérunt sortem.

Tu autem, Dómi-  
ne, ne elongáveris au-  
xílium tuum a me; \*  
ad defensióñem meam  
cónspice.

Eruue a frámea, De-  
us, ániam meam: \*  
& de manu canis úni-  
cam meam.

Salva me ex ore  
leónis: \* & a cónribus  
unicórniū humilitá-  
tem meam.

Narrábo nomen tu-  
um frátribus meis, \*  
in médio ecclésiæ lau-  
dábo te

Qui timétis Dómi-  
num, laudáte eum; \*  
univérsum semen Ja-  
cob glorificáte eum.

Tímeat eum omne  
semen Israël: \* quó-  
niām non sprevit, ne-  
que despéxit depreca-  
tióñem páuperis:

Nec avértit fáciem  
suam a me; \* & cum  
clamárem ad eum,  
exaudívit me.

Apud te laus mea  
in ecclésia magna; \*  
vota mea reddam in  
conspéctu timéntium  
eum.

Edent pàuperes, &  
saturabúntur; & lau-  
dábunt Dòminum, qui  
requírunt eum: \* vi-  
vent corda eórum in  
sæculum sæculi.

Reminiscéntur, &  
converténtur ad Dòmi-  
num, \* univérsi tñes  
terræ.

Et adorábunt in con-  
spéctu ejus, univérsæ  
familiæ géntium.

Quóniam Dòmini est  
regnum; \* & ipse do-  
minábitur géntium.

Manducavérunt, &  
adoravérunt omnes  
píngues terræ: \* in  
conspéctu ejus cadent  
omnes, qui descéndunt  
in terram.

Et ánima mea illi  
vivit, \* & semen me-  
um sérviet ípsi.

Annunciábitur Dó-  
mino generátio ven-  
túra: \* & annunciá-

bunt cœli justíiam e-  
jus pòpulo, qui na-  
scétur, quem fecit Dó-  
minus.

*Ant.* Factum est cor  
meum tanquam cera li-  
quéscens in médio vent-  
ris mei.

*Ant.* Deus, vitam  
meam annunciacívi ti-  
bi; posuisti lachrymas  
meas in conspéctu tuo.

*Psalmus 55.*  
**M**iserére mei, Deus,  
quóniam concul-  
cavit me homo: \* to-  
ta die impúgnans tri-  
bulavit me.

Conculcavérunt me  
inimici mei tota die: \*  
quóniam multi bellán-  
tes adversum me.

Ab altitudine diéi  
timèbo, \* ego vero in  
te sperábo.

In Deo laudabo ser-  
mónes meos, in Deo  
sperávi: \* non timèbo,  
quid fáciat mihi caro.

Tota die verba mea  
execrabántur: \* advér-  
sum me omnes cogita-  
tiones eórum in malum.

Inhabitabunt, & abscondent: \* ipsi calcaneum meum observabunt.

Sicut sustinuerunt animam meam, pro nihilo salvos facies illos: \* in ira populos confringes.

Deus, vitam meam annunciavi tibi: \* posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.

Sicut & in promissione tua: \* tunc convertentur inimici mei retrorsum.

In quacunque die invocavero te: \* ecce cognovi, quoniam Deus meus es.

In Deo laudabo verbum, in Dominino laudabo sermonem: \* in Deo speravi, non timabo, quid faciat mihi homo.

In me sunt, Deus, vota tua, \* quae redam laudationes tibi.

Quoniam eripuisti animam meam de morte, & pedes meos de

lapsu: \* ut placeam coram Deo in lumine viventium.

*Ant.* Deus vitam meam annunciavi tibi; posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.

*Ant.* Fuérunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte.

*Psalmus 41.*

**Q**uemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: \* ita desiderat anima mea ad te, Deus.

Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum: \* quando véniam, & apparèbo ante faciem Dei?

Fuérunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: \* dum dicitur mihi quotidie: Ubi est Deus tuus?

Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam: \* quoniam transibo in locum tabernaculi admirabi-

lis, usque ad domum  
Dei:

In voce exultatiō-  
nis, & confessiōnis: \*  
sonus epulāntis.

Quare tristis es à  
anima mea? \* & qua-  
re conturbas me?

Spera in Deo, quó-  
niam adhuc confitébor  
illi, \* salutare vultus  
mei, & Deus meus.

Ad meisplum anima  
mea conturbata est: \*  
propterea memor ero  
tui de terra Jordānis,  
& Hermōniūm a mon-  
te módico.

Abyssus abyssum in-  
vocat, \* in voce cata-  
ractarum tuarum.

Omnia excélsa tua,  
& fluctus tui, \* super  
me transierunt.

In die mandavit  
Dóminus misericórdi-  
am suam, \* & nocte  
canticum ejus.

Apud me oratio Deo  
vitæ meæ: \* dicam  
Deo: Suscéptor meus es.

Quare oblitus es  
mei? \* & quare con-

tristatus incédo, dum  
affligit me inimicus?

Dum confringuntur  
osfa mea, \* exprobra-  
vérunt mihi, qui tri-  
bulant me, inimici  
mei.

Dum dieunt mihi  
per singulos dies: Ubi  
est Deus tuus? \* qua-  
re tristis es anima mea?  
& quare conturbas me?

Spera in Deo, quó-  
niam adhuc confitébor  
illi: salutare vultus  
mei, & Deus meus.

*Ant.* Fuérunt mihi  
lácrymæ meæ panes  
die, ac nocte.

℣. Fasiculus myr-  
rhæ diléctus meus  
mihi,

℟. Inter ubera mea  
commorabitur.

#### *Lectio IV.*

Sermo Sancti Bernár-  
di Abbatis.

*Ex serm. de 12. Stellis.*

Martyrium Virginis  
cam in Simeónis  
prophetia, quam in

ipsa Dominicæ passio-  
nis história commen-  
datur. Pólitus est hic  
(ait sanctus senex de  
púero Jesu) iu-  
num, cui contradicé-  
tur; & tuam ipsius á-  
nimam (ad Mariam  
autem dicébat) per-  
transíbit gládius. Vére  
tuam, o beata mater,  
ánimam pertransívit.  
Alioquin nonnisi eam  
pertránsiens carnem fi-  
lli tui penetraret. Et  
quidem, poste aquam  
emisit spíritum tuus  
ille Jesus, ipsius pla-  
ne non actigit ánimam  
crudelis láncea, quæ  
ipssus apéruit latus,  
sed tuam útique áni-  
mam pertransívit. Ip-  
sius nimis anima  
jam ibi non erat, sed  
tua plane inde nequí-  
bat avélli. Tu autem  
&c.

R. Jesum bajulán-  
tem sibi crucem: \* Se-  
quebátur turba mulie-  
rum, quæ plangébant,  
& lamentabántur eum.

V. Filiæ Jerúsalem,  
super vos ipsas flete,  
& super filios vestros.  
Sequebátur. &c.

### Lectio V.

Tuam ergo pertrans-  
ívit ánimam vis  
dolóris, ut plusquam  
máctyrem non immé-  
rito prædicémus, in  
qua nimis corpórem  
seusum passiónis excés-  
serit cōpassiónis af-  
féctus. An non tibi  
plusquam gládius fuit  
sermo ille revera per-  
tránsiens ánimam, &  
pertíngens usque ad  
divisionem ánimæ, &  
spíritus: Múlier, ecce  
filius tuus? O commu-  
tationem! Joánnes ti-  
bi pro Jesu tráditur,  
servus pro domino,  
discípulus pro magíste-  
ro, filius Zebedæi pro  
filio Dei, homo putus  
pro Deo vero. Quó-  
modo non tuam affec-  
tuosissimam ánimam  
pertransíret hæc audí-  
tio, quando & nostra,

licet saxeа, licet férrea pectora sola recordatio scindit? Tu autem. &c.

**R.** Postquam venérunt in locum, qui dicitur Calváriæ, ibi crucifixérunt eum: \* Stabat autem juxta crucem Jesu mater ejus.

**V.** Tunc beatam illius ánimam doloris gladius pertransivit. Stabat. &c.

### Lælio VI.

**N**on mirémini, fratres, quod María martyr in áima fuísse dicátur. Mirétur, qui non meminerit, se audiisse Paulum inter màxima Géntium crímina memorantem, quod si ne affectiōne fuissent. Longe id fuit a María viscéribus, longe sit a sérvulis ejus. Sed forte quis dicat: Nunquid non eum præscierat moritúrum? Et indubitánter. Nunquid

non sperábat continuo resurrectúrum? Et fidéliter. Super hæc dóluit crucifixum? Et veheménter. Alioquin quisnam tu frater, aut unde tibi hæc sapiéntia, ut mireris plus Mariam compatiéntem, quam Mariæ filium patientem? Ille enim mori corpore pótuit; ista cōmori corde non pótuit? Fecit illud cháritas, qua majórem nemo hábuit: fecit & hoc cháritas, cui post illam símilis altera non fuit. Tu autem &c.

**R.** Joseph ab Ari-mathæa; \* Pétuit corpus Jesu, quod de cruce depósitum, \* Suo complèxu mater excepit.

**V.** Dolens Sunamitis sinu, & gènibus suis sustinuit mórtuum filium. Pétuit corpus Jesu. &c.  
Glória Patri. Suo eomplèxu. &c.

*In III. Nocturno.*

*Ant.* Intendérunt ar-  
cum rem amáram, ut  
sagittent in occúltis  
immaculátum.

*Psalmus 63.*

**E**xáudi, Deus, ora-  
tionem meam, cum  
déprecor; \* a timóre  
inimíci éripe animam  
meam.

Protxistí me a con-  
vénitu malignántium,  
\* a multitúdine ope-  
rántium iniquitátem.

Quia exacnérunt  
ut gládium línguas su-  
as; \* intendérunt ar-  
cum rem amáram, ut  
sagittent in occúltis  
immaculátum.

Súbito sagittábunt  
eum, & non timébunt;  
\* firmavérunt sibi ser-  
mónem nequam.

Narravérunt, ut abs-  
cónderent láqueos; \*  
dixérunt: Quis vidébit  
eos?

Scrutáti sunt iniqui-  
tátes; \* defecérunt  
scrutántes scrutínio.

Accédet homo ad  
cor altum; \* & exal-  
tábitur Deus.

Sagittæ parvulórum  
factæ sunt plagæ eó-  
rum; \* & infirmatæ sunt  
contra eos línguae eó-  
rum.

Conturbáti sunt om-  
nes, qui vidébant eos;  
\* & tímuit omnis homo.

Et annunciavérun  
ópera Dei; \* & facta  
ejus intellexérunt.

Lætabitur justus in  
Dómino, & sperábit  
in eo, \* & laudabún-  
tur omnes recti corde.

*Ant.* Intendérunt ar-  
cum rem amáram, ut  
sagittent in occúltis  
immaculátum.

*Ant.* Anima mea tur-  
báta est valde, sed  
tu Dómine úsque quo?

*Psalmus 6.*

Dòmine, ne furóre  
tuo árguas me;  
\* neque in ira tua cor-  
rípias me.

Miserére mei, Dó-  
mine, quóniam infis-

mus sum, \* fana me,  
Dómine, quóniam con-  
turbáta sunt ossa mea.

Et anima mea tur-  
báta est valde: \* sed  
tu Dómine úisque quo?

Convrtere, Dómine,  
& eripe ánimam me-  
am: \* salvum me fac  
propter misericórdiam  
tuam.

Quóniam non est in  
morte, qui memor sit  
tui; \* in inférno au-  
tem quis confitébitur  
tibi?

Laborávi in gémí-  
tu meo, lavábo per  
singulas noctes lectum  
meum, \* lachrymis  
meis stratum meum  
rigábo.

Turbátus est a furó-  
re óculus meus; \* iu-  
veterávi inter omnes  
inimícos meos.

Discédite a me om-  
nes, qui operámini iu-  
iquitátem; \* quóniam  
exaudívit Dóminus vo-  
cem fletus mei.

Exaudívit Dóminus  
deprecationem meam,

\* Dóminus orationem  
meam suscépit.

Erubéscant & con-  
turbéntur vehemén-  
ter omnes inimici mei:  
\* convertántur, & e-  
rubéscant valde veló-  
citer.

*Ant.* Anima mea tur-  
báta est valde; sed tu  
Dómine úisque quo?

*Ant.* Deus adjútor  
in tribulatióibus, quæ  
invenérunt nos nimis.

### Psalmus 45.

Deus noster, refugi-  
um, & virtus; \*  
adjútor in tribulatió-  
nibus, quæ invené-  
runt nos nimis.

Propterea non timé-  
bimus, dum turbábitur  
terra, \* & transferén-  
tur montes in cor ma-  
ris.

Sonuérunt, & tur-  
bátae sunt aquæ edrum:  
\* conturbáti sunt mon-  
tes in fortitudine ejus.

Flúminis ímpetus læ-  
tifat civitátem Dei:  
\* sanctificávit taber-

náculum suum altissimus.

**D**eus in médio ejus,  
non comovèbitur; \*  
adjuvàbit eam Deus  
mane dilúculo.

Conturbátæ sunt gen-  
tes, & inclináta sunt  
regna: \* dedit vocem  
suam, mota est terra.

**D**óminus virtútum  
nobiscum; \* suscéptor  
noster Deus Jacob.

**V**enite, & vidéte o-  
pera Dómini, quæ pò-  
suit prodígia super ter-  
ram: \* áuferens bella  
usque ad finem terræ.

**A**rceum cónteret, &  
confrínget aíma: \* &  
scuta combùret igni.

**V**acáte, & vidéte,  
quóniam ego sum De-  
us: \* exaltábor in Gén-  
tibus, & exaltábor in  
terra.

**D**óminus virtútum  
nobiscum: \* suscéptor  
noster Deus Jacob.

**A**nt. Deus adjútor  
in tribulatiōnibus, quæ  
invenérunt nos nimis.

**V.** Per te salútem  
hauriámus, Virgo Ma-  
ria,

**R.** Ex vulnéribus  
Christi.

**L**ectio sancti Evan-  
gélii secúndum Joán-  
nem.

**L**ectio VII. Cap. 19.

**I**n illo témporte: Sta-  
bant juxta crucem Je-  
su mater ejus & so-  
ror matris ejus, Ma-  
ría Cléophæ, & Ma-  
ría Magdaléne. Et  
réliqua.

**H**omilia sancti Am-  
brózii Episcopi.

**D**e Institut. Virg. Cap. 7.

**S**tabat juxta crucem  
mater, & fugiénti-  
bus viris stabat intré-  
pida. Vidéte, utrum  
pudórem mutáre potú-  
erit mater Jesu, quæ  
ánimum non mutávit.  
Spectábat piis óculis  
filii vúlnera, per quæ  
sciébat ómnibus futú-  
ram redemptiōnem.

Spectabat non degeneri mater spectáculo, quæ non metúeret peremptórem. Pendébat in cruce filius, mater se persecutóribus offrébat. Tu autem &c

R. Quis tibi sensus fuit, o mater dolórum: \* Dum Joseph síndone filium tuum invólvit, & pósuit eum in monuménto.

V. Consideráte, & vidéte, si est dolor, sicut dolor meus. Dum Joseph. &c.

### *Lectio VIII.*

*Ex ejusdem Epist. 25. ad Ecc. Vercell. prope finem.*

Maria mater Dómini ante crucem filii stabat. Nullus me hoc dócuit, nisi Sanctus Joánnes Evangelista. Mundum alii concísum in passióne Dómini conscrípsérunt, cœlum ténebris obductum refugisse sollem, in Paradísum latrónem, sed post piam confessiónem, re-

céptum. Joánnes dócuit, quod àlii non docuérunt, quemádmodum in cruce pósitus Matrem appelláverit. \* Pluris putátur, quod victor suppliciorum, pietatis officia matris exhibébat, quam quod regnum cœlestis donabat. Nam si religiosum est, quod latróni donatur vénia, multo uberioris pietatis est, quod a filio mater tanto affécta honorátur. Tu autem. &c.

R. In toto corde tuo gémitus matris tue ne oblíviscaris, \* Ut perficiatur propitiatio, & benedictio.

V. Ave princeps generosa, martyrumque prima rosa, virginumque lílum. Ut perficiatur. &c. Glória Patri. Ut perficiatur. &c.

### *Lectio IX. de Homilia Dominicæ occurrentis.*

*Ad Laudes, & per Horas.*  
Ant. Quo áliit dilectus tuus, o pulchér-

rima mullerum? quo  
declinavit diléctus tu-  
us, & quærémus eum  
tecum?

*Psal.* Dóminus regná-  
vit. cum reliq. de *Lau-  
dibus Dominicae.*

*Ant.* Recédite a me,  
amare flebo, nolite in-  
cúmbere, ut consolé-  
mini me.

*Ant.* Non est ei spé-  
cies, neque decor,  
& vñdimus eum, & non  
erat áspéctus.

*Ant.* A planta pedis  
usque ad vérticem cà-  
pitis non est in eo sà-  
uitas.

*Ant.* Fulcite me fló-  
ribus, stipate me ma-  
lis, quia amore lán-  
gueo.

### Copitulum Threni 2.

Cui comparabo te?  
vel cui assimilabo  
te, filia Jérusalem?  
cui exæquabo te, &  
consolabor te, virgo  
filia Sion? magna est  
velut mare contrítio-  
tua. R. Deo gratias.

### Hymnus.

\*Summe Deus clemén-  
tiæ,  
Septem dolores Vírgi-  
nis,

Plagásque Jesu Filii

Fac rite nos revólvere,

\*Nobis salútēm cónferant  
Deíparæ tot láchrymæ,  
Quibus lavare sufficiet  
Tottus orbis crímina.  
• Sit quinque Jesu vúlne-  
rum

Amára contemplatio,  
Sint & dolores Vírginis

Æterna cunctis gáudia.

\* Jesu tibi sit glória;  
Qui passus es pro fr.  
vuln.,  
Cum Patre, & almo  
Spíritu,  
In sempitérna sœcula.  
Amen.

V. María Virgo per  
virtutem tot dolorum,

R. Fac nos gaudere  
in regno cœlorum.

*Ad Benedictus, Ant.*

Venite, ascendámus  
ad montem Dómini,  
& vidéte, si est do-  
lor, sicut dolor meus.

*Oratio:* Deus, in cu-  
jus passióne secundum  
Simeonis prophetiam;  
dulcissimam animam

gloriósæ Virginis &  
Matri Mariæ dolóris  
gládium pertransívit:  
concede propítius; ut,  
qui dolóres ejus vene-  
rando recólimus; pas-  
sionis tuæ effectum  
felicem consequámur.  
Qui vivis & regnas. &c.

*Deinde fit commemora-  
tio Dominicæ occurrentis.*

*Ad Primam.*

*In R. br. dicitur \**. Qui  
passus es propter noſ-  
ram salutem.

*Lectio br. Deduc &c. ut  
infra ad Nonam: et in fine:  
Tu autem &c R. Deo grat.*

*Ad Tertiam.*

*Ant. Recédite a me.*

*Capit. Cui compará-  
bo te. ut supra in Laud.*

*R. br. O vos omnes:  
\* qui transitis per vi-  
am. O vos &c.*

*\*. Atténdite, & vi-  
dete, si est dolor, sic-  
ut dolor meus. Qui  
transit. &c. Glória Pà-  
tri. O vos &c.*

*\*. Defecerunt præ  
lachrymis oculi mei,*

*R. Conturbáta sunt  
omnia viscera mea.*

*Ad Sextam.*

*Ant. Non est ei spé-  
cies.*

*Capitulum. Threni 1.*  
*Plorans plorávit in  
nocte, & lachrymæ  
ejus in maxillis ejus;  
non est, qui consolè-  
tur eam ex omnibus  
charis ejus. R. Deo  
gratias.*

*R. br. Defecérunt,  
Præ lachrymis oculi  
mei. Defecérunt, &c.*

*\*. Conturbáta sunt  
omnia viscera mea.  
Præ lachrymis. &c. Glò-  
ria Pat. Defecérunt, &c.*

*\*. Fasiculus myr-  
rhæ diléctus meus  
mihi,*

*R. Inter ubera mea  
commorábitur.*

*Ad Nonam.*

*Ant. Fulcite me.*

*Capitulum. Threni 2.*  
*Deduc quasi torré-  
tem lachrymas  
per diem, & noctem,  
non des réquiem tibi,  
neque taceat pupilla*

óculi tui. R. Deo gràtias.

R. br. Fasciculus myrrhæ \* Diléctus meus mihi.

Fasciculus myrrhæ. &c.

V. Inter ubera mea commorabitur. Diléctus. &c. Glória Patri. Fasciculus. &c.

V. Anima mea liquefacta est,

\* Ut diléctus locutus est.

In II. Vesperis dicuntur omnia ut in primis.

V. Regina martyrum, ora pro nobis,

R. Quæ juxta cruncem Iesu constitisti.

Ad Magnificat, Ant.

Oppræssit me dolor, & fácies mea intumuit a fletu, & pálpebræ meæ caligaverunt.

Oratio: Deus, in cùjus, ut supra post Laudes

OFFICIUM  
Dedicationis omnium  
Ecclesiárum. Dupl. I.  
classis: cum ect.

Celebratur Dominica  
III. post Kalendas Octo-bris.

*Omnia de communí  
Dedicationis Ecclesiae ut in  
Breviario.*

OFFICIUM  
De Patrocinio Beatæ  
Mariæ V. Dupl. majus.  
Pro Dominica III. No-  
vembribus.

Ad Vesperas.

Ant. Dum esset Rex,  
cum reliquis Antiphonis,  
Psalmis, Capitulo, &  
Hymno, ut in Officio par-  
vo B. Mariæ. V.

V. Dignare me lau-  
dare te, Virgo sacrata.

R. Da mihi virtu-  
tem contra hostes tuos.

Ad Magnificat, Ant.  
Sancta María, succurre  
miseris, juva pusilláni-  
mes, réfove flébiles,  
ora pro populo, inter-  
veni pro clero, inter-  
céde pro devoto femi-  
neo sexu: sicutiant om-  
nes tuum juvámen,  
quicunque celebrant

tuum sanctum Patroci-  
num.

**Oratio:** Concéde nos  
famulos tuos, ut in Of-  
ficio parvo.

**Et fit Commem. Domi-  
nicae.**

**Ad Matutinum.** Invi-  
tatorium: Sancta Maria  
Dei Génitrix, Virgo, \*  
Intercéde pro nobis.  
**Psalmus:** Venite, exul-  
témus.

**Hymnus:** Quem terra.  
ex Officio parvo.

**Ant. Psalmi,** et ¶ nocturnorum, ut in Officio  
parvo.

**In I. Nocturno.**  
**Lectiones:** De Parábolis  
Salomonis: Ego Sapién-  
tia hábito, cum Responso-  
riis, ut in Feso Ss. Nom-  
inis B.Marie V. in Domi-  
nica infra Octav. Nati-  
vitatis ejus.

**In II. Nocturno.**  
**Sermo Sancti Joánnis**  
Chrysóstomi &c. ut in  
die XII. Sept. seu 5. die  
infra Octau Nativ. Beatæ,  
cum Responsořis hic se-  
quentibus.

**R. 1.** Sicut cedrus ex-  
altata sum in Libano,  
& sicut cyprēsus in  
monte Sion: quasi  
myrrha electa, \* Dedi  
suavitatem odoris ¶. Et  
sicut cinnamonum, et  
balsamum aromatizans.  
Dedi &c.

**R. 2.** Quæ est ista, quæ  
procéssit sicut sol, &  
formosa tanquam Je-  
rusalem? \* Vidérunt  
eam filiæ Sion, & beá-  
tam dixérunt; et regi-  
næ landavérunt eam.  
¶. Et sicut dies verni  
circúmdabant eam flo-  
res rosárum, et lilia con-  
vallium. Vidérunt &c.

**R. 3.** Ornáram moní-  
libus filiam Jerúsalem  
Dóminus concupívit: \*  
Et vidéntes eam filiæ  
Sion, beatissimam præ-  
dicavérunt, dicéntes: \*  
Unguentum effúsum no-  
men tuum. ¶. Attitit  
Regina a dextris tuis in  
vestitu deaurato, cir-  
cùmdata varietate. Et  
vidéntes &c. Gloria Pa-  
tri &c. Unguentum &c.

*In III. Nocturno.*

*Lectiones de homilia  
venerabilis Bedæ Presbyteri  
in Evang. Loquéntate Je-  
su ad turbas, ut in Feslo  
B. M. V. de Mercede die  
XXIV. Sept. cum Resp.  
hic infra positis.*

R. *VII.* Felix namque es sacra virgo Ma-  
ria, & omni laude di-  
gnissima: \* Quia ex te  
ortus est sol justitiae,  
Christus Deus noster. ¶  
Ora pro populo, inter-  
veni pro clero, intercede  
pro devoto femineo  
sexu: sentiant omnes  
tuum iuvâmen, qui-  
cunque célébrant tuum  
sanctum Patrocâlum  
Quia ex te &c.

R. *VIII.* Beátam me  
dicent, ut in Feslo prædicto.

*Lectione IX. de Homiliâ  
Dominicæ.*

*Ad Laudes,  
& per Horas.*

*Omnia dicuntur, ut in  
Feslo B. M. de Mercede.*

*Oratio: Concéde. ex  
Off. parvo.*

*Ad II. Vesperas.*

*Omnia, ut in primis vesp.*

*Ad Magnif. Ant. Beâ-  
tam me dicent omnes  
generatiōnes, quia an-  
cillam hūmilem respe-  
xit Deus.*

*Oratio: Concéde, cum  
commem. Dominicæ.*

## SUPPLEMENTUM

## Libelli.

DIE XXIV. APRILIS.  
Inventiōnis Cörperum  
Ss. Cántii & socior. Mm.  
*Duplex.*

*Oratio: Omnipotens  
sempiterne Deus, qui*

hodierna die membra  
Sanctorum martyrum  
Cántii, Cantiani, Can-  
tianillæ, Chrysögèni,  
Anastasiæ & Prothi,  
nobis famulis tuis reve-

Járe dignatus es: con-  
céde propicius: ut; qui  
eórum cōporum inven-  
tiōnem hodie venerando  
cōlimus; ipsórum beatit-  
udini te concedente  
adjungi mereámur. Per  
Dóminum &c.

*In I. Noct. Lection.  
de Script. occur.*

*In II. & III Noct. de  
comm. plur. Mm. 2. loco.  
¶ 8vum: Hæc est ve-  
ta &c.*

XIX. AUGUSTI.

S. Ludovíci Tolosáni  
Ep. C. Semidup.

Vite partem *æflii. libelli*  
*pag 46. ibique in oratione*  
*pro verb. postpónere, dic,*  
*præpónere; quod observan-*  
*dum est et de antiquis libellis.*

DIE XIV OCTOBRIS

S. Callisti Papæ Mart.

Duplex min.

Oratio: Deus, qui nos  
cónspicis &c. ut in brev.  
hac die.

*In I. Nocturno Lection.  
de Script. occur.*

*In II. Nocturno.*

*Lection IV.*

Callistus Románus  
præfuit Ecclésiæ  
Antonino Heliogábalo  
imperatōre Constituit  
quátuor anni tēmpora,  
quibus jejúnium ex A-  
postólica traditiōne ac-  
cēptum ab omnibus ser-  
varétur. Ædificavit ba-  
silicam Sanctæ Mariæ  
trans Tiberim, & in  
via Appia vetus cæme-  
térium, in quo multi  
sancti sacerdōtes & mār-  
tyres sepulti sunt, ampli-  
ficavit; unde ab eo  
CallistiCæmetérium ap-  
pellatur. Tu autem &c.  
¶ Honestum. &c.

*Lection V.*

Ejusdem pietatis fuit,  
quod beati Calepō-  
dii presbyteri & mār-  
tyris corpus jactatum  
in Tiberim, conqui-  
diligenter curavit, &  
inventum honorifice  
sepelivit. Palmátium  
consulári, Simplícium  
senatória dignitate il-

Iústres, Felicem, & Blandam, qui deinde omnes martyrium subiérē, cum baptismo lustrásset, missus est in cácerem; ubi Privátum mīlitēm ulcéribus plenum, admirabiliter sanitati restitūtum, Christo adjúnxit: pro quo idem recens adhuc a fide suscépta plumbatis usque ad mortem cæsus occubuit. Tu autem &c.

**R. Desiderium &c.**

*Lectio VI.*

**S**edit Callistus annos quinque, mensē unum, dies duódecim. Ordinatiōnibus quinque mense Decémbri creāvit presbyteros

sexdecim, diaconos quátuor, episcopos octo. Post longam famem, crebrásque vēberatiōnes præceps jacutus in púteum, atque ita martyrio coronatus, sub Alexandro imperatōre, illatus est in cæmetérium Calepódii via Aurélia, tértio ab Urbe lápide, prídie Idus Octóbris. Eius póstmodum corpus in bassílicam Sanctæ Maríæ trans Tíberim ab ipso ædificátam délatum, sub ara majóri máxima veneratione colitur. Tu autem &c.

**R. Stola jucunditatis &c.**

*In III. Nocturno Lecti-  
on. ut in brev. dicta die.*

**FESTA ELEVATA**

a ritu semidúplicis ad ritum dúplicis

**XXIII. Febr. S. Margarítæ de Cort. festum elev. die**

**17. Sept. 1798.**

**XVIII. nunc XXII. Sept. S. Thomæ de Villa nova Ep.**

**Elev. d. 12. Dec. 1801.**

**XIV. Octob. S. Callisti Papæ M. Elev. d. 2. Sept. 1808.**

**XIII. Nov. S. Dídací C. Elev. d. 17. Sept. 1798.**

**XXIII. jam XXVIII Nov. S. Cleméntis Papæ M. Elev.**

**d. 5. Sept. 1804.**

**Proinde tam in libellis diocesánis, quam in breviariis  
a voce, Semiduplex, primæ duæ syllabæ expungántur.**

# INDEX ALPHABETHICUS

## Festorum

*in libello Labacensi, ejusque appendice  
occurrentium.*

	Volumen	Pag
Abundii Ep. Conf. <i>Duplex.</i> - - -	Pars ver.	12
Achati & socior. Mm. <i>Semidup.</i> - - -	P. æst.	5
Ægidii abb. C. <i>Semidup.</i> - - -	P. aut.	1
Agapis & sociar. Vv. Mm. <i>Dup.</i> - - -	P. hiem.	42
Agapiti Mart. <i>Semidup.</i> - - -	P. æst.	46
Aloysii Gonz. C. <i>Dup.</i> - - -	P. æst.	1
Anastasiæ Mart. <i>Dup.</i> - - -	P. hiem.	26
Anastasi Mart. <i>Dup.</i> - - -	P. aut.	10
Angelor. Cust <i>Dup.</i> 2. cl. - - -	Append.	188
... Diæi gvæ <i>Dup</i> - - -	ibid.	ib.
Apost. omnium Commem. - - -	P. æst.	9
... Divil. fest. <i>Dup.</i> - - -	P. æst.	15
Bárbaræ V. M. <i>Dup.</i> - - -	P. hiem.	1
Bertrandi E. C. <i>Dup.</i> - - -	P. ver.	50
Bibiánæ V. M. <i>Semidup.</i> - - -	P. hiem.	4
Bláſii Ep. M. <i>Semidup.</i> - - -	P. hiem.	26
Callisti Papæ M. <i>Dup.</i> - - -	Supplem.	215
Camilli de Lélliis C. <i>Dup.</i> - - -	P. æst.	29
Cancii, Canciani &c. soc. Mm. invent. <i>Dup.</i> <i>Suppl.</i>		214
... Festum, <i>Dupl. maj.</i> - - -	P. ver.	45
Christinæ V. M. <i>Semidup.</i> - - -	P. æst.	35
Christóphori Mart. <i>Semidup.</i> - - -	P. æst.	42
Chromatii Ep. C. <i>Dup.</i> - - -	P. hiem.	1
Chrysanthiáni & socior. Mm. <i>Dup.</i> - - -	P. hiem.	38
Chrysogoni Mart. <i>Dup.</i> - - -	P. aut.	65
Chrysólogi Petri E. C. Doct. <i>Dup.</i> - - -	P. hiem.	3
Cleméntis Papæ M. <i>Dup.</i> - - -	P. aut.	67
... ejusdem - - -	Suppl.	216
Commem. Concept. B. M. V. <i>Dupl.</i> - - -	Appen.	49
... Corporis Christi <i>Semidup.</i> - - -	App.	2
... Dolór. B. M. V. <i>Dup.</i> - - -	App.	191
... Nicolái E. per annum - - -	App.	1

		Volumen	pag
Commem.	omnium Apost.	P. æst.	9
	Martyrum	P. hiem.	17
Concept.	B. M. V. Fest Dup. I cl.	P. hiem.	3
Cordis D.	N. J. C. Dup. maj.	App.	170
Corónæ Spineæ Domini	Dup. maj.	App.	105
Coronatór.	quatuor Mm. Semidup.	P. hiem.	1
Corporis Christi	Offic. comm. Semiaup.	App.	2
Cyricæ & Muſicæ	Vv. Mm. Dup.	P. ver.	60
Cyrilli & Methódii	E. C. Dup.	P. hiem.	42
Daniel.	Proph. Conf. Dup.	P. aut.	10
Dedic.	Eccl. Dup. I. cl.	App.	212
Desponsi.	B. Mariæ V. Dup. maj.	P. hiem.	18
Dídaci Conf.	Duplex	Suppl.	216
Dexteræ S. Steph. R.	invent. Dup. min.	P. ver.	41
Divis.	Apost. Dupl. maj.	P. æst.	15
Dolor.	B. M. V. off Commem. Dup.	App.	191
Donati & Iociór.	Mm. Dup.	P. æst.	49
Dormient.	7 Mm. Semidup.	P. aut.	10
Emeríci Conf.	Duplex.	P. aut.	58
Euphémie & sociár.	Vv. Mm. Dupl.	P. aut.	1
Expect.	Partus B. M. V. Dup. maj.	P. hiem.	7
Felícis a Cant.	C. Semidup.	P. ver.	37
Felícis & Fortunati	Mm. Min. Dup.	P. ver.	61
Felicitatis Mart.	Dup.	P. aut.	65
Fidei Virg.	Mart. Semidup.	P. aut.	41
Fidélis a Sigmar.	M. Dup.	P. ver.	17
Floriáni & sociór.	Mm. Dup.	P. ver.	20
Franciscæ Joánnæ	Dup. min.	P. aut.	6
	Romanæ Vid. Dup.	P. hiem.	45
Francisci Bórgiæ	C. Semidup.	P. aut.	34
	Joanuis R. C. Dup.	P. ver.	57
Fratrum	7 Mm. Duplex	P. æst.	12
Fundatór. ord. serv.	M. V. Dup.	P. hiem.	27
Gabriél.	Archang. Dup. maj.	P. ver.	1
Geórgii Mart.	Semidup.	P. ver.	14
Gerárdi E. M.	Dup.	P. aut.	26
Gereón. & sociór.	Mm. Dup.	P. aut.	27
Gertrúdis Virg.	Dup.	P. aut.	64
Gervásii & Protáfii	Mm. Semidup.	P. ver.	61

Henrīci imp. C. Dup.	- - - - -	P. æst.	42
Hermág. & Fort. Mm. Dup. I. cl.	- - - - -	P. æst.	12
- - - Diei gvæ Dup.	- - - - -	P. æst.	22
- - - Translat. Dup.	- - - - -	P. æst.	49
Hermógenis & Fort. Mm. Dup.	- - - - -	P. aut.	10
Hierónymi Æmil. C. Dup. minus	- - - - -	P. æst.	25
Hilárii & sociór. Mm. Dup.	- - - - -	P. ver.	1
Hippólyti & Cass. Mm. Semidup.	- - - - -	P. æst.	42
Hyacynthi Conf. Dup.	- - - - -	P. æst.	49
Jaáchimi Patris Deíp. V. Dup. maj.	- - - - -	App.	182
Joannis Cánti C. Semidup	- - - - -	P. aut.	34
- - - a Cruce C. Dup.	- - - - -	P. aut.	67
- - - Francisci R. Dup.	- - - - -	P. ver.	57
- - - Gualbérti C. Dup.	- - - - -	P. æst.	22
- - - de M̄tha C. Dup.	- - - - -	P. hiem.	37
- - - Nepomucéni M. Dup.	- - - - -	P. ver.	25
Joánnæ Francisæ Dup.	- - - - -	P. aut.	6
Joséphi Calass. C. Dup.	- - - - -	P. aut.	11
- - - a Cupert. C. Dup.	- - - - -	P. aut.	15
- - - Sponsi Deip. V. patroc. Dup. 2. cl.	- - - - -	App.	134
- - - Ejusdem festum. Dup. I. cl.	- - - - -	P. ver.	1
Invéntio Corp. Ss. Cancii & soc. Mm. Dup.	Suppl.		214
- - - Déxteræ S. Steph. R. Dup. min.	- - - - -	P. ver.	41
juliánæ V. M. Semidup.	- - - - -	P. hiem.	37
- - - de Falconérus V. Dup.	- - - - -	P. æst.	6
Juliáni Mart. Semidup.	- - - - -	P. aut.	27
- - - de Bono Alb. C. Semidup.	- - - - -	P. hiem.	38
Justi Mart. Dup.	- - - - -	P. aut.	55
Justínæ V. M. Dup.	- - - - -	P. aut.	30
Juvéatii E. C. Dup.	- - - - -	P. hiem.	26
Ladislái R. C. Dup.	- - - - -	P. æst.	7
Lánceæ & clav. Domini, Dup. 2. cl.	- - - - -	App.	123
Leonárdi C. Semidup	- - - - -	P. aut.	60
Leónis Papæ C. Doct. Dup.	- - - - -	P. ver.	12
Leopoldi C. Dup.	- - - - -	P. aut.	61
Liberális C. Dup.	- - - - -	P. ver.	12
Lúciae V. M. Dup.	- - - - -	P. hiem.	7
Ludovíci Ep. Tolos. Semidup.	- - - - -	P. æst.	46
- - - Ejusdem	- - - - -	Suppl.	216

Marcelli Papæ M.	Semidup.	-	P. hiem.	37
Marci Evang. transl.	Dup.	-	P. hiem.	26
- - -	Papæ Conf. Dup.	-	P. aut.	27
Margarítæ V.	M. Semidup.	-	P. æst.	42
- - -	de Cortóna, Dup.	-	P. hiem.	38
- - -	ejusdem	-	Suppl.	216
Mariæ de Cerv. seu de Socos	Dup.	-	P. aut.	23
Martyrum omn. com.m.	-	-	P. hiem.	17
Mauri Mart.	Dup.	-	P. aut.	67
Máximæ Virg.	Dup.	-	P. ver.	37
Máximi E. M.	Dup. maj.	-	P. ver.	41
Maximiliáni E. M.	Dup.	-	P. aut.	32
Mennæ Mart.	Dup.	-	P. aut.	60
Mónicæ Vid.	Dup.	-	P. ver.	25
Nazárii Ep. C.	Dup.	-	P. ver.	61
Nicææ E. C.	Dup.	-	P. æst.	12
Nicéphori Mart.	Dup.	-	P. hiem.	18
Nicolái Ep. festum,	Dup. 1. cl.	-	P. hiem.	3
- - -	Diéi 8væ Dup.	-	P. hiem.	4
- - -	Commem. per annum	-	App.	1
Norbérti E. C.	Dup.	-	P. ver.	53
Octávæ Ang. Cust	Dup.	-	App.	188
- - -	Hermág & Fort. Dup.	-	P. æst.	22
- - -	Nicolái E. Dup.	-	P. hiem.	4
Pantaleónis Mart.	Dup.	-	P. æst.	35
Partus B. Mariæ V. Exp.	Dup. maj.	-	P. hiem.	?
Patroc. S. Joséphi.	Dup. 2. cl.	-	App.	134
- - -	B. Mariæ Virg. Dup. maj.	-	App.	212
Paulíni E. C.	Dup.	-	P. hiem.	26
Pelágii Mart.	Dup.	-	P. aut.	10
Petri Chrysol. E. C. D.	Dup.	-	P. hiem.	3
- - -	Nolásci C. Dup.	-	P. hiem.	37
Pii Papæ Mart.	Dup.	-	P. æst.	12
Primi & Fel. Mn.	Dup.	-	P. ver.	53
Procéssi & Martin. Mn.	Semidup.	-	P. æst.	10
Prosdócimi E. C.	Dup.	-	P. aut.	60
Prothi Mart. Duplex.	-	-	P. æst.	6
Quatuor Coronat. Mn.	Semidup.	-	P. hiem.	1
Quinque plagár. Domini,	Dup. maj.	-	App.	80

Quiríni E. M. Dup.	- - - - -	P. ver.	47
Raphaélis Archang. Dup.	- - - - -	P. aut.	41
Raymúndi de Penaf. C. Semidup.	- - - - -	P. hiem.	38
Rochi Conf. Duplex	- - - - -	P. æst.	44
Rosáliæ Panorm. V. Dup.	- - - - -	P. aut.	4
Sánguinis Domini Dup. maj.	- - - - -	App.	145
Septem Dolór. B. M. V. comm. Dupl.	- - - - -	App.	191
Septem Dormiéat. Mm. Semidup.	- - - - -	P. aut.	10
Septem Fratr. Mm. Dup.	- - - - -	P. æst.	12
Septem Fundat. ord. serv. Mariæ Dup.	- - - - -	P. hiem.	27
Sigismundi M. Dup.	- - - - -	P. ver.	22
Spineæ Corónæ Domini Dup. maj.	- - - - -	App.	105
Stéphani R. Dext. invent. Dup.	- - - - -	P. ver.	41
Syri Ep. Conf. Semidup.	- - - - -	P. hiem.	3
Theodóri M. Semidup.	- - - - -	P. hiem.	3
Thomæ de Villanova E. C. Dup.	- - - - -	P. aut.	23
Titiáni E. C. Dup.	- - - - -	P. hiem.	18
Translat. S. Marci Ev. Dup.	- - - - -	P. hiem.	26
- - - Hermág. & Fort. Dup.	- - - - -	P. æst.	49
Valeriáni Ep. C. Dup.	- - - - -	P. aut.	67
Ubáldi E. C. Semidup.	- - - - -	P. ver.	41
Udalríci E. C. Semidup.	- - - - -	P. æst.	10
Victóris & Corónæ Mm. Dup.	- - - - -	P. ver.	25
Vincéntii a Paulo C. Dup.	- - - - -	P. æst.	42
Viti & sociór. Mm. Dup.	- - - - -	P. ver.	55
Ursulæ & Sociár. Vv. Mm. Dup.	- - - - -	P. aut.	38
Vúlner. quinque Domini, Dup. maj.	- - - - -	App.	80
Wolfgángi Ep. C. Dup.	- - - - -	P. aut.	53
Zénónis Ep. M. Dup.	- - - - -	P. ver.	12
Zóili Conf. Semidup.	- - - - -	P. hiem.	37





OFFICIA  
DIOECESIS  
LABACENSIS  
AD PARTEM BREVIARII  
HIEMALEM.

---

I. DECEMBRIS.

Ss. 4. Coronatorum  
Mm.

*Semiduplex (in brev.  
8. Nov.)*

*Oratio.* Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui gloriósos Mártires fortes in sua confessióne cognóvimus, pios apud te in nostra intercessióne sentiamus. Per Dóminum &c.

*In I. Noct. Lectiones de scriptura occurr. Reliqua de Comuni Plur. Mm. 2. loco.*

8. R. Hæc est vere fraternitas.

---

II. DECEMBRIS.

S. Chromatii Ep.

Aquilej. C. duplex.

*Oratio.* Exaudi.

*In I. Noct. Lectiones de scriptura occur.*

*Reliqua de Comuni Conf. Pontif. 2. loco.*

IV. DECEMBRIS.

S. Bárbaræ Virg. et Mart. *Duplex.*

*Oratio.* Deus, qui inter cætera.

*In I. Nocturno Lectiones de script. occurrente.*

*In II. Nocturno.*  
*Lectio IV.*

**B**arbara Virgo Nicomediensis, Dióscorii nobilis, sed superstitionis hominis filia, per ea, quæ visibilia facta sunt, ad invisibilia divina opitulante gratia facile pervenit. Quapropter soli DEO, rebusque divinis vacare coepit. Eam pater, utpote forma venustiori nitentem, a quounque virorum occursutari cupiens, turri inclusit; ubi pia Virgo meditationibus, & precibus addicta, soli DEO

quem sibi in sponsum elegerat, placere studébat. Oblata a patre plúries nobílum connúbia, fórtiter sprevit: pater vero per sui abséntiam filiæ ánimum posse facilius emolliri confidens, jussit primo bálneum extrui, ne quid ei décesset ad comoditátem; deinde peregre in exteris regiōnes profectus est.

**R.** Propter veritátem.

### Lectio V.

Absente patre jussit Bárbara dnábus fenestrís, quæ in turri erant, tértiam addi in honórem Divinæ Trinitatis, labiúmque báunei sacro Sanctæ crucis signo muniri: quod ubi rédiens Diocorus inspéxit, audita novitatis causa, ádeo in filiam excánduit, ut strícto ense eam apetens parum absuerit, quin eam dire confóderet; sed præsto nádfuit Deus: nam fugienti Barbaræ saxum ingens se

patefáciens viam apéravit, per quam montis fastigium pétere, et in specu latére pótuit. Sed paulo post cum a nequissimo genitóre reperta fuisset, ejus látera péibus, dorsumque pugnis immániter percússit, et crínibus per loca aspera, difficilésque vias rapíatam, Marciáno præsidi puniéndam trádidit.

**B.** Dilexísti justitiam.

### Lectio VI.

Itaque ab ipso ómni bus in modis, sed incássum tentátam, nudam uervis cædi, et inflicta vúlera téstulis confricari, deinde in cárcerem trahi præcepit; ubi imménsa luce circimdatu se Christus appárens, mirifice confortatam in passiónum tolerántia confirmávit. Quod animadvértens Juliána mātróna ad fidem conversa, ejusdem palmæ párticeps effécta est. Bárbaræ demum férreis únguibus membra laniántur, facibus láte-

ra incenduntur, et maléolis caput contúnditur, quibus in cruciáti-  
bus confortem solabá-  
tur, et hortabátur, ut  
ad finem usque constan-  
ter certáret; præcísis  
tandem utríque ubéri-  
bus, nudæ per loca pùb-  
lica tractæ cápite plec-  
tuntur, filiæque cerví-  
cem ipse scelestissimus  
pater, humanitatis ex-  
pers, propriis mánibus  
amputávit: enjus fera  
crudélitas non diu inúl-  
ta remánsit; nam sta-  
tim eo ipso in loco fúl-  
mine percássus intériit.  
Caput hujus beatissimæ  
Mártiris in Oratório  
ad Sancta Sanctórum  
honorífico asservátur.

**R. Afferéntur.**

*In 3. Nocturno, Homilia in Evangelium: Si-  
mile erit regnum cælo-  
rum decem virginibus,  
ut in Comuni Virginum.*

## V. DECEMBRIS.

S. Petri Chrysólogi Ep.  
Conf. Eccl. Doct. Du-  
plex, ut in brev. die 4. Dec.

## VI. DECEMBRIS.

S. Nicolái Ep. Conf.  
Patroni titularis Eccle-  
siæ Cathed. *Duplex 1.  
Classis cum Octava in haec  
Diocesi.*  
*Officium, ut habetur in  
breviario.*  
*Lectiones in 1. Nocturno:  
Fidélis sermo.*  
*Infra Octavam fit com-  
memoratio ejusdem, ut habe-  
tur in appendice hujus libelli.*

## VIII. DECEMBRIS.

Fest. Conceptionis B.  
V. Mariæ, V.  
*Duplex 1. Classis cum Octa-  
va. Sine Commer. de s.  
Nicolao hodie.*

## IX. DECEMBRIS.

S. Syri Ep. Conf.  
*Semidup. Oratio: Exaudi.  
In 1. Noct. Lectiones de  
scriptura occurrente. Reli-  
qua de Comuni 2. loco.*

## X. DECEMBRIS.

S. Theodóri Mart.  
*Semidup.  
Oratio; Deus, qui nos  
beati Theodóri márcy-*

ris tui confessione gloriósa circúmdas et protegis; præsta nobis; ex ejus imitatiōne proficere, et oratiōne fulciri. Per Dominum.

*In 1. Noct. Lectiones de script. occurrente.*

*In 2. Noct. Lectio 4. propria ut die 9. Novemb. in breviario.*

*Reliqua de Comuni unius Mart. 2. loco.*

## XII. DECEMBRIS.

**S. Bibiánæ V. M.**

*Semidup.*

*Officium, ut in breviario die 2. Decemb.*

## XIII. DECEMBRIS.

**Octava Dies S. Nicolái. Dup.**

*Offic. ut in Festo die 6. hujus.*

*In 1. Noct. Lectiones de Script. occur.*

*In 2. Nocturno.*

**Lectio IV.**

**Sermo Sancti Gregorii Papæ.**

**2 parte Pastoral. C. I.**

Tantum debet actiōnem populi áctio tran-

scéndere Præfulis: quantum distare solet a gregi vita pastoris. Opörter namque, ut metiri sollicite studeat, quanta tenendæ rectitudinis necessitate constringitur, sub cujus estimatione populus grex vocatur. Sit ergo (necesse est) cogitatione mundus, actiōne præcipuis, discretus in silentio, útilis in verbo, singulis compassiōne próximus, præ cunctis contemplatiōne suspen-sus, bene agéntibus per humilitatem sōcius, contra delinquēntium vītia per zelum justitiæ erectus, internōrum curam in exterōrum occupatiōne non mínuens, exterōrum providētiām in interōrum sollicitudine non relin-quens.

**& Invéni.**

**Lectio V.**

**I. Parte. C. 9. et 10.**

Considerandum quoque est, quia cum eau-sam populi electus Præ-

sul suscipit, quasi ad ægrum médicus accédit. Si ergo adhuc in ejus opere passiones vivunt, qua præsumtione percussum mederi properat, qui in facie vulnus portat? Ille igitur, ille modis omnibus debet ad exemplum vivendi pértrahi, qui cunctis carnis passiōni- bus móriens jam spíritaliter vivit, qui nulla adversa pertimēscit, qui sola interna desiderat. Cujus intentioni bene congruens, nec omnino per imbecillitatem corpus, nec valde per contumaciam repugnat spíritus: qui ad aliéna capienda non dicitur, sed propria largitur.

R. Pósui adjutorium.

### Lectio VI.

*Ibidem C. VIII. ad finem.*

Unde ipsum quoque episcopátus officium boni operis expreſſiōne definitur, cum dicitur: Si quis episcopátum desiderat, bonum opus

desiderat. Ipse ergo sibi testis est, quia episcopátum non appetit, qui non per hunc boni operis ministérium, sed honoris glóriam quærerit. Sacrum quippe officium non solum non diligit omnino, sed neſcit, qui ad culmen régminis anhélans, in occulta meditatione cogitationis ceterorum subjectione pascitur, laude propria lætatur, ad honorem cor elevat, rerum affiuéntium abundántia exultat. Mundi ergo lucrum queritur sub ejus honoris spécie, quo mundi déstrui lucra debuerunt.

R. Iste est, qui.

*In 3. Nocturno.*

### Lectio VII.

Léctio Sancti Evangelii secundum Matthæum.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam haec: Homo peregre proficisciens vocavit servos suos, et

trádidit illis bona sua  
Et rélique.

De homilia Sancti  
Ambrosii Episcópi. 2. de  
voc. gen. c 2 post medium.

Datur unicuique hic  
sine mérito, unde ten-  
dat ad méritum; et da-  
tur ante ullum labó-  
rem, unde quisque  
mercédem accipiat se-  
cúndum laborem: quod  
ita esse étiam Evangé-  
licæ veritatis testimó-  
nio agnoscitur; ubi per  
comparationem díci-  
tur, quod homo peregre  
proficisciens vocavit  
servos suos, et trádidit  
illis substántiam suam,  
et uni dedit quinque ta-  
lénta, álli duo, álli ve-  
ro unum, unicuique se-  
cúndum propriam vir-  
tutem, id est, secundum  
própriam et naturalem  
possibilitatem. non au-  
tem secundum própri-  
um meritum: quia áliud  
est posse operari, áliud  
operari; et áliud est  
posse habére charita-  
tem, áliud habére cha-  
ritatem.

R. Amavit eum Dó-  
minus.

Lectio VIII.

Non itaque omnis re-  
parabilis reparátur,  
nec omnis sanábilis sa-  
nátus est; quia repará-  
bilem et sanabilem es-  
se de natúra est: repa-  
rátum autem et saná-  
tum esse de grátia est.  
Dénique isti, quibus se-  
cúndum módulum ca-  
pacitatis suæ, quem in  
eis distribútor substán-  
tiæ prævidébat, dispar  
créditus est númerus  
talentórum; non méri-  
ti remuneraciónem,  
sed óperis accepere  
matériam.

R. Sint lumbi vestri.

Lectio IX.

In qua duórum ser-  
vorum vigilantissima  
indústria non solum glo-  
riosis laudibus honestá-  
tur, sed étiam in æter-  
na Dómini sui gaudia  
intráre præcipitur. Tér-  
tii vero pigrum ótium,  
desidiósa nequitia sic  
punitur, ut et vitupe-  
rationis dedecorétur

opprōbrio, et portione,  
quam accēperat, ex-  
uatur. Dignus enim  
erat pēdere inūtilem  
fidem, qui non exercē-  
rat chāritātem.

Te Deum laudāmus.

#### XIV. DECEMBRIS.

S. Lúciae Virg. M.

*Duplex.*

**Omnia, ut in brev. XIII.**

*Dec.*

#### XVIII. DECEMBRIS.

Fest. Exspectationis

Partus B. Mariæ V.

*Duplex majus.*

*Ad Vesperas, Antiphona:* Missus est Gabriel Angelus: cum reliquis de Laudibus. *Psalmi:* Dixit Dominus: cum reliquis ut in Officio parvo B. Mariæ.

*Capitulum. Isa. II.*

*E*reditetur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet, & requiescat super eum Spiritus Domini.

*Hymnus:* Creator alme siderum: ut in primis Vesperis Dominicæ primæ Adventus.

*Et in fine omnium Hymnorum dicitur:*

Virtus, honor, laus,  
gloria

Deo Patri cum Filio,  
Sancto simul Para-  
clyto,

In seculorum secula.  
Amen.

*¶ Ave Maria, gratia plena.*

*¶ Dominus tecum.*

*Ad Magnificat, Antiph.*

Spiritus sanctus in te descendet, Maria: ne timeas, habebis in ute-  
ro Filium Dei, alleluja.

*Oratio.*

**D**eus, qui de beatæ Mariæ Virginis ute-  
ro Verbum tuum, An-  
gelo nunciante, car-  
nam suscipere voluisti:  
præsta supplicibus tuis;  
ut, qui vere eam Ge-  
nitricem Dei credimus;  
eius apud te interces-  
sionibus adjuvemur.  
Per eundem Dominum.

*Et fit Commemor. Ad-  
ventus, Antiphona. O.*

*Ad Matutinum Invitat.*  
Ave Maria, gratia ple-  
na: \* Dominus tecum.

*Psalms.* Venite.

*Hymnus:* Verbum supernum: ut in Dominica prima Adventus

*In primo Nocturno,*  
 1. *Antiph.* Ecce Dominus noster cum virtute veniet, & illuminabit oculos servorum suorum, alleluja.

*Psalms.* Domine Dominus noster, ut in officio parvo B. M. V.

2. *Antiphona.* Rorate cœli desuper, et nubes pluant justum; aperiatur terra, & germinet Salvatorem.

*Psalms.* Cæli enarrant.

3. *Antiph.* Ecce nomen Domini de longinquo, & claritas ejus replet orbem terrarum.

*Palm.* Domini est terra.

\*. Ex Sion species decoris ejus.

¶. Deus noster manifeste veniet.

De Isaia Propheta.

*Lectio 1. Cap. 7.*

ET adjecit Dominus loqui ad Achaz dicens: Pete tibi signum

a Domino Deo tuo in profundum inferni, si ve in excelsum supra. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo Dominum. Et dixit: Audite ergo domus David: Numquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel. Butyrum & mel comedet, ut sciatis reprobare malum, & eligere bonum.

\*. Non auferetur scepterum de Juda, & dux de fæmore ejus, donec veniat qui mittendus est: \* Et ipse erit expectatio Gentium.

¶. Pulchriores sunt oculi ejus vino, & dentes ejus lacte candidiores. Et ipse.

*Lectio 2. Cap. 11.*

ET egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus af-

cendet; & requiescet super eum spiritus Domini: spiritus sapientiae & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis: & replebit eum spiritus timoris Domini. Non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet: sed iudicabit in justitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ; & percutiet terram virginis sui; & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iustitia cingulus lumborum ejus: & fides cinctorum renum ejus.

R. Orietur stella ex Jacob, & consurget homo de Israël, & confringet omnes duces alienigenarum: \*Et erit omnis terra possessio ejus.

¶. De Jacob erit, qui dominabitur, & perdet reliquias Civitatis. Et erit.

*Lectione 3. Cap. 35.*  
**L**Ætabitur deserta, & invia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilyum. Germinans germinabit, & exultabit lætabunda, & laudans: gloria Libani data est ei; decor Carmeli, & Saron: ipsi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei nostri. Confortate manus disolutas, & genua debilia roborate. Dicite pusillanimis: Confortamini, & nolite timere: Ecce Deus vester ultionem adducet retributionis: Deus ipse veniet, & salvabit vos. Tunc aperiéntur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet, sicut cervus, claudus, & aperta erit lingua mutorum: quia scissæ sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine. Et quæ erat árida, erit in stagnum, & sitiens in fontes aquarum.

R. Descendet Dominus sicut pluvia in vel-  
lus: orietur in diebus  
ejus justitia: \* Et ab-  
undantia pacis.

V. Et adorabunt eum  
omnes Reges: omnes  
Gentes servient ei. Et  
abu. Glor. Pat. Et abu.

*In secundo Nocturno,*  
1. Antiph. De Sion exhibit  
lex, & verbum Domini  
de Jerusalem.

*Psalm.* Eructavit, ut  
in off. parvo.

2. Antiph. Ecce Deus  
noster! expectavimus  
eum, & salvabit nos,  
alleluja.

*Psal.* Deus noster ibidem

3. Antiph. Dominus ve-  
niet, occurrite ille, di-  
centes: Magnum prin-  
cipium; & regni ejus  
non erit filius, Deus,  
Fortis, Dominator,  
Princeps pacis, allel.

*Psalm.* Magnus Domi-  
nus, ut in 2. Noct. Na-  
tiv. Domini.

V. Egredietur virga  
de radice Jesse.

R. Et flos de radice e-  
jus ascendet.

Sermo S. Ildefonsi Ar-  
chiepiscopi Toletani.

*Ex lib. de Virginitate  
Beatæ Mariae Lælio 4.*

D Omina mea, atque  
dominatrix mea,  
dominans malier, ma-  
ter Domini mei, ancil-  
la Filii tui, genitrix fa-  
ctoris mundi! te rogo,  
te oro, te quæso, ut  
habeam spiritum Do-  
mini tui, spiritumque  
Filii tui, necon &  
spiritum Redemptoris  
mei, ut de te vera &  
digna sapiam, vera et  
digna loquar, vera et  
digna, quæcumque  
sunt, diligam. Tu e-  
nim es electa a Deo,  
assumpta a Deo, ad-  
vocata a Deo, proxi-  
ma Deo, adhærens De-  
o, conjuncta Deo: vi-  
sitata ab Angelo, salu-  
tata ab Angelo, bene-  
dicta ab Angelo, be-  
atificata ab Angelo:  
turbata in sermone,  
attónita in cogitatio-  
ne, stupefacta in salu-  
tatione, admirata in di-  
ctorum annunciatione.

**R.** Ecce virgo concipiet, & pariet filium, dicit Dominus: \* Et vocabitur nomen ejus Admirabilis, Deus Fortis.  
**V.** Super solium David, & super regnum ejus sedebit in æternum. Et.

*Lectio 5.*

**I**nvenisse te apud Deum gratiam audis, & ne timeas Jubéris. Unde & tu fiducia robora-  
ris, cognitione miracu-  
lorum instrueris, ad no-  
vitatem inauditæ glo-  
riæ provéheris. De  
prole ab Angelo nunci-  
ata es, & post fœtum in-  
tegra, & pudica manes.  
Certa virginitas nobis  
propónitur, et nascitu-  
rum ex te Sanctum Dei  
Filiū tibi ab Angelo  
evangelizatur: & quæ  
fit nascentis Regis po-  
tentia, mirabiliter in-  
timatur. Quomodo fiat  
quæris, de origine in-  
terrogas, de ratione perscrutaris, de expe-  
rientia requiris, de or-  
dine sciscitaris. Audi  
inauditum oraculum,

considera inusitatum o-  
pus, animadverte in-  
cognitum arcanum, at-  
tende invisum factum:  
Spiritus Sanctus super-  
veniet in te, & virtus  
Altissimi obumbrabit  
tibi.

**R.** Rorate cœli desu-  
per, & nubes pluant ju-  
stum \* Aperiatur terra,  
& germinet Salvatorem.

**V.** Emitte Agnum,  
Domine, Dominatorem  
terræ: de Petra deser-  
ti ad montem filiæ  
Sion. Aperiatur.

*Lectio 6.*

**T**ota invisibiliter Tri-  
nitas Conceptionem  
operabitur in te; sola  
persona Filiū Dei in cor-  
pore tuo nascitura car-  
nem assumet de te. Ide-  
oque, quod concipietur  
ex te, quod nascetur ex  
te, quod prōdierit ex te,  
quod germinabitur ex  
te, quod parturietur ex  
te Sanctum, vocabitur  
Filius Dei. Erit enim  
hic magnus, hic Deus  
victutum, hic Rex om-  
níum seculorum, hic

factor omnium rerum.  
Ecce beata tu inter mulieres, integra inter puérperas, Domina inter ancillas, Regina inter sorores! Ecce ex hoc beatam te dicent omnes generationes, beatam te neverunt omnes cœlestes Virtutes, beatam te prædicant omnes Vates, beatam te celebrant omnes nationes! Beata tu fidei nostræ, beata tu animæ nostræ, beata dilectioni nostræ, beata præconiis & prædicationibus meis!

R. Docebit nos Dominus vias suas, & ambulabimus in semitis ejus:  
Quia de Sion exhibet lex: et verbum Domini de Jerusalem.

¶. Venite, ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob. Quia. Gloria Patri. Quia

*In tertio Nocturno, 1. Antiph.* Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum.

*Psalm.* Benedixisti Domine, ut in 2. Noct. Nativ. Domini.

2. *Antiph.* Ecce veniet Deus, & homo de domo David sedere in throno, alleluja.

*Psalm.* Fundamenta, ut in 2. Noct. offic. parvi.

3. *Antiph.* Annunciate populis, & dicite: Ecce Deus Salvator noster veniet.

*Psalm.* Cantate Domino canticum novum, cantate, ut in 2. Noct. ejusdem off. par.

¶. Egressietur Dominus de loco sancto suo.

R. Veniet, ut salvet populum suum.

*Si hoc festum venerit in Feria IV. Quatuor Temp. Adventus,* loco sequentis Homilie leguntur tres Lectiones Homil. ejusdem Fer. IV. cum Responsoriis, quæ hic assignantur.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio 7. Cap. 10. In illo tempore: Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Gal-

lilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem sponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David: & nomen Virginis Maria. Et reliqua.

Homilia venerabilis

Bedæ Presbyteri.

*In Evangel. Luc. cap. 1.  
& in Homil. Hyemalibus  
de Temp. Fer. iv. Quatuor  
Temp. mensis Decembris.*

**A**d Mariam virginem Gabriel mittitur, qui Dei Fortitudo nominatur: illum quippe nunciabat, qui ad debellandas aëreas potestates humilis apparere dignatus est. De quo per Psalmistam dicitur: Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio. Et rursum: Dominus virtutum ipse est Rex gloriae. Per Dei ergo fortitudinem nunciandus erat, qui virtutum Dominus, & potens in prælio, contra potestates aëreas ad bellum veniebat. Et ingressus Angelus ad eam di-

xit: Ave gratia plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus. Bene gratia plena vocatur, quæ nimirum gratiam, quam nulla alia meruerat, affequitur: ut ipsum videlicet gratiæ concipiatur, & generet Authorem.

**R**e Ave Maria, gratia plena: Dominus tecum: \* Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: quod enim ex te nasceretur Sanctum, vocabitur Filius Dei.

**V.** Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognoso? Et respondens Angelus dixit ei. Spiritus. *Lectio. 8.*

**E**cce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus JESUM. IESUS Salvator, sive salutaris interpretatur; cuius sacramentum nominis alloquens Joseph Angelus exposuit: Ipse enim (inquietus) salvum faciet populum suum a peccatis

eorum. Non ait, populum Israel, sed, populum suum; hoc est, in unitatem fidei ex præputio, & Circumcisione vocatum, quibus ex diversa parte vocatis fieret unus pastor, & unum ovile. Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur: & dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus. Idem ergo Filius Altissimi, qui in ute-  
ro virginali conceptus, & natus est. Idem homo in tempore creatus ex matre, qui Deus est ante tempora natus ex Pa-  
tre. Si autem idem ho-  
mo, qui Deus est, omit-  
tat Nestorius hominem  
tautum dicere ex Vir-  
gine natum.

R. Suscipe verbum, Virgo Maria, quod ti-  
bi a domino per Ange-  
lum transmissum est: con-  
cicies, & paries De-  
um pariter & homi-  
nem, \* Ut benedicta di-  
caris inter omnes mu-  
rieres.

v. Paries quidem fi-

lium, & virginitatis non patieris detrimentum: efficieris grida, & eris mater semper intacta. Ut. Gloria Pat-  
ri. Ut.

### *Lectio 9.*

IDeoque & quod na-  
scetur ex te Sanctum,  
vocabitur Filius Dei.  
Ad distinctionem no-  
stræ sanctitatis Jesus  
Sanctus singulariter na-  
sciturus asséritur. Nos  
quippe, etiæ sancti es-  
cimur, non tamen na-  
scimur, quia ipsa natu-  
ræ corruptionis condi-  
tione constringimur, ut  
merito cum Propheta  
gementes singuli dica-  
mus: Ecce enim in ini-  
quitatibus conceptus  
sum, & in delictis pe-  
perit me mater mea.  
ille autem solus vera-  
citer Sanctus est, qui,  
ut ipsam conditionem  
naturæ corruptibilis  
vinceret, ex commix-  
tione carnalis copulæ  
conceptus non est. San-  
ctum, inquit, vocabi-  
tur Filius Dei. Quid

hic dicis Nestoriane,  
qui beatam Mariam  
Dei negans esse Genit-  
ricem aperte niteris  
impugnare veritatem?  
Ecce! Deum dixit su-  
perventurum, Dei Fi-  
lium nasciturum. Quo-  
modo ergo aut Dei Fi-  
lius Deus non est; aut,  
quæ Deum edidit, quo-  
modo Theotocos, id  
est, Dei genitrix, non  
esse potest?

Te Deum laudamus.

**A D L A U D E S,**  
*& per Horas,*

**Ant.** M<sup>is</sup>sus est Gabriel  
Angelus ad Ma-  
riam virginem despon-  
satam Jefeph.

**Psal.** Dominus reg-  
navit. cum reliquis de  
Dominica.

**Antiphona:** Ave Ma-  
ria, gratia plena: Do-  
minus tecum: Benedi-  
cta tu in mulieribus,  
alleluja.

**Antiphona:** Ne timeas,  
Maria, invenisti gra-  
tiam apud Dominum,  
ecce concipies, & pa-  
ries filium, alleluja.

**Antiphona:** Dabit ei  
Dominus sedem David  
patris ejus, & regnatit  
in æternum.

**Antiphona:** Ecce ancil-  
la Domini! fiat mihi se-  
cundum verbum tuum.

**Capitulum.** I/a XI.  
**E** Gredietur virga de  
radice Jesse, & flos  
de radice ejus ascendet.  
Et requiescat super e-  
um Spiritus Domini.

**Hymnus.** En clara  
vox, *ut in Laudibus Do-*  
*minicæ primæ Adventus.*

V. Spiritus sanctus su-  
perveniet in te.

R. Et virtus Altissimi  
obumbrabit tibi.

**Ad Benedictus, Anti-**  
**phona:** Super solium Da-  
vid, & super regnum  
ejus sedebit in æter-  
num.

**Oratio.**

**D**eus, qui de Beatæ  
Mariæ Virginis ú-  
tero Verbum tuum,  
Angelo nunciante, car-  
nem fuscipere voluisti:  
præsta supplicibus tuis;  
ut, qui vere eam Ge-  
nitricem Dei credimus,

ejus apud te intercessio-  
nibus adjuvemur. Per  
enimdem Dominum.

*Deinde fit commemor.  
Feria.*

*Ad Tertiam.*

*Antiph.* Ave Maria.

*Capitulum.* Egressietur.

*R. Reve.* Tu exur-  
gens, Domine, \* Misere-  
reberis Sion. Tu exur-  
gens.

*V.* Quia tempus mi-  
serendi ejus, quia venit  
tempus. Misereberis.  
Gloria Patri. Tu exur-  
gens.

*V.* Rorate cœli désu-  
per, & nubes pluant ju-  
stum.

*R.* Aperiatur terra,  
& germinet Salvatorem

*Ad Sextam.*

*Antiph.* Ne timeas  
Maria.

*Capitulum. Isa. 7.*

*E*cce virgo concipiet,  
& pariet filium, &  
vocabitur: nomen ejus  
Emmánuel: Butyrum,  
& mel cómedet, ut sciat  
reprobare malum, &  
eligere bonum.

*R.* *Breve:* Rorate

cœli désuper, \* Et nu-  
bes pluant justum. Ro-  
rate.

*V.* Aperiatur terra,  
& germinet Salvato-  
rem. Et nubes.

Gloria Patri. Rorate.

*V.* Emitte Agnum,  
Domine, Dominato-  
rem terræ.

*R.* De Petra deserti  
ad montem filiæ Sion.

*Ad Nonam.*

*Antiphona:* Ecce an-  
cilla Domini.

*Capitulum Isa. 45.*

*R*orate cœli désuper,  
& nubes pluant ju-  
stum; aperiatur terra,  
& germinet Salvato-  
rem; & justitia oriatur  
simul: ego Dominus  
creavi eum.

*V.* *Breve.* Emitte Ag-  
num Domine, \* Domi-  
natorem terræ. Emitte

*V.* De Petra deserti  
ad montem filiæ Sion.  
Dominatorem.

Gloria Patri. Emitte.

*V.* Spiritus Sanctus  
superveniet in te.

*R.* Et virtus Altissimi  
obumbrabit tibi.

In 2. Vespéris omnia, ut  
in primis, præter quintam  
Antiphonam, cuius loco di-  
citur sequens. De fructu  
ventris tui ponam super  
sedem tuam.

*Psalmus.* Memento  
Dominae David. ex Vesp.  
Fer. V.

*Ad Magnificat.*

*Ant.* O Virgo Virgi-  
num! quomodo fiet  
istud? quia nec primam  
similem visa es, nec ha-  
bere sequentem. Filiæ  
Jerusalem, quid me ad-  
mirámini? Divinum est  
Mystérium hoc, quod  
cérnitis. *Oratio, ut supra.*

*Pro Com. Adventus.*

*Antiph. O.*

## XXVI. DECEMBRIS.

In Festo S. Stephani  
Protomártiris.

Commemoratio  
Omnium Ss. Martyrum.

*Ad 1. Vesperas.*

*Ant.* Istórum est enim  
Regnum cœlorum, qui  
contempserunt vitam  
mundi, et pervenérunt

ad præmia Regni, &  
lavérunt stolas suas in  
sanguine Agni.

¶. Lætámini in Dómi-  
no, et exultáte justi,  
¶ Et gloriámini om-  
nes recti corde.

*Ad Laudes.*

*Ant.* Vestri capílli ca-  
pitis omnes numeráti  
sunt, nolite timére; mul-  
tis passéribus melióres  
estis vos.

¶. Exultábunt Sanc-  
ti in glória,

¶. Lætabúntur in cu-  
bilibus suis.

*Ad 2. Vesperas.*

*Ant.* Gaudent in cælis  
ánimæ Sanctórum,  
qui Christi vestígia sunt  
secuti, et quia pro ejus  
amóre sanguinem suum  
fuderunt, ideo cum  
Christo exultant sine  
fine.

¶. Lætámini in Do-  
mino, et exultáte justi,

¶. Et gloriámini om-  
nes recti corde.

*Oratio.*

Deus, qui nos Sancto-  
rum Mártirum tuórum

commemoratione lætificas: concède propítius: ut, quorum gaudemus méritis, accendámur exemplis. Per Dominum &c.

## XXX. DECEMBRIS.

## S. Nicéphori M.

*Duplex.*

*Oratio:* Præsta, ... ut qui.

*In 1. Noct. Lectiones:* Incipit Epist. B. Pauli, ex Dom. infra Oct. Nativ.

*In 2. Noct. de Communi 1. loco.*

*In 3. Noct. de Com. 2. loco.*

## XVI. JANUARII.

## S. Titiáni Ep. Conf.

*Duplex.*

*Oratio:* Da quæsumus, de Communi Conf. Pont.

*In 1. Noct. Lectiones de scriptura occurrente: Reliq. de eodem Communi 1. loco.*

## XXIII. JANUARII.

## Festum Desponsationis B. M. V. cum S. Josepho.

*Duplex majus:**Ad vespertas.*

*Antiphona;* Desponsatio gloriose, cum reliquis de Laudibus.

*Psalms.* Dixit Dominus, cum reliq. ut in Officio parvo. Capit. Ab initio.

*Hymn.* Ave maris stella, ¶ Desponsatio est hodie sanctæ Mariæ Virginis.

*R. Cujus vita inclyta cunctas illuſtrat Ecclēfias.*

*Ad, Magnificat, Ant. Gloriosæ Virginis Mariæ Desponsationem dignissimam recolamus, quæ & genitricis dignitatem obtinuit, & virginalem pudicitiam non amisit.*

*Oratio.*

Famulis tuis, quæsumus Dómine, cælestis gratiæ munus impetrare: ut, quibus beatæ Virginis partus extitit salutis exordium; Desponsationis ejus votiva solemnitas pacis tribuat incremémentum, Per Dóminum nostrum.

*Deinde fit commemoratione Ss. Vincentii, & Anastasi*

*Mart. & S. Emerentianæ  
Virg. M.*

*Ad Matutinum, Invitat.  
Desponsationem Virgi-  
nis Mariæ celebrémus,\*  
Christum, ejus Filium  
adoremus Dominum.  
Psal. Venite, exultémus.  
Hymnus: Quem terra.*

*In 1. Nocturno.*

*Antiphonæ, et Psalmi, ut in  
Officio parvo B. M. V.*

*¶. Spécie tua, et pul-  
chritudine tua.*

*R. Inténde, próspere  
procéde, et regna.*

*Lectio I.*

*Incipiunt Cántica  
Canticorum.*

Osculétur me óscu-  
lo oris sui: quia me-  
lióra sunt úbera tua  
vino, fragrántia un-  
guéntis óptimis. Oleum  
effusum nomen tuum:  
ídeo adolescéntulæ di-  
lexérunt te. Trahe me:  
post te currémus in odó-  
rem unguentórum tuo-  
rum. Introdúxit me Rex  
in cellária sua: exultá-  
bimus et lœtabimur in  
te, mémores úberum  
tuorum super vinum:

recti díligunt te. Nigra  
sum, sed formósa, filiæ  
Jerúsalem, sicut taber-  
nácula Cedar, sicut pel-  
les Salomónis.

*R. Hodie desponsata  
est beáta virgo Maria  
ex progénie David: \*  
Per quam salus mundi  
credéntibus appáruit;  
cujus vita gloriósa lu-  
cem dedit seculo.*

*¶. Desponsationem  
beátæ Mariæ vírginis  
cum gáudio celebré-  
mus. Per quam &c.*

*Lectio II.*

Nolíte me consideráre,  
quod fusca sim, quia  
decolorávit me sol: filii  
matris meæ pugnavé-  
runt contra me, posué-  
runt me custódem in ví-  
neis: víneam meam  
non custodívi. Indica  
mihi, quem díligit áni-  
ma mea, ubi pascas, ubi  
cubes in meridie, ne va-  
gári incípiam post gre-  
ges fodálium tuórum.  
Si ignóras te, o pulcher-  
rima inter mulieres, e-  
grédere, et abi post ve-  
stígia gregum, et pasce

hædos tuos juxta tabernacula pastorum. Equitati meo in curribus Pharaonis assimilavi te amica mea. Pulchrae sunt genæ tuæ sicut turritis: collum tuum sicut monilia.

R. Beatissimæ virginis Mariæ Desponsationem dignissimam recolamus: \* Cujus Dóminus humilitatem respexit, quæ Angelo nuntiante concépit Salvatorem mundi. ¶ Beatissime virginis Mariæ Desponsationem devotissime celebrémus.

V. Cum jucunditate Desponsationem beatæ Mariæ virginis devotissime celebrémus.  
Ut ipsa pro &c.

### Lectio. III.

Murénulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Fasciculus myrræ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. Botrus Cypri dilctus meus mihi, in vineis Engaddi. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es: oculi tui columbarum. Ecce

tu pulcher es dilecte mihi, et decorus. Lectulus noster floridus, tigna dormorum nostrarum cedarina, laquearia nostra cypræfina.

R. Gloriósæ virginis Mariæ Desponsationem dignissimam recolamus: \* Cujus Dóminus humilitatem respexit, quæ Angelo nuntiante concépit Salvatorem mundi. ¶ Beatissime virginis Mariæ Desponsationem devotissime celebrémus.

Cujus Dominus &c. Gloria Patri &c. Cujus Dominus.

### In 2. Nocturno.

*Antiphona et Psalmi, ut in Officio parvo B. M. V.*

V. Adjuvabit eam Deus vultu suo.

R. Deus in medio ejus, non commovebitur.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

*Ex Homil. 2. super Missus est. Lectio IV.*

O Portébat a principe mundi aliquamdiu celari divini consilii sa-

eraméntum: non quod Deus, si palam opus suum fáceret vellet, impediri posse ab ullo metueret; sed quia ipse, qui non solum potenter, sed etiam sapiénter, quæcúmque voluit, fecit, sicut in omnibus opéribus suis quasdam rerum, vel témporum congruéntias propter ordinis pulchritúdinem servare consuévit: ita in hoc quoque tam magnifico opere suo, nostræ videlicet reparatiónis, non tantum poténtiam suam, sed & prudéntiam ostendere voluit.

R. Desponsátio gloriósæ Virginis Mariæ ex sémine Abrahæ, ortæ de tribu Juda, clara ex stirpe David; \* Cujus vita inlyta cunctas illústrat Ecclesias.

℣. Hódie desponsata est beata Virgo Maria ex progénie David. Cujus.

*Lectio V.*

Convéniens ergo erat, ut suáviter quoque omnia, cœlestia scilicet, & terréna dispóneret, quátenus & illinc dejicens inquiétum réliquos in pace firmáret: & hic debellatúrus invidum nobis prius suæ humiliatis, & mansuetúdinis valde necessárium exemplum relinqueret: sique mirabilis fieret moderámine sapientiæ, ut & suis suavis, & hóstibus fortis apparéret.

℟. Cum jucunditate Desponsatióinem beatæ Marjæ celebremus: Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dóminum Jesum Christum:

℣. Corde, & ánimo Christo canámus gloriám in hac sacra solemnitáte præcelsæ genitricis Dei Mariæ. Ut.

*Lectio VI.*

Quid enim prodeffet diabolum a Deo vinci, nobis manéntibus supérbis? Necessario igitur desponsata est

Maria Joseph, quando per hoc & a cānibus Sanctum absconditur, & a Sponso virginitas comprobatur, & Virginis tam verecundiæ parcitur, quam famæ providetur. Quid sapientius? quid dignius Divina providentia? Uno tali consilio secretis cœlestibus & admittitur testis, & excluditur hostis, & integra servatur fama Virginis matris.

R. Desponsatio tua, Dei génitrix Virgo, gaudium annunciat universo mundo: \* Ex te enim ortus est Sol justitiae, Christus Deus noster: \* Qui solvens maledictionem, dedit benedictionem, & confundens mortem, donavit nobis vitam sempiternam

¶. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Ex te. Gloria Patri &c. Qui solvens &c.

In 3. Nocturno.  
Ant. et Psal. ex Off parvo.  
¶. Elégit eam Deus, et prælégit eam.

R. In tabernaculo suo habitare facit eam.

*Lectio VII.*  
Homilia S. Hieronymi Presbyteri.  
Lib. 1. Commentar. in c. 1.  
Matthæi.

Quare non de simili Virgine, sed de desponsata concipitur? Primum, ut per generationem Joseph origo Mariæ monstraretur; secundo ne lapidaretur a Judæis ut adultera; tertio, ut in Ægyptum fugiens habéret solárium: Martyr Ignatius etiam quartam addidit causam, cur a desponsata conceptus sit; ut partus, inquiens, ejus cælarétur diabolo, dum eum putat non de Virgine, sed de uxore generatum.

R. Beatam me dicent omnes generationes: \* Quia fecit mihi Dominus magna, qui potens

est, & sanctum nomen ejus.

**V.** Et misericórdia ejus a progénie in progénies timéntibus eum. Quia fecit.

*Lectio VIII.*

**A**Ntequam convenirent, invénta est in útero habens de Spíritu sancto. Non ab alio inventa est, nisi a Joseph, qui pene licentia marítali futuræ uxoris omnia növerat. Quod autem dicitur: antequam convenirent; non sequitur, ut postea convénerint, sed Scriptúra, quod factum non sit, osténdit.

**R.** Felix namque es, sacra virgo María, & omni laude dignissima: Quia ex te ortus est Sol justitiae, \* Christus Deus noster.

**V.** Ora pro populo, intéreni pro Clero, intercéde pro devóto fémíneo sexu: sántiant omnes tuum juvámen, quicúmque célébrant tuam sanctam Desponsa-

tionem. Quia ex te Gloria Patri. Christus.

*Lectio IX. de sancta Emerentiana virginē & martyre ut in Breviario, nisi fuerit Dominica. Si vero contingat hoc festum transférri, nona Lectio erit sequens:*

Joseph autem vir ejus cum esset justus, et nollet eam tradúcere, voluit occulte dimitttere eam. Si quis fornicariæ conjungitur, unum corpus efficitur; et in lege præceptum est, non solum reos, sed et cónscios críminum obnoxios esse peccati: quómodo Joseph, cum crimen celáret uxoris, justus scribitur? Sed hoc testimónium Mariæ est, quod Joseph sciens illius castitatem, et admirans, quod evénerat, celat siléntio, cujus mýstérium nesciébat.

Te Deum laudámus.

*AD LAUDES,  
& per Horas.*

**Ant.** D'Esponsátio gloriósae Virginis

**Mariæ**, ex sémine Abrahæ, ortæ de tribu Juda, clara ex stirpe David.

**Psal.** Dominus regnabit, cum reliq. de Dominica.

**Ant.** Desponsatio est hodie Sanctæ Mariæ Virginis, cuius vita in clara cunctas illustrat Ecclesiastis.

**Ant.** Regali ex progénie Maria exorta resulget, cuius precibus nos adjuvári mente, & spiritu devotissime póscoimus.

**Ant.** Corde, & animo Christo canamus gloriam in hac sacra solemnitate præcessæ genitricis Dei Mariæ.

**Ant.** Cum jucunditate Desponsationem beatæ Mariæ celebrémus, ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Jesum Christum.

**Capitulum:** Ab initio.

**Hymnus:** O Gloriósa Virginum.

**¶.** Desponsatio est hodie sanctæ Mariæ Virg.

**R.** Cuius vita in clara cunctas illustrat Ecclesiastis.

**Ad Benedic.** Anaph. Desponsationem hodiernam perpétuae Virginis genitricis Dei Mariæ solenniter celebrémus, qua celitudo throni procéssit, allel.

**Oratio:** Famulis tuis, ut supra.

**Deinde fit Commemoratio** sanctæ Emerentiæ virg. & martyris.

**Ad Primam.**

**In R. brevi dicitur v.** Qui natus es de Maria Virgiue.

**Ad Tertium.**

**Ant.** Desponsatio est hodie. Cap. Ab Initio, ut supra.

**R.** Breve: Spécie tua,\* Et pulcritudine tua. Spécie tua.

**v.** Inténde, próspere procéde, & regna. Et pulcritudine tua.

**Gloria Pat.** Spécie tua.

**v.** Adjuvábit eam Deus vultu suo.

**R.** Deus in médio ejus non commovébitur.

**Ad Sextam.**

**Anaph.** Regali ex progénie.

*Capitulum. Eccl. 24. b.*  
**E**T sic in Sion firmata  
 sum , & in civitate  
 sanctificata similiiter re-  
 quiévi, & in Jerúalem  
 potestas mea. Et radi-  
 cavi in pôpulo honori-  
 ficato , & in parte Dei  
 mei hereditas illius, &  
 in plenitûdine sancto-  
 rum detentio mea.

**R. Breve:** Adjuvabit  
 eam \* Deus vultu suo.  
 Adjuvabit eam.

**V.** Deus in medio ejus  
 non commovébitur ,  
 Deus.

**Gloria Patri.** Ajuvabit,  
**V.** Elegit eam Deus ,  
 & præelégit eam.

**R.** In tabernáculo suo  
 habitare facit eam :

*Ad Nonam.*

**Antiph.** Cum jucundi-  
 téte.

*Capitulum. Eccl. 24. b.*  
**I**N platéis, sicut cinna-  
 mónum, & bálsamum  
 aromatízans odórem  
 dedi , quasi myrrha  
 eleéta dedi suavitatem  
 odoris.

**R Breve:** Elegit eam  
 Deus , \* Et præelégit

eam. Elegit. **V.** In ta-  
 bernaculo suo habitare  
 facit eam. Et præelégit  
 eam.

**Glor. Pat.** Elegit eam.  
**V.** Diffusa est grátia  
 in lábiis tuis.

**R.** Propterea benedi-  
 xit te Deus in ætérnum.

*In II. Vesperis.*

**Ant. Psalmi, Capitulum,**  
 & **Hymn.** ut in I. Vesperis.

**V.** Desponsatio est hó-  
 die sanctæ Mariæ Vir-  
 ginis.

**R.** Cujus vita inclyta  
 cunctas illústrat Ecclé-  
 fias.

*Ad Magnificat. Antiph.*  
 Desponsatio tua , Dei  
 génitrix Virgo, gaudium  
 annuciavit universo  
 mundo : ex te enim or-  
 tus est sol justiciæ, Chri-  
 stus Deus noster, qui sol-  
 vens maledictionem ,  
 dedit benedictionem , &  
 confundens mortem ,  
 donavit nobis vitam  
 sempiternam.

**Oratio:** Famulis tuis.  
 ut supra.

*Deinde fit Commem. sancti  
 Timothei Epij. & martyr.*

## XXXI. JANUARII.

Festum translationis  
S. Marci Evang. Duplex.

*Oratio:* Deus, qui gloriōsum beati Marci Evangelistae corpus nobis famulis tuis revelare dignatus es; concede propitiis: ut, qui ejus translationem hodie pia veneratione recolimus, ipsius beatitudini te concedente adjungi mereamur. Per Dominum &c.

*Reliqua de Communi Ad.  
sed Lectiones de Com. E-  
vangelistarum.*

## III. FEBRUARII.

S. Blásii Ep. M.

*Semidup.*

*Oratio.* Deus, qui nos Beati.

*In 1. Noct. Lectiones  
de script. occurr.*

*In 2. Noct. Lectio IV.  
propria in breviario. Lect. V  
et VI. de Comuni 1. loco.*

*In 3. Noct. de eod. Com-  
muni 2. loco.*

## VI. FEBRUAEII.

S. Anastasiæ Mart.  
*Duplex.*

*Oratio:* Da, quæsumus omnipotens Deus; ut qui beatæ Anastasiæ Martyris tuæ solemnia colimus, ejus apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum &c.

*In 1. Noct. Lectiones  
de script. occurr.*

*In 2. Nacturno:* Sermo Sancti Joán. Dam. Ego maxime &c. 2. loco de Com. non Virg.

*In 3. Noct. in Evang.  
Simile est Regnum cœl.  
thesáuro.*

## VIII. FEBRUARII.

S. Juvéntii Ep. Conf.

*Duplex.*

*Oratio:* Da, quæsumus.

*In 1. Noct. Lect. de  
script. occurrente. Reliqua  
de Communi 1. loco.*

## IX. FEBRUARII.

S. Paulíni Ep. Aquilej.

*Conf. Duplex.*

*Oratio:* Da, quæsumus.

*In 1. Noct. Lect. de script.  
occ. Reliqua de Com. 1. loco.*

## XI. FEBRUARII.

**Beatorum 7 Fundator.**  
Ord. Servor. B. M. V.  
*Officium pro regnis et provin-  
ciis subjectis Dominio Sere-  
nissimae Domus Austriacæ.*

*Duplex.*

*Vesperæ de S. Scholastia  
Virg. ut in breviario, a  
Capitulo de sequenti.*

*Capitulum. Hæbr. XIII.*

Fratres, mementote  
præpositorum vestrorum,  
qui vobis locuti sunt  
verbum Dei, quorum  
intuentes exitum  
conversationis, imitamini  
fidem.

*Hymnus.*

\* Jam nimis terris fâ-  
cinus per omne  
Noxa regnabat sine  
lege aberrans,  
Inque peccantes sú-  
peri tonabant

*Víndice dextra:*

\* Quando lugéndis mi-  
serata fatis  
Virgo septenos pró-  
ceres corúscos  
Sanguine, et claros  
pietate multa  
Cœlitus accit.

\* Accit afflictis populis  
piändis

A tot ærûmnis, mácu-  
lis, ruínis,  
Accit, et semper sibi  
servitíros

*Strénuo amore:*

\* Veste lugubri induit,  
ut dolores  
Défleant ejus mage-  
dum feráli

In trabe infânda pér-  
iit cruenté  
Diva propago.

\* Filios rursus vocitavit  
omnes,

Ut velut matrem stu-  
dióse amântem

Créderent ipsam, pá-  
ria et referrent  
Pignora amoris.

\* Tunc quis exussit cha-  
ritatis ignis

Pectus ipsorum! date,  
quæso, Patres

Filios vestros páribus  
beatis

*Ignibus ura.*

\* Tu Pater, præsta, tri-  
bue, et Redemptor,  
Túque da nobis Para-  
cléte summe,

Virginem Matrem cōlere, ac amāre,  
Flere et in æyum.  
Amen.

v. Oráte pro nobis  
septem beáti Patres,  
¶ Ut digni efficiámur  
promissiōnibus Christi.

*Ad Magnificat, Ant.* Iste  
sunt viri misericórdiæ,  
quorum pietátes non  
defuérunt: semen eo-  
rum, et glória eorum  
non derelinquéatur.

*Oratio:* Dómine Jesu  
Christe, qui in jugem  
memóriam dolórum  
Sanetissimæ tuæ geni-  
tricis per septem beá-  
tos Patres nova servó-  
rum ejus familia Ecclé-  
siam tuam fæcundásti;  
concéde nobis famulis  
tuis in hac lacrymárum  
valle degéntibus: ita  
ejusdem mæstissimæ  
Matri sòcios cum ipsis  
elle passiōnum in terris;  
ut perpétue consolati-  
onis consòrtes fieri mere-  
ámur in cœlis. Qui vi-  
vis et regnas.

*Deinde fit commem. S.*  
*Scholásticæ.*

*Ad Matutinum.*

*Invitat.* Mirabilem  
Dóminum in Servis  
Deíparæ \* Venite ado-  
rémus. *Psalmus:* Vení-  
te, exulté-nus.

*Hymnus.*

\* Præclara septem lu-  
mina  
Tusci micántis ætheris,  
Vos Virgo Mater ex-  
citat,  
Ut luce mundus splén-  
deat.

\* Vos labra lacte pér líta  
Servos Mariæ nō-  
minant,  
Tum Virgo vos Sená-  
rios

Adíre colles ímparat  
\* Vos ipsa Mater Inclyta  
Funebri pállio saduit:  
Ut deflátis vúlnera,  
Quæ pér tulit sœvissima.  
\* Hoc ipsa cœli e cùl-  
mine

Petro revélat Mårtysi  
Jubétque cœtum per-  
petem

Hinc pósteris constitui:  
\* Qui famuléntur jú-  
giter  
Ipsamque semper díli-  
gant,

Colant, propagent,  
prædicent  
Ejus dolores flébiles.  
\* Quæso, duces fortissimi,

Ah vos sequamur māscule:

Ardor, dolorque férvidus

In Vírginem nos occuperent.

\* Et tu supérrna Trinitas  
Perfunde Sancto róbore,

Vitámque fac non imparem

Nostris Beatis dúcere.  
Amen.

*In 1. Nocturno.*

*Psalmi de Communi Conf. non Pont.*

*Antiph. 1.* In vértice montium plantávit Reginá martyrum víneam justórum, qui dolores ejus meditabántur die ac nocte. *Antiph. 2.* Dómina dixit ad eos: filii mei estis vos: exultáte, quia ego gēnui vos. *Antiph. 3.* Voce sua ad Dóminam clamavérunt, et exaudívit eos de monte sancto suo.

¶ Lætámini in Domino, et exultáte julti, R. Et gloriámini omnes recti corde.

*Lectiones:* Laudemus viros, ut in Communi Conf. Pont. 2. loco.

¶ 1. Lætabitur deserta, et invia, et exultabit solitudo: \* Et florébit quasi lilium.

¶ Gérminans germinabit, et exultabit lætabunda et laudans. Et florébit etc.

¶ 2. Sáliet sicut cervus, cláudus, et apérta erit lingua mutórum:

\* Quia scissæ sunt in deserto aquæ, et torrentes in solitúdine.

¶ In cubilibus, in quibus prius dracónes habitábant, oriétur viror cálami, et junci. Quia scissæ etc.

¶ 3. Hæc est vera fratérnitas, quæ regnum mundi, et omnem ornátum sæculi contempfit: \* Propter amorem Domini Jesu Christi. ¶ Ecce, quam bonum, et quam ju-

cùndum habitare fratres in unum. Propter etc. Glória Patri etc. Propter etc.

*In 2. Nocturno.*

*Psalmi de Com. Conf. non Pont.*

*Ant. 1.* Non diligentes vanitatem, nec requirentes mendacium omnia saeculi bona abdicaverunt, et a Domino mirificati sunt.

*Ant. 2.* In multitudo ne misericordiae Domini suae sperantes introierunt in domum ejus, et adoraverunt ad templum sanctum ejus.

*Ant. 3.* Ex ore infantium et lactentium servos tuos illos dicentium perfecisti, Domina, laudem eorum: quam admirabile est nomen tuum!

*¶.* Exultent justi in conspectu Dei,

*¶.* Et delectentur in lætitia.

*Lectio IV.*

Décimo tertio Christiani nōminis saeculo

inter alios Florentinos patritios septem erant avorum sanguine, opibusque illustres, at virtutibus spectatis suis longe illustiores, nuncupati, ut religioni nomen dedere: Bonfilius Monaldius, Bonajuncta Manetti, Manettus Antellensis, Amideus de Amidéis, Uguccio Ugкционius, Sosthenes de Sosteneis, demum Ale- xius de Falconeriis. Cum hi trigésimo tértio supra millésimum ac bis centésimum annum auspiciatissimo Assumptæ Vírginis festo in sodalitio quodam, cui titulus, Laudantium, erat, augustissimæ Dei genitrici, prout par erat, laudes exsolvarent, ab eadem dulcissimiis apparente, inopinatae moneri se sentiunt ad sublimioris vitæ genus posthabito mundo amplectendum: absolu- tisque idcirco, quibus dabant operam, laudibus, confestim perciti

in unum, collatisque  
mútuo consiliis, supér-  
nis Dei vocántis, vo-  
cántisque Deíparæ orá-  
culis parére mox de-  
crevérunt, quod et sé-  
dulo factum est ab iis-  
dem; nam consúlto sta-  
tim matûre urbis epis-  
copo, post fortúnæ ab-  
dicátis bonis, erogatís-  
que ample in egéños,  
ciliçiis carni obstrictis,  
vilióribus, detritísque  
vêstibus cinérei colóris  
indúti in rurálem par-  
vam ædículam secessé-  
runt natalítio die aman-  
tissimæ ipsórum Parén-  
tis, ut vitæ sanctioris  
primórdia óptime iní-  
rent, qua die mortáli-  
bus orta sacratissimam  
vitam ipsa inchoáverat.

R. Omnes isti congre-  
gáti sunt, venérunt,  
Dòmina, tibi; \* Et om-  
nibus his velut orna-  
ménto vestíeris. R. Et  
circúmdabis tibi eos  
quasi sponsa. Et omni-  
bus his etc.

### Lectio V.

Sic septem viri cha-  
ritatis federe devíneti  
eádem in domo semet  
uníerant; cum ecce per  
urbem visos statim Dó-  
mino sic disponénte,  
moventéque infantíles  
voces Deípara ex infán-  
tium ore ac lacténtium,  
inter quos tum puer e-  
rat Sanctus Philíppus  
Benítius vix quintum  
mensem ingressus, se  
Maríæ clamári servos  
insperáto est audítum.  
Quanta tunc et exinde  
amoris flamma in Do-  
minam suam, cuius (igná-  
tis ipfis) declaráti  
servi erant excitatis  
stúdiis exárserint, non  
fácile est explicatu. Il-  
lud solum scitur, quod  
sic ei se dedíderint, ut  
véluti matrem suam  
venerári, maximòque  
honore habére, morem  
ei gérere in omni-  
bus, et obtemperáre  
propter eam cunctis  
summóperc studúerint.  
Hinc étiam ádeo ju-  
cundi, gratique ei fué-

re, ut, cum vitatúri populi plausum in Senario montem ab ipsa iis præosténsum habitátri teténderint, ibique crucifixum Jesum, mæstissimámque Matrem doléntes assidue recólerent, appáruit illa eis, habitúque lugubri assignáto in memóriam dolórum suórum, ut compateréntur istis, eos consecrávit.

**R.** Vocábo servos meos, et induam illos túnica mea, et cíngulo meo confortábo eos: \* Et potestátēm meam dabo in manib⁹ eórum.  
**P.** Et erunt quasi patres habitantibus Jerusalēm. Et potestatēm etc.

### Lectio VI.

Ita cinericiis vēstibus, indulgente étiam episcopo, in nigris mutatis, post nonnullos annos fortunatis quidem auspiciis clarissimum illud Prædicatórum Ordinis decus, sanctus Petrus Martyr Floréntiam accéssit, et au-

dita, inspectaque simul non fucata sanctimōnia ipsorum, ita Dei amici se cœpérunt mūtuó diligere, ut familiariſſime versaréntur invicem secum, sese que alterne fovérent. Inter cœtera porro il lud accidit, quod sperànte inlyto Martyre honórem Deo non modicū, magnum terris commodum próditum iri, si propítia Vírgine longe latéque propagantur, una cum ipsis impensē eam exoránte, ut argumento aliquo voluntatēm suam patefáceret, invocáto Virgo amans in visiōne ei revelávit, se viros illos septem, et qui ventúri erant post eos, inter mundi hómines omnes ad singulare servitium suum selegisse, et commiserándis poenis jam latis suis amarissimis construéndum ordinem esse ad sui honórem et gloriām. Hoc prodigiōlo Vir-

gíneo décréto animáti  
humíllimi Patres, non  
quia suæ mentis fuíset  
successóres pósteros gí-  
gnere, sed ut jussa re-  
feráta fácerent supré-  
mæ eórum Reginæ,  
quæ nómine suo dura-  
túram sibi familiam  
fundári voluerat, insti-  
tuere deinceps sacram  
Servórum órdinem  
decrevérunt, non tam,  
ut primi ejus fundató-  
res, quam ut cœlestis  
suæ fundatrícis minist-  
ri obsequéntes; quos  
proinde Dominus ut  
servos bonos et fidèles  
suos, ac Matris in vi-  
ta multis virtutibus, in  
morte multis prodigiis,  
post tránsitum multis  
miráculis adornavit;  
novíssime vero Bene-  
dictus décimus tertius,  
ejus instituti proféssor,  
cujus Sanctus Petrus e-  
rat, ejus quoque in e-  
os hæres amóris, Pón-  
tex renuntiátus eórum  
miram institutionem,  
ut inclaréiceret orbi,  
lectionibus his recen-

séri peramánter consu-  
luit, ac mandávit.

R. Vidi conjúctos vi-  
ros habentes lúgubres  
vestes, & Angelus Dómi-  
mini locútus est ad me  
dicens: \* Isti sunt viri  
sancti facti amici Dei.  
¶. Vidi Angelum Dei  
fortem volántem per  
mídiun cœlum voce  
magna clamántem et  
dicéntem. Isti sunt &c.  
Glor. Patri. &c. Isti sunt.

*In 3. Nocturno.*

*Psalmi de Communi Conf.*  
*non Pont.*

*Ant. 1.* Ingrediéntes sine  
mácula, et operántes  
justitiam habitavérunt  
in tabernáculo suo, et  
requievérunt in monte  
sancto suo. *Ant. 2.* Gló-  
riam, et magnum decó-  
rem imposuísti super  
eos Régina Mártyrum,

cum in memóriam do-  
lórum tuórum lúgub-  
rem vestem eos induísti.

*Ant. 3* Hæc fuit genera-  
tio quæréntium Domi-  
num, quæréntium stel-  
lam ex Jacob: te lauda-  
mus Rex glóriæ.

¶. Justi autem in  
perpetuum vivent?

¶. Et apud Dóminum  
est merces eorum.

*Lectio VII. VIII et IX.*

In illo tempore: Di-  
xit Iesus discipulis suis:  
Nolite timere pusillus  
grex etc. ut in Communi  
Conf. non Pont. 2. loco.

¶. 7. Dabitur lugénti-  
bus Sion coróna pro ci-  
nere, óleum gáudii  
pro luctu, pállium lau-  
dis pro spiritu mæró-  
ris: \* Et vocabuntur  
fortes justiciæ, plantá-  
tio Dómini ad glorifi-  
eandum. ¶. Sacerdotes  
Domini vocabuntur,  
ministri Dei nostri. Et  
vocabuntur etc.

¶. 8. Ego quasi vi-  
tis fructificávi suavitá-  
tem odoris: \* Et flores  
mei fructus honoris, et  
honestatis. ¶. Ego ma-  
ter pulchræ dilectionis,  
et agnitionis et sanctæ  
spei. Et flores etc. Glór.  
Patri, etc. Et flores etc.

*Ad Laudes et per horas.*

Ant. Sapiéntia cedi-  
ficávit sibi domum, ex-  
cídit colúmnas septem.  
*Psalms:* Dominus re-  
gnavit, cum reliquis de-  
Laudib. Dominicæ.

Ant. Isti sunt viri sep-  
tem boni testimónii,  
pleni Spíritu Sancto, et  
sapiéntia. Ant. Appá-  
ruit eis Dómina Ange-  
lorum, et diléxit eos in  
visióne, et in agnitió-  
ne magnálium suorum.  
Ant. Beáti viri tui, Re-  
gina ómnium: beáti  
servi tui, qui stant co-  
ram te semper. Ant.  
Laudem dicite Deo no-  
stro omnes servi ejus, et  
qui timétis eum, pusil-  
li, et magni.

*Capitulum.*

Fratres, mementote,  
ut supra in vesp.

*Hymnus.*

\*Inclyti Patres, Domi-  
næque mundi  
Impigri servi, famulá-  
tus iste  
Dicte, ah quali rútila  
coróna

Vos redimívit.

\*Noscis ad cælos sùbito  
evocatus

Omnium Princeps cele-  
bris Monálde,

Quem sibi ut charum  
Génitrix supréma.

Duxit ad æthram.

\*Tuque dic nobis Bóna-  
juncta felix,

Qui Dei funus mémo-  
rans ad aram,

Dum recensébas obiísse  
Jesum,

Lætus obiísti.

\*Indica et tu Softhénee,  
ac Ugúcci,

Ambo qui e terris simul  
emigrástis

Angelos inter, reve-  
hénte secum

Vírgine utrúmque.

\*Te modo cuneti résolu-  
nent Manétte,

Qui velut cygnus cíneri  
propinquus

Occinens hymnos ála-  
cer Mariæ,

Fata subiísti.

\*Sic Amidée et tibi gra-  
tulámur,

Cujus ardórem morién-  
tis, ignis

Vilus efférvens ápice  
in Senárii

Belle apéruit.

\*Nunc tibi festis módu-  
lis Alexi,

Pláudimns gnari prope  
vitæ agónem

Virginis natum tibi  
blandiéntem

Serta dedísse.

\*Sit decus Patri, pari-  
lique Proli,

Flámini et Sancto, tri-  
buántque nobis

Æmulos horum fieri in  
colénda

Vírgine Diva. Amen.

v. Exultábunt Sancti in  
glória.

R. Lætabúntur in cubíli-  
bus suis.

*Ad, Benedictus, Ant.*

Fecit misericórdiam  
Dominus cum Pátribus  
nostris; eréxit nobis  
cornu salútis in domo  
Genitrícis suæ: serviá-  
mus illi.

*Oratio: Dómine J. Chri-  
ste, ut supra in vesp.*

*Ad Tertiam.*

*Ant. Isti sunt etc.*

*Capit. Fratres, memen-  
tóte etc. ut supra in vesp.*

**R.** Breve: Lætámini in Dómino: \* Et exultáte justi. Lætámini.

**V.** Et gloriámini omnes recti corde. Et exultáte: Glória Patri etc. Lætámini etc.

**V.** Exúltent justi in conspéctu Dei,

**R.** Et delecténtur in lætitia.

*Ad Sextam.*

**Ant.** Appáruit eis etc. **Capitulum:** Eccl. 44

Omnés isti in generatiónibus gentis suæ glóriam adépti sunt, et in diébus suis habén-tur in láudibus.

**R.** Breve: Exúltent justi: \* In conspéctu Dei. Exúltent.

**V.** Et delecténtur in lætitia. In conspéctu Dei. Glória Patri, etc. Exúltent etc.

**V.** Justi autem in per-pétuum vivent. **R.** Et apud Dóminum est mer-ces eórum.

*Ad Nonam.*

**Antiph.** Laudem dici-te etc.

**Capitulum:** Eccl. 44.

Filií eórum propter illos usque in æténum manent, semen eórum, et glória eórum non de-relinquétur.

**R.** Breve: Justi autem • In perpétuum vivent. Justi.

**V.** Et apud Dóminum est merces eórum. In perpétuum etc. Glória Patri etc. Justi etc.

**V.** Exultábunt Sancti in glória, **R.** Læta-búntur in cubíllibus suis.

*Ad Vesperas.*

**Antiph.** Sapientia cum reliq. ut supra in Laudib. **Psalmus:** Dixit Domi-

nus cum reliquis de Domi-nica, et loco ultimi Psalmus: Laudáte Dóminum om-nes gentes.

**Capitulum, Hymnus et**  
**V.** ut in I. Vesp.

*Ad Magnificat, Antiph.* O magnum charitá-tis opus! Regína géne-ris humáni primis nostris pátribus mire appá-rens e mundo eos evo-cáre, singuláriter sibi felígere, lugubrem vessem indúere, úna-

que cum pôsteris in peculiâtes servos ac filios consecrare dignata est: te Mater dulcissima, et Domina, laudamus, benedicimus, glorificamus.

*Oratio: Domine J. Christe, ut supra.*

### XII. FEBRUARII.

S. Petri Nolasci Conf.  
Duplex.

*Omnia, ut in breviario die 31. Jan.*

### XIII. FEBRUARII.

S. Joannis de Matha Conf. Duplex.

*Omnia, ut in brev. die 8. Febr.*

### XIV. FEBRUARII.

S. Zóili Conf.  
Semiduplex.

*Oratio: Deus qui nos, de communi Conf. non Pont.*

*In 1. Noct. Lect. de Script. occurrente. Reliq. de eodem communi 1. loco*

### XV. FEBRUARII.

S. Marcelli Papæ M

*Semiduplex.*

*Omnia, ut in brev. die 15. Jan.*

### XVI. FEBRUARII.

S. Juliánæ Virg. Mart.  
Semiduplex.

*Oratio: Deus, qui inter cætera, de communi V. M.*

*In 1. Noct. Lectiones de Script. occurrente.*

### In 2. Noct. Lectio IV.

Juliána virgo, Nicomediae ob Christianæ fidei confessionem Maximiano imperatore non solum ab Articano patre verbéribus caesa, sed etiam ab Euclario præfecto, cui nûbere reculârat, in fastidum carcерem detrusa gravissimis tormentis cruciatur. Cum vero nullo poenarum génere a Christianâ religione posset abduci, flamas et ollam ferventem, multis interea ad Christum perductis, mira constântia superavit, Ad extrémum capite damnata, de diabolo, et fidei hóstibus triumphavit.

*R. Propter veritatem.*

*Reliq. de Com. Virg. 1. loco.*

## XVII. FEBRUARII.

Ss. Chrysanthiáni et  
Socior: Mart. *Duplex.*

*Oratio:* Deus, qui  
nos concédis, de commu-  
ni Plurim. *Mm.*

*In 1. Noct. Lectiones*  
*de Script. occurrente. Reliq.* de eodem communi 2. loco.

## XVIII. FEBRUARII.

S. Raymundi de Pé-  
nafort, Conf. *Semidup.*

*Omnia*, ut in breviario  
die XXIII. Jan.

## XIX. FEBRUARII.

S. Juliani de Bono  
Albérgo Conf. *Semidup.*

*Oratio:* Adesto, de com-  
muni Conf. non Pontif. et  
reliqua omnia de eod. Com.  
2. loco.

## XXIII. FEBRUARII.

S. Margarítæ de Cor-  
tóna. *Semiduplex.*

*Omn.* de Communi nec  
Virg. nec Mart. præter ea,  
que hic habentur propria.

*In 2. Vesp.* de Cathed.  
S. Petri fit prius Com. S.  
Pauli, deinde S. Margari-

tæ; *Ant.* Simile est Re-  
gnum Cœlorum, ut in  
Communi, nisi dicenda sit  
*Ant.* Ego dilecto. ut in  
2. Vesp.

*Oratio.*

Deus, qui fámulam  
tuam Margarítam  
de perditionis via ad  
salutis trámitem mise-  
ricórditer deduxisti :  
eádem nobis miseratió-  
ne concéde; ut, quam  
prius errántem sectári  
non erubúimus, mox  
pœniténtem ímpigre  
sequi gloriémur. Per  
Dóminum.

*In 1. Nocturno Lectio-*  
*nes de Scrip. occur. sed,*  
*si venerit in Quadragesima,*  
*dicuntur Lect.* Mulierem  
fortem de Com. nec Virg.  
nec Martyr.

*In secundo Nocturno.*

*Lectio IV.*

Margarita, a loco  
dormitionis Corto-  
nensis appelláta, La-  
viáni in Túscia ortum  
hábuit. Primiis adole-  
scéntiæ suæ annis mun-  
di voluptatibus capta in  
Montis Politiáni Civi-

tate vanam, & lúbri-  
cam vitam duxit: sed  
cum Amásum ab hósti-  
bus fœde transfóssum  
indicio canis in fóyea  
sub strue lignórum tu-  
mulátum fortuito re-  
perísset, illico facta est  
manus Dómini super  
eam, quæ magno cul-  
párum suárum mœrōre  
tacta, exiit foras, &  
flevit amáre. Itaque  
Laviánum revérsa, cri-  
ne detónso, neglécto  
cápite, pulláque veste  
contécta, erróribus suis  
mundique illécebris  
núncium misit, inque  
ædibus Deo sacris fu-  
ne ad collum alligáto  
humi procùmbens, ab  
ómnibus, quos ántea  
móribus suis palam of-  
fenderat, veniam ex-  
orávit. Mox Cortónam  
profécta, in cínere, &  
cilicio ab se læsam Dei  
Majestátem stúduit pla-  
cere, donec post trien-  
nále virtutum experi-  
mentum a Frátribus  
Minóribus, spirituális  
vitæ ducibus, Tertii

Ordinis hábitum impe-  
trávit. Uberes exinde  
lácrymæ ei familiáres  
fuérunt, atque imá su-  
spíria tanta ánimi con-  
trictione ducta, ut diu  
elínguis confisteret.  
Lectulus nuda humus,  
cervícal lapis, aut lig-  
num porrexit, atque  
ita noctes insomnes in  
cælestium meditatione  
trahere consuévit, nul-  
lum amplius pravum  
desidérium perpéssa,  
dum bonus spíritus  
prómprior infirmam  
carnem ad subeúndos  
labóres erigébat.

¶ Propter veritatem.

*Lælio.*

A Dæmone insidiis,  
funestisque conáti-  
bus laceffita mulier  
fortis hostem ex ver-  
bis detéctam semel,  
atque iterum invicta  
répulit. Ad eludéndum  
vanæ glóriæ lenocín-  
um, quo a malo spíri-  
tu petebátur, prætér-  
itos mores suos per-  
vicos, & platéas alta  
voce accusare non dé-

stitit, omni supplicio se team inclamans; nec nisi a Confessario deterrita in speciosam faciem, olim impuri a moris causam, savire abstinuit, ægre ferens suam formam longa carnis maceratione non aboleri. Quibus, aliisque magnæ pœnitentiae argumentatis suorum criminum labore expiata, atque ita de se triumphatrix, ut sensus plane omnes a mundi illécebris costitaret, digna facta est, quæ saepè Domini consuetudinis frueretur. Ejusdem quoque Christi, & Virginis Maris dolorum, quod ipsa ardenter expetierat, particeps facta, sensibus destituta, & vere mortua interdum visa est; ad eam profude véluti perfectionis magistrum ex diffitis etiam regionibus plurimi conveniebant: ipsa vero cœlesti, quo erat perfusa, lumine, cordium se-

creta, conscientias hōminum, imo & peccata in remotis licet partibus Deum offendentium cum dolore, & lacrymis detegens, summaque in Deum, & proximum caritate fervens, ingentem animarum fructum operata est. Ægris ad se veniam inebibus salutem, obsessis a Dæmonis liberationem impetravit. Puerum defunctum lugente matre ad vitam reduxit. Imminentes bellorum tumultus assiduis orationibus sedavit. Denique summæ pietatis operibus vivos, & mortuos sibi meruit.

*R. Dilexisti justitiam.*

*Leclio VI.*

**T**ot sanctis operibus occupata, de rigore, quo assidue corpus suum exercebat, nihil remisit, neque a studio cœlestia meditandi se avelli passa est, in utroque vitae genere plane admiranda, utramque sororem

Magdalénam, & Martham referens. Tandem pro se Dominum orans, ut ex hac valle lacrymárum sursum in cœlestem pátriam evocarétur, exaudita est oratio ejus, die, atque hora dormitiónis ei patefactis. Méritis itaque, & labóribus plena, ac cœlestibus donis cumuláta, cœpit corporis víribus destitui, perque dies decem & septem nullo cibo, sed divinis tantum collóquiis refécta est; tum sanctissimis Ecclésiæ Sacraméntis rite susceptis, vultu hílari, atque oculis in Cœlum conversis, octavo Kalendas Martias anno ætaris quinquagésimo, suæ Conversionis vigésimo tertio, humánæ vero salutis millesimo ducentesimo nonagesimo séptimo felix migravit ad sponsum. Corpus in hanc usque diem végetum, incorrúptum, il-

læsum, & suaviter olens summa religione colitur in Ecclésia Fratrum Minórum, quæ jam ab eadem Margarita appellátur. Miraculis continuo flóruit, quibus permoti Romani Pontifices ad augéndum ejus cultum plurima liberáliter indulserunt; Benedictus vero décimus tertius in festo Pentecóstes die sexta décima Maji anni millésimi septingentelimi vigésimi octavi solénnem ejus Canonizatióñem religiosissime celebravit.

**M.** Fallax gratia, & vaná est pulcritúdo: • Múlier timens Deum ipsa laudábitur.

**V.** Date ei de fructum manuum suarum, & laudent eam in portis opera ejus.  
**Múlier. Gloria. Múlier.**

*In 3. Noct. Hom. In  
Evang. Thesáuro de  
Comm. nec Virg. nec Mart.*

*In anno non bissextili 9.  
lect. de Vig. S. Mathiae Ap.*

*In Quadrag. 9. lec. de Fer. nihil de Vigil.*

*In Laud. Ad Bened. Ant. Ut cognovit, resipuit Seraphici Ordinis Magdalena: & dimissa sunt ei peccata multa, quia dilexit mulcum.*

*Com. Vigil. nisi venerit in Quadrag. & tunc fit Com. Fer. tantum. In anno non bissex. Vesp. de S. Math. cum Commem. S. Margaritae.*

*Ant. Ego dilecto meo, & ad me converatio ejus: inveni, quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam.*

*In Anno Bissextili 2. Vesp. de S Margarita. Ad Magnificat, Ant. ut sup. Commem. Feriae in Quadrag.*

### III. MARTII.

*Ss. Agapis et Sociar. Virg. Mm. Duplex.*

*Oratio: Da nobis, cum ant. V. et R. ad Magnificat. de communi plur. Virg. Mm. Reliqua omnia de eadem Communi 1. loco.*

### IX. MARTII.

*Ss. Cyrilli et Methodii, Episc. et Conf. Moravice Apost. Duplex.*

*Oratio: Omnipotens, sempiterne Deus; qui nos per beatos Pontifices, et Confessores tuos Cyrillum et Methodium ad unitatem fidei Christianae vocare dignatus es; praesta, quæsumus: ut, qui praesenti eorum festivitate laetamur; ipsorum etiam meritis gloriam consequamur aeternam. Per Dominum etc.*

*Offic. de communi Conf. Pontif.*

*In 1. Nocturno. Lectiones: Laudemus viros, ut in communi plur. Pont. 2. loco.*

*In 2. Nocturno.*

*Lectio IV. Cyrillus vitae sanctitate, rerumque gestarum gloria maxime illustris fuit. Nicolo primo Summo Pontifice Sancti Clementis Papæ corpus Romam ab illo*

advéctum, atque in templo, quod in ejusdem beatissimi Martyris honorem ántea extúctum fúerat, recónditum est. Methódium fratrem hábuit vitæ género, ac móribus plane germánum, quem ab Hadriáno secúndo ad fidem propagándam missum Joánnes octávus testátur.

R. Invéni David etc.

*Lectio V.*

Multarum régionum gentes únacum cárum régibus ad Christi fidem perduxére, ac imprímis Svatoplúcum, qui apud Morávos late imperábat. Hujus exémplo Borzivójus Boémorum dux, tum ejus uxor Ludmilla martyrio, quam principátu clárior, libérique Baptísmum suscepérunt. Ita Christi fides in Boémiam, et finitimas provincias fuit inducta, quæ consequéntibus deinde tempóribus per eósdem est misericordice propagata.

R. Pósui adjutorium

*Lectio VI.*

Delátus ad Joánnem octavum Methódius, quod ab Apostólice Sedis dogmáribus desícteret, Romam est accéitus. Coácta Synodo, cum fidem suam ómnibus probavísset, ab eódem Pontifice magno cum honore dimissus, ac Moráviæ principi diligénter commendá-tus fuit univérsis eidem parére jussis. Multa deinde passus, cum máximas, quibus premebá-tur, angústias eidem Pontífici indicásset, consolatórias ab illo epístolas méruit accípere, quibus ad fórtiter agéndum est summópere animátus. Cyrilli corpus illo ipso in templo Sancti Clementis, quod ejúsdem beatissimi Papæ facris reliquiis ditáverat, únacum Methódii ciuéribus reli-giosissime affervátut.

R. Iste est, qui etc.

*In 3. Nocturno.*

*Lectiones de homilia in  
Evang. Vigiláte, ut in  
communi Conf. Pont. 2. lo-  
co. 9. lectio feriae occurrit.  
et de ea commemoratio.*

XI. MARTII.

S. Franciscæ Románæ  
Viduæ. Duplex.

*Omnia, ut in breviario  
de IX. Martii.*

## OFFICIA

*querenda in Appendice hujus libelli.*

Officium de 5 Vulneribus D. N. I. C.

Officium de Spinea Corona D. N. I. C.

Officium Commemoratiōnis de Sanctissimo  
Corpore Christi in Feriis quintis.

Officium Commem. de Concepcione B. V.  
Mariæ in Sábbatis.

Commemoratio de S. Nicolao Ep. inter sus-  
fragia Sanctorum per annum.



OFFICIA  
DIOECESIS  
LABACENSIS  
AD PARTEM BREVIARII  
VERNAM.

XVI. MARTII.

Ss. Hilárii et Sociórum, Mm. *Duplex*.

*Omnia de Communi plur. Martyrum 1. loco.*

*Oratio: Beatorum Mártyrum Hilárii et Sociórum nos. quæsumus, Dómine festa tueántur: et eórum commendet orário veneránda. Per Dóminum.*

*Si contingat transferri hoc festum ad tempus pa-schale, Officium erit pro ratione temporis. Lectiones in I. Noct. de feria occurrit. In II. et III. Noct. ut in communi 2. loco.*

XIX. MARTII.

S. Joséphi Sponfi B.V.  
M. Patróni Austriæ.

*Duplex 1. classis.*  
*Omnia, ut in breviario.*

XXIV. MARTII.

S. Gabriélis Archán-geli. *Duplex majus.*

*Ad Vesperas, Antiph. In-gréssu Zacharía, cum reliquis de Laudib. ut infra. Psalm. Dixit Dóminus, cum reliquis de Dominica, ut in Psalterio. Loco ulti-mi Ps. dicitur Psalmus: Laudate Dóminum om-nes gentes, ex Vesperis fer. 2. in Psalterio.*

*Capitulum. Dan. IX. f.*

*Ecce virGábel, quem víderam in visióne a principio, cito volans té-tigit me in tempore sa-crificii vespertíni, et docuit me et locutus est mihi, dixítque: Daniel, nunc egrésus sum, ut docérem te, et intellige-res.*

*Hymnus.*  
*\*Christe, Sanctórum decus Angelórum,*

- Gentis humānæ fator, et redémp̄tor,  
Cælitum nobis trībuas  
beātas  
Scāndere sedes.
- \*Angelus pacis Michaēl in  
ædes  
Cælitus nostras véniat,  
ferénas  
Auctor ut pacis lacrymōsa in orcum  
Bella recléget.
- \*Angelus fortis Gábriel ut  
hostes  
Pellat antíquos, et amíca cælo,  
Quæ triumphátor státuit  
per orbem,  
Templa revisat.
- \*Angelus nostræ médicus  
salútis  
Adsit e cælo Ráphaël, ut  
omnes  
Sánet ægrótos, dubiósque  
vitæ  
Dirigat actus,
- \*Virgo dux pácis, genitrixqne lúcis,  
Et facer nobis chorus An-  
gelórum  
Semper assistat, simul et  
micatis  
Régia cæli.
- \*Præstet hoc nobis Déitas  
beáta  
Patris, ac Nati, paritér.  
que Sancti
- Spíritus, cujus résonat  
per orbem  
Glória mundum. Amen.
- \*. Stetit Angelus juxta  
aram templi,
- ¶. Habens thuribulum  
áureum in manu suā.  
*Ad, Magnif. Antiph.*  
Ingréssus Gábriel Ange-  
lus ad Mariam Vírgi-  
nem, dixit: Ave grá-  
tia plena, Dominus te-  
cum, benedicta tu in  
muliéribus.
- Oratio: Deus, qui in-*  
ter céteros Angeles, ad  
annunciandum Incarna-  
tionis tuæ mystérium,  
Gabriélem Archánge-  
lum elegisti; concéde  
propítius: ut, qui fe-  
stum ejus celebrámus  
in terris, ipssus patro-  
cínium sentiámus in  
cælis. Qui vivis et  
regnas, *In Quadrag. fit  
commem. feriæ.*
- Ad Matutinum.*
- Invitatorium: Regem*  
Archangelórum Domi-  
num \* Venite, adoré-  
mus. Regem.

*In 1. Nocturno.*

**1. Ant.** *Dixit Angelus Gábel ad Dániélem : Intellige, fili hóminis, quóniam in témpore finis implébitur vísio.*

**Psaln.** *Dómine, Dóminus noster, cum reliquis ut in festo Apparitionis S. Michaëlis Arch. Die VIII. Maii.*

**2. Ant.** *Ecce vir Gábel, quem videram in visióne, cito volans tétigit me in témpore sacrificii vespertíni, et dócuit me.*

**3. Ant.** *Cumque Gábel loquerétur ad me, collápsus sum pronus in terram, et tétigit me, et státuit me in gradu meo.*

**V.** *Stetit Angelus juxta aram templi,*

**R.** *Habens thuríbulum áureum in manu sua.*

**Ex Daniéle Prophéta. Lectio 1. Cap. XI. c.**

*Ego Dániel, cum adhuc loquerer, et orárem, et confiterer peccáta mea, et pec-*

cáta pópuli mei Israél, et prostérnerem préces meas in conspéctu Dei mei, pro monte Sancto Dei mei. Adhuc me loquénte in oratione, ecce vir Gábel, quem videram in visióne a princípio, cito volans tétigit me in tempore sacrificii vespertíni. Et dócuit me, et locútus est mihi, dixitque : Dániel, nunc egressus sum, ut docérem te, et intelligeres. Ab exórdio précum tuárum egressus est sermo : ego autem véni, ut indicárem tibi, quia vir desideriorum es : tu ergo animadvérite sermonem, et intellige visiónem.

**R.** *Cum oráret Daniel, et confiterétur peccáta sua, et peccáta pópuli sui, \* Ecce Archangelus Gábel cito volans tétigit eum in tempore sacrificii vespertíni.*

**V.** *Cumque prostérneret préces súas in*

conspectu Dei sūi, \*  
Ecce Archangelus &c.

*Lectio II.*

Septuaginta hebdómades abbreviátæ sunt super pòpulum tuum, et super urbem sanctam tuam, ut consummétur prævaricátiō, et finem accípiat peccatum, et deleátur iniquitas, et adducátur justitia sempitérna, et impleátur vísio et prophetia, et ungáatur Sanctus sanctórum. Scito ergo, et animadvérite: Ab éxitu sermónis, ut iterum ædificétur Jerúsalem, usque ad Christum Ducenti, hebdómades septem, et hebdómades sexaginta duæ erunt: et rursum ædificábitur platéa et muri in angústia témporum.

¶. Locútus est Gábriel Daniéli, et dixit: Ab exórdio precum tuárum egrélsus est sermo: \* Ego autem veni, ut indicárem tibi, quia vir deſideriōrum es.

¶. Tu autem animadverte sermóneM, et intellíge viſiónem. \* Ego autem etc:

*Lectio III.*

Et post hebdómades sexaginta duas occidetur Christus: et non erit ejus pòpulus, qui eum negaturus est. Et civitatem, et sanctuárium dissipábit pòpulus cum duce venturo: et finis ejus vástitas, et post finem belli statuta defolatiō. Confirmábit autem pactum multis hebdómada una: et in dimídio hebdómadi deficiet hóstia et sacrificium: et erit in templo abominatiō desolationis: et usque ad consummatiōnem et finem perseverábit desolatiō.

¶. Ecce vir GabrieI, quem videram, cito volans tétigit me in témporte sacrificii vespertini, et dóceuit me, et dixit: \* Dániel, nunc egrélsus sum, ut docerem te, et intelligeres.

¶. Gábel fac me intelligere istam visiónem: et vénit, et stetit juxta, ubi ego stábam, et ait ad me. \* Dániel, nunc egréssus sum &c. Gloria Patri &c. \* Dániel, nunc &c.

*In II. Nocturno.*

1. *Ant.* Gábel Angelus appáruit Zachariæ, dicens: Uxor tua Elsabeth páriet tibi filium, et vocábis nomen ejus Joánnem. *Psalmus:* Cæli enárrant, cum reliquis ut in *II. Noct. Festi S. Mich.* 8. *Maji.*

2. *Ant.* Et dixit Zachariás ad Angelum: Unde hoc sciam? ego enim sum senex, et uxor mea procéssit in diébus suis.

3. *Ant.* Respondens autem Angelus, dixit ei: Ego sum Gábel, qui asto ante Deum: et missus sum loqui ad te, et hæc tibi evangelizáre.

¶. Ascendit fumus arómatum in conspéci-

tu Dómini. *R.* De manu Angeli.

Sermo Sancti Bernárdi Abbátis:

*Ex homil. de Laud. Virgini, super Missus.*

*Leclio IV.*

Missus est Angelus Gábel a Deo. Non ábitror hunc Angelum de minóribus esse, qui quálibet ex causa crebra soleant ad terras fungi legatióne. Quod ex ejus nómine palam intélligi dátur, quod interpretátum, Fortitúdo Dei dícitur: et quia non ab áliquo alio forte excellentiore se (ut ássolet) spíritu, sed ab ipso Deo mitti perhibéatur. Propter hoc ergo pósitum est: A Deo. Vel ideo dictum est: A Deo, ne cui vel beatórum spírituum, suum Deus ante, quam Virginí, revelásse putétur consílium, excépto dun-táxat Archangelo Gabriéle. Qui útique tantæ inter suos inveníri

potuerit excelléntiae, ut tali et nōmine dignus haberétur, et núnctio.

R. Factum est, cum facerdócio fungerétur Zachariás in órdine vi-cis suæ ante Deum, \* Appáruit ei Angelus Gábriel, stans a dex-tris altáris incénsi.

V. Cumque ingréssus in templum Dómini in-cénsum póneret secúndum consuetudinem fa-cordotii sui. \* Appáruit ei &c.

### *Lectio V.*

Nec discórdat nomen a núnctio: Dei quippe virtutem, Chrástum, quem mélius nuncíare decébat, quam hunc, quem símile nomen ho-nórat? Nam quid est áliud fortitudo, quam virtus? Non autem dé-decens, aut incóngru-um videátur, Dominum et núnctium commúni-censí vocáculo: cum símilis in utróque ap-pellatiónis, non sit ta-men utriúsque símilis

cáusa. Aliter quippe Christus fortitudo vel virtus Dei dícitur, ali-ter Angelus. Angelus enim tantum núcupa-tive, Christus autem étiam substantíve.

V. Descéndit Gábriel Angelus ad Zachariám, dicens: \* Ne tímeas, quóniam exaudíta est deprecátio tua, et uxor tua Elísabeth páriet ti-bi filium, et vocábis nomen ejus Joáunem.

V. Et Zachariás tur-batus est videns, et timor irruit super eum: áit autem ad illum An-gelus: \* Ne timeas, &c.

### *Lectio VI.*

Christus Dei virtus et dícitur, et est: qui for-ti armáto, qui suum átri-um in pace custodire solebat, fortior super-véniens, ipsum suo brá-chio debellávit: et sic ei vasa captivitatis po-ténter eripuit. Ange-lus vero fortitudo Dei appellátus est; vel quod hujuscémodi me-

rúerit prærogativam officii, quo ejusdem nunc iret advéntum virtutis: vel quia Virginem natura pávidam, simplicem, verecundam, ne miráculi novitatem expavéseret, confortare debéret: quod et fecit, Ne tímeas, Inquiens, María; Invenisti enim grátiam apud Deum. Conveniente ter itaque ad hoc opus elígitur: Imo quia tale illi negotium injungitur, recte tali nomine designatur.

R. Ego sum Gábriel, qui asto ante Deum: et missus sum loqui ad te, et hæc evangelizare: \* Ecce eris tacens, et non pótteris loqui usque in diem, quo hæc fiant.

V. Pro eo quod non credidisti verbis meis, quæ implebuntur tempore suo. Ecce eris &c. Gloria Patri &c. \* Ecce eris &c.

In III. Nocturno.

1. Ant. Míssus est Gá-

briel Angelus ad Mariam virginem desponsatam Joseph.

*Psalms: Cantáte Dómino, cum reliquis ex 8. Maji.*

2. Ant. Gábriel Ange-lus Maríæ dixit: Ecce Elísabeth cognáta tua, et ipsa concepít filium in senectute sua. *Psalm. Dominus regnávit, exultet. ibidem.*

3. Ant. Súscipe verbum virgo María, quod tibi a Dómino per An-gulum Gabriélem trans-missum est. *Psalm. Béne-dic ánimam mea Dómino.*

V. In conspectu An-gelorum psállam tibi, Deus meus. R. Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nónini tuo.

Lectio Sancti Evangélii secundum Lúcam.

*Lectio VII. Cap. I. b.*

In illo tempore: Mis-sus est Angelus Gábriel a Deo in civitátem Ga-liléæ, cui nomen Ná-zareth, ad virginem de-

sponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen virginis María. Et reliqua.

*Homilia sancti Julianni Episcopi Toletani.  
Lib. 2. contra Iudeos, flatim post principium.*

Sacramentum illud septuaginta hebdomadarum de Christi nativitate Dániel per Angelum dídicit: similiiter et Zacharias, appárente sibi Angelo Joánnem filium de se generandum audívita: et María, Angelo sibi prædicenti Christum ex se nascéndum, et crēdedit, et assensit. Hæc tria per Angelum dicta, et compléta vidémus. Jam ergo solícite intuéndum est, utrum Angelus iste, qui Zachariæ et Mariæ appáruit, ipsi quoque Daniéli illa prædixerit.

*M. Missus est Gábriel Angelus ad Mariam virginem desponsatam*

Joseph, nuncians ei verbum: et expavéscit Virgo de lúmine: \* Nétimeas María; invenisti enim grátiam apud Dóminum: ecce concipiés, et páries, et vocábitur Altissimi Filius.

*¶. Quæ cum audíset, turbáta est in sermone ejus, et cogitábat, quafis esset ista salutatio, et áit Angelus ei: \* Nétimeas &c.*

### *Lectio VIII.*

Evidem ipse Daniel in prophetiæ suæ volúmine, quando illa sacramenta hebdomadarum de Christi nativitate, per Angelum futura cognovit, sic ipsius Angeli nomen evidenter expréssit. Dicit enim: Ecce vir Gábriel, quem videram in principio, cito volans tétigit me, et dixit: Dániel, animadverte sermonem, et reliqua, quæ ibi commemorantur. Item his tempóribus secundum

**Evangélium Angeli**  
*ipius nomen mirificum  
 sic invenitur expressum. Dixit enim idem  
 Angelus Zachariæ: Ego  
 sum Gábel, qui aucto  
 ante Deum, et missus  
 sum loqui ad te, et hoc  
 tibi evangelizáre.*

**R. Gaude Mariá vir-**  
*go, cunctas hæreses sola  
 interemisti: \* Quæ Gab-  
 riélis Archángeli dic-  
 tis credidisti, dum vir-  
 go Deum et hóminem  
 genuisti: et post partum  
 virgo invioláta per-  
 mansisti.*

**V. Benedícta tu in**  
*muliéribus, et benedíctus  
 fructus ventris tui.\*  
 Quæ Gabriélis &c. Gló-  
 ria Patri &c. Quæ Ga-  
 briélis &c.*

**Nona lect. de Feria**  
*Quadragesimæ. Si autem  
 post pasha transferatus, erit  
 Lectio IX. sequens.*

**Quod etiam de Beatæ**  
*Maríæ virginis partu sic  
 in eodem Evangélio lé-  
 gitur: Missus est, inquit,  
 Angelus Gabriel a Deo*

**in civitatem Galiléæ,**  
*cui nomen Názareth,  
 ad vírginem desponsa-  
 tam viro, cui nōmen  
 erat Joseph, de domo  
 David, et nōmen vírgi-  
 nis María. Jam ergo  
 manifestum est, quod  
 unus, idémque Ange-  
 lis Gábel ficerit, qui  
 et præfixa illa témpo-  
 ra Daniéli de Christi na-  
 tivitatē apéruit, et  
 partum virginis præ-  
 séntem else monstrá-  
 vit. Ad tempus itaque  
 præfinitum occurrit, et  
 olim a le dicta, óperis  
 efficiéntia compléta es-  
 se convinct: et illic  
 fidelis in prophetia heb-  
 domadárum, et hic fidé-  
 lis per mystérium re-  
 velátum.*

**Te Deum laudámus.**

**Ad Laudes, et per horas.**

**Ant. Ingrésso Zacha-**  
*ría templum Domini,  
 appáruit ei Gábel An-  
 gelus stans a dextris  
 altáris incensi. Psalmus:  
 Dominus reguávit, de-*

córem, cum reliquis ex  
*Laudib. Dominicæ in Pjalt.*

*Ant.* Ait autem Angelus: Ne tímeas, Zacharia, quóniam exaudita est deprecatio tua.

*Ant.* Ego sum Gábriel Angelus, qui asto ante Deum, et missus sum loqui ad te. *Ant.* Gábriel Angelus locutus est Mariæ, dicens: Ecce concípies in útero, et páries filium: et vocabis nomen ejus JEsum.

*Ant.* Dixit autem María ad Angelum: Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognosco? Et respóndens Gábriel Angelus, dixit ei: Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.

*Capitulum:* Ecce viꝫ Gábriel, ut supra in I. Vespere.

### Hymnus.

\*Placáre, Christe lervulis,  
Quibus Patris cleméntiam

Tuæ ad tribunal grátiae  
Patróna Virgo póstulat.

\*Et vos beáta per novem  
Distincta gyros ágnina:

Antiqua Cum præsentibus  
Futura damaa péllite:

\*Auférte gentem pérfidam  
Credéntium de finibus;

Ut unus omnes únicum  
Ovíle nos pastor regat.

\*Deo Patri sit glória,  
Natóque Patris unico,  
Sancto simul Paracílio,  
In sempiterna sœcula.

Amen.

℣. Stetit Angelus  
juxta áram templi, R.  
Habens thuríbulum áu-  
reum in manu sua.

℟. *Benedictus Antiph.*  
Gabriel Angelus de-  
scendit ad Zachariam,  
et ait illi: Uxor tua  
páriet tibi filium, et  
vocabis nomen ejus  
Joannem, et multi in  
nativitate ejus gaudé-  
bunt: ipse enim præ-  
bit ante fáciem Dómini  
parare vias ejus.

*Oratio:* Deus, qui in-  
ter céteros Angelos,  
ut supra in I. Vesp.  
Et fit commem. Feriæ in  
Quadragés.

*Ad Tertiam.*

*Ant.* Ait autem *&c.*  
**Capitulum:** Ecce vir Gá-  
 briel, ut in *Vesp.*

*R. breve:* Stetit Angelus,  
 \* Juxta aram templi:  
 Stetit *&c.* *¶.* Habens  
 thuribulum aureum in  
 manus sua. \* Juxta aram  
*&c.* Gloria Patri *&c.*  
 Stetit Angelus *&c.*

*¶.* Ascéndit fumus  
 arómatum in conspéctu  
 Domini:

*R.* De manu Angeli.

*Ad Sextam.*

*Ant.* Ego sum Gabriel.

**Capitulum.** *Dan. IX. f.*

Ego autem veni, ut  
 indicárem tibi, quia vir  
 desideriorum es. Septuaginta hebdómades  
 abbreviátes sunt, ut si-  
 nem accípiat peccátum,  
 et impleátur visio et  
 prophetía, et ungáatur  
 Sanctus sanctorum.

*R. Breve:* Ascéndit fú-  
 mus arómatum. \* In  
 conspéctu Dómini. As-  
 cendit *&c.*

*¶.* De manu Angeli. \*

In conspectu *&c.* Glória  
 Patri *&c.* Ascéndit *&c.*  
*¶.* In conspéctu Ange-  
 lorum psallam tibi,  
 Deus mens. *¶.* Adorábo  
 ad templum sanctum  
 tuum, et confitébor nó-  
 mini tuo.

*Ad Nonam.*

*Ant.* Dixit autem Ma-  
 ría *&c.* **Capitulum:** Scito  
 ergo, et animadvérite:  
 Ab éxitu fermósir, ut  
 iterum ædificétur Je-  
 russalem, usque ad Chri-  
 stum ducem, hebdómá-  
 des septem, et hebdó-  
 mades sexaginta dñe  
 erunt.

*R. Breve:* In conspé-  
 tu Angelorum, \* Psallam  
 tibi, Deus meus. In con-  
 spéctu *&c.* *¶.* Adorábo  
 ad templum Sanctum  
 túum, et confitébor nó-  
 mini tuo. \* Psallam tibi.  
 Glória Patri *&c.* In con-  
 spéctu *&c.*

*¶.* Adorate Deum;  
*R.* Omnes Angeli ejus.

*Vesperæ dic, de Annun-  
 ciat. B. M. V.* cum com-  
 mem. *S. Gabriélis*, ut seq.

*Ant.* Archángelus Gábel  
ait ad Mariam: Non érit  
impossibile apud Deum  
omne verbum. Dixit  
autem María: Ecce an-  
cilla Domini, fiat mi-  
hi secundum verbum  
tuum. Et discéssit ab  
ea Angelus.

℣. In conspéctu An-  
gelórum psaliam tibi,  
Deus meus, R. Adorá-  
bo ad templum sanctum,  
et confitébor nō-  
mini tuo.

*Oratio:* Deus qui in-  
ter cæteros, ut supra in  
I. Vesperis. Et fit com-  
mem. feriæ.

Quod si festum transfe-  
ratur ad tempus paschale,  
In vesp. secundis S. Ga-  
briélis erit Capitulum et  
Hymnus, ut in I. Ves-  
peris: ℣. et Ant. ad Magni-  
ficat, ac Oratio, ut supra.

### III. APRILIS.

S. Abúndii Ep. C.  
Duplex.

*Oratio:* Exaudi, de  
communi Conf. Pont. Lee-

tiones I. Noct. Fidélis  
serino, reliqua omnia de  
eodem communi 2. loco.

### XI. APRILIS.

S. Leónis Papæ, Eccl.  
Doct. Duplex.

*Ad Magnificat, Ant.*  
O Doctor. Reliqua ut in  
hbrevario.

### XII. APRILIS.

S. Zenónis Ep. Mart.  
Duplex.

*Oratio:* Deus, qui nos  
Beati Zenónis, ut in  
communi unius Martyr.  
de quo et reliqua I. loco,  
præter Lectiones I. Noct.  
quæ sunt de Script. occurr.

### XVII. APRILIS.

S. Liberális Conf.  
Duplex.

*Oratio:* Deus, qui nos  
Beati Liberális confes-  
soris tui glorióso pat-  
rocínio circúmdas, &  
prótegis: concéde pro-  
pitius; ut cujus inter-  
cessione munímur in  
terrīs; ejus quoque con-

sórtio perfruámur in  
cælis. Per Dominaum.

*In I. Nocturno.*

*Lectiones Justus si mor-  
te, ut in comm. Conf. non  
Pontificis.*

*In II. Nocturno.*

*Lectione IV.*

Liberális Altíni in Ve-  
nétia ex equéstri fa-  
milia natus, ab Helio-  
dóro notæ probitatis  
Episcopo ad fidem Chri-  
sti perductus, tantum  
(eo magistro) profécit,  
ut armis, profanisque  
disciplinis, vale dicto,  
se totum ipsi excole-  
dum, atque ad omnem  
pietatem informandum  
tradíderit: cumque il-  
la témpora Ariánæ hæ-  
resis infestatione, &  
erróribus ubique redun-  
darent, sensimque pe-  
stiferum illud dogma in  
Altinátium fines se se-  
diffunderet, Liberális  
gliscénti morbo strénue-  
se oppónens, nihil sub-  
tráhebat utílium, quó-

minus concívibus suis  
annunciaret, eósque  
Cathólicam fidem ver-  
bo, & exémplo públi-  
ce, & per domos edo-  
céret.

R. Honestum fecit.

*Lectione V.*

Quo in stúdio occupá-  
tus ingens ádeo Ar-  
rianórum ódium suscé-  
pit, ut ténebricóso in-  
clúsus cárcere incredí-  
biles ab illis calamítá-  
tes fúerit perpéllus. Ve-  
rum constans Christi  
athléta, cum non modo  
álacri ánimo, atque  
infrácta constántia uni-  
vérsa toleráret, quin e-  
tiam multa éderet sig-  
na virtútum, inde ex-  
tractus, ad ínsulam,  
quæ olim Castráceum  
dicebátur, aliquando  
devénit, ubi nihil de  
charitátis, abstinentiæ,  
cæterarumque virtú-  
tum opéribus remitte-  
ret, in febrim incidit,  
qua diútins afflictátus,  
post plúriua pietatis, &  
patientiæ exhibita do-

cuménta, sanctissime obdormívit in Dómino.

R. Amávit eum.

*Lectio VI.*

**D**efuncti corpus ex insula Altínum delatum, ac tumulo ex Christiáno more compósum, cum diu substicisset, ingruénte bellorum vi, Tarvísium póstea dedúctum in cædrali ecclesia sub majóri facéllo in cripta, in qua usque huc honořifice affervatur, conditum fuit; ubi, cum ad ejus glóriam celebrandam supérna cæbro ederentur miracula, præsensque Liberális auxílium Índies experiréntur, illum in patrónum adseiscentes, præcipua religióne únūcum metropolitána Aqilejensi ecclesia venerari cœpérunt.

R. Iste homo.

*In III. Nocturno.*

*Homilia in Evangel.*  
Sint lumbi vestri præcincti.

XXIV. APRILIS.

S. Geórgii Mártyris.

*Semiduplex.*

*Oratio.*

**D**eos, qui nos Beati Georgii martyris tui meritis, & intercessione lætificas: concede propitius; ut qui tua per eum beneficia possumus; dono tuæ gratiae consequamur. Per Dominum nostrum &c.

*Lectioes I. Noct. de Scriptura Oscur.*

*In II. Nocturno.*

*Lectio IV.*

**D**e sermone Sancti Laurentii Patriarchæ Véneti.

**G**eórgius propugnátor eximius, terrenæ abrenuncavit militiæ, ut Christi miles efficeretur egrégius; facultates, quas habebat, dispersit pauperibus, ut divítias perennes possideret in cælo; suam quoque ánimam odivit in mundo, ut vitam illam custodiret æter-

nam Repérerat pretiósam margaritam habítantem in agro, propter quod distractis omnibus mercátus est eam. Domínum dixisse audíerat: Nisi quis renunciáverit omnibus, quæ póssidet, non potest meus esse discípulus; prætulit discipulátum Christi ópibus, honóribus, voluptatibus corporis, & corporali vitæ; ideo intrépidus, armatus, & nudus fecutus est Christum. Non cáceres, gládios, fustes, víncula, acúleos, tortóres, ignem, tyránnos expávit, nec mortem. Nudus nudum Christum atten-débat in stípite, illius accendebárur exemplo, ejúsque passiónis dolóri-bus angebatur. O beata mens martyris! quæ nec tribulatiōne, nec angústia, nec plagis, nec labóribus, nec præsénti-bus, neque futúris á Christo váluit separari.

R. Lux perpetua.

*Lectio V.*  
**V**ivébat in carne, & corde cum Christo jam pendébat in cruce, ideoque dicebāt: Christo crucifixus sum, vivo ego, jam non ego, vi-vit autem in me Christus. Longe excelléntius martyr sic mórtuus vivébat in Christo, quam si feliciter flo-rens, aliénus esset á Christo. Vides; quam lócuples talis sit mors, quæ vitam cum Christo præstat ætérnam? Sic plane mórtuus erat béatus Geórgius vivens in Christo. Mortuus quippe erat vitiis, mórtuus erat sǽculo, mórtuus erat & sibi; nisi taliter fuisset mórtuus, míni-me Christo vivere potuisset. An non mórtuus erat sǽculo, qui ob-latas dignitates & gau-dia pro amore Christi, & spe æternæ mercédis repudiavit ut stércora. Nonne vitiis erat de-fúnctus, qui labóribus,

abstinentia, paupertate, virtutibusque ceteris corpus quotidiana maceratione domabat? De talibus Pauli voce dicitur: Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixere cum vitiis & concupiscutiis. Quomodo vero sibi ipsi vixisse sanctus iste dicendus est, qui verbum Dei undequaque diffinans Christi gloriam audientibus auribus infonabat? Quas valebat auferre diabolo, lucrabatur Christo. Magnanimitate namque praecinctus, & charitatis dono suffultus coram regibus, & terrae principibus Christum libera confitebatur voce.

R. In servis.

*Lectio VI.*

Hinc factum est, ut carceri manciparetur, virgis & scorpionibus caderetur, lampadarum ustionibus cremaretur, laniaretur, torqueretur, perimeretur.

In his, quoniam vivebat in Christo, se exhibebat ut mortuum. Nulla plane in illo querimoniæ resonabat vox, nullus repugnandi motus. Tanquam bellator præcipuus arbitratus est fore incongruum, ut paciente Rege, atque pro animarum occubente salute, ipse sègniter vivet, & sine certaminis exercitatione deficeret. Frequenter animo illud evangelicum revolvebat: Majorem charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Quamobrem dilectionem, quam habebat ad Dominum, factis maluit ostendere, quam verbis. Redemptorem utique suum, non ingratius de muliere, est imitatus in morte; de quo ait Propheta: Sicut ovis ad occisionem duximus est, & tanquam agnus coram tondente

se sine voce, sic non apéruit os suum; obmútuit plane iste, & os suum, nisi orando, non apéruit, quátenus hóstia Deo Patri acceptabilis fieret, nec illi in longánimitáte patientiæ invenirétur diffimilis, qui in cru eis perpeſſione suppli cii, eloquium nullum contradictionis emisit.

Hinc gestum est, ut Dómini sui, sicut socius extitit pænæ, ita particeps illius efficeretur gloriæ, qui in cælesti regno cum Pa tre, & Spiritu sancto triúmphat in sæcula.

*R. Filiae Jerúsalem.*

*In III. Nocturno Lectio nes de Homilia in Evang. Ego sum vitis vera, ut in communi Mart. temp. pasch.*

XXVII. APRILIS.

S. Fidélis a Sigmarin ga Mart. *Duplex.*

*Oratio.*

Deus, qui beatum Fi délem seraphico

spíritus ardore succénsum in veræ fidei propagatione martyrii palma, & gloriosis miraculis décorare dignátus es: ejus quæsumus méritis, & intercessióne ita nos per grátiam tuam in fide, & caritate con firma; ut in servitio tuo fidéles usque ad mortem inveniri mereamur. Per Dóminum &c.

*In I. Noct. Lect. de scrip tura occurrente.*

*In II. Nocturno.*

*Lectio IV.*

Fidélis, in oppido Sué viæ Sigmarínga ex honesta Reyorum familia natus, ab ineunte ætate singuláribus naturæ, & gratiæ donis ornatus præfùlxit. Egregiam quippe sortitus in dolem, morumque optimâ imbûtus disciplina, dum Fribúrgi philosophiæ, & juris utriusque lauream emeruit, in schola etiam

Christi ad perfectionis apicem sedulo virtutum exercitio contendere coepit. Nobislium exinde virorum, varias Europae provincias lustrantium, comes adficitus, eos ad Christianam pietatem sectandam tam verbis, quam operibus excitare non destitit. Quia immo in eodem itinere crebris austerioribus desideria carnis mortificare, ac ita seipsum regere studuit, ut in tanta rerum vicissitudine nullo unquam visus fuerit irae motu perturbari. Juris praeterea, & justitiae strenuus propugnator post redditum in Germaniam celebre sibi nomen acquisivit in advocatei munere, in quo tamen cum fori pericula esset expertus, tutorem aeternae salutis viam ingredi deliberavit, & superna vocatione illustratus paulo post Ordini seraphico inter

Fratres minores Capucinos adscribi petiit.  
R. Lux perpetua.

### Lectio V.

Piae petitionis compos redditus, mundi, suique contemptor insignis in ipso statim tyrocinio, magisque cum solennis professio-  
nis vota in gaudio spiritus Domino nuncupasset, in regulari obser-  
vantia omnibus admi-  
rationi fuit, ac exemplo. Orationi maxime,  
& spiritus litteris vacans, in verbi quoque mini-  
strio singulari gratia excellens, nedum Ca-  
tholicos ad meliorem frugem, verum etiam heterodoxos ad verita-  
tis cognitionem attraxit. Pluribus in locis cœnobii praefectus constitutus prudentia, justitia, mansuetudine, discrezione, & humilitatis laude, munus sibi demandatum exercevit. Arctissimæ paupertatis zelator egregius, quid-

quid vel minus necessarium videretur, e cœnobio pénitus eliminavit. Inter austera jejunia, vigilias, & flagella salutari seipsum prosequens odio, in ários amorem, quasi mater in filios, osténdit. Cum pestifera febris Austricas militares cópias dire affligeret, ipse in extrémis infirmorum indigétiis, ad allídua caritatis officia toto spíritu incubuit. In componéndis etiam animorum dissidiis aliquaque próximi necessitatibus sublevandis, consilio, & ópere, ádeo præclare se gessit, ut pater pátriæ meruerit appellari.

**x. In servis suis.**

### Lectio VI.

Deíparæ Virginis, & rosárii cultor eximus, illius præcipue, aliorumque Sanctórum patrocínii a Deo postulavit, ut in cathólicæ fidei obsequium vitam

sibi, & sanguinem fundere licéret. Cumque ardens hoc desiderium in quotidiána Sacri dévota celebratione magis accenđeretur, mira Dei providéntia factum est, ut fortis Christi athéta præses eligerentur illarum missiónum, quas Congregatio de propaganda fide pro Rhætia tunc temporis instituerat. Quod árduum munus prompto, hilariqué ánimo suscipiens, tanto fervore executus est, ut pluri bus hæréticis ad orthodoxam fidem conversis, spes non módica affulserit totius illius gentis Ecclesiæ, & Christo reconciliandæ. Prophetiæ dono præditus futuras Rhætiæ calamitátes, si que necem ab hæréticis inferéndam sæpius prædictis. Postquam vero insidiarum probe cónscius impendenti agóni se præparasset,

**24. Aprilis anno mil-**

lésimo sexcentésimo vi-  
gésimo secundo ad ec-  
clesiam loci Sevissium  
nuncupati se cónkulit,  
ubi ab hæréticis, qui  
pridie conversionem si-  
mulantes eum dolose  
ad prædicandum invitá-  
verant, concione tu-  
multuárie interrupta,  
per vérbera, & vúlne-  
ra eidem crudéliter in-  
flicta, gloriolam mor-  
tem magno & álacri-  
corde perpeſsus, primí-  
tias mártymrum memo-  
rátæ congregationis  
próprio sanguine confe-  
cravit, plúribus signis,  
& miraculis exinde cla-  
rus, præſertim Cùtiæ:  
& Veldkírchii, ubi sum-  
ma pòpuli veneratiōne  
illius reliquiae affer-  
vántur.

**M. Filiae Jerusalem.**

**In III. Noft. Homilia**  
**S. Augustini Ep. in Evang.**  
Ego sum vitis vera.  
de com. **Martyrum tem-**  
**pore Paschali.**

**IV. MÀJI.**

**Ss. Floriáni et Socior.**  
Mm. *Duplex.*

*Omnia de comm. plur.*  
*Mart. temp. pasch.*

*Oratio:* Deus, qui  
nos concédis.

*In I. Noct. Lect. de*  
*Scriptura occurrit.*

*In II. Nocturno.*

*Lectio IV.*

Sæviénte in Christiános Diocletiáni & Maximiáni persecutiōne, cum Aquilínus Nórici Rípenfis Præfes, in Christi cultores ad Lauréaci castrum acérri- me animadverteret, & ad quadraginta eo no- mine vincitos, multisque supplíciis macerá- tos in cácerem conje- cisset; Floriánuſ iis- dem religiónis et mi- lítiæ societate conjunc- tus, sancto fidei ardó- re incénsus, ac sanguinem pro Christo profún- dere cùpidus, Lauréacum ádvolat; sicque ad excellentióris militiæ

corónam glorióso cer-  
támine conténdit.

R. Lux perpetua Sc.  
Temp. pasch.

*Lectio V.*

Audiens ergo Chri-  
stianos ad idolórum sa-  
cerficia perquiri, nihil  
truculentórum fidei hó-  
stium immanitátem  
véritus, in médium se  
ultra profert, líberé-  
que exclámat: Quem  
álium queritis: ecce  
ego Christianus sum:  
ite, nunciáte præsidi,  
me hic adésse His au-  
dícis, præses eum ad se  
addúci júbet, et diis  
sacrificáre. Quod cum  
nulla ratióne obtinére  
posset, secúndo et térdi-  
to fústibus cèdi impe-  
rat atque illis scápu-  
las acútis ferris con-  
fríngi. Tandem invíc-  
tus Christi athléta vá-  
riis tormentórum gené-  
ribus superátis, ob in-  
concússam fidei con-  
stantiam, últimam mor-  
tis látus áccipit sentén-  
tiām. R. In servis suis etc.

*Lectio VI.*

Ligáto ígitur ad col-  
lum saxo e ponte in A-  
nasum fluvium dejisci-  
tur; non tamen sine di-  
vína ultióne: nam ócu-  
li ejus, qui injéctis  
violénter mánibus mar-  
tyrem præcipitávit,  
mox crepuérunt: flúvi-  
us autem, martyrem  
Christi suscípiens, ele-  
vátis undis in quoddam  
eminéntius saxum sa-  
crum ejus corpus extu-  
lit; quod miro nu-  
tu Dei áquila illic  
ad volánte protegebá-  
tur, donec a Valéria,  
pia matróna, a Deo ad-  
mónita inde clam ablátum,  
sepulturæ trádi-  
tum est eo in loco, quo  
póstea célebre mona-  
stérium erectum fuit,  
quod in hunc usque  
diem titulo et patroci-  
nio gaudet Sancti Flo-  
riáni.

R. Filiæ Jerusalém etc.

*Lectiones III. Nocturni  
de Homilia in Evang. Ego  
sum vitis, vos pálmi-*

tes, ex eodem communi temp. paschali.

XI. MAJI.

S. Sigismundi Mart.  
*Duplex.*

*Oratio:* Præsta, quæ sumus, omnipotens Deus: ut, qui Beati Sigismundi martyris tui natalitia colimus; intercessione ejus in tui nominis amore roboremur. Per Dominum &c.

*In I. Noct. Lect. de Scriptura occurrente.* In defectu earum vero sumantur ex comm. plur. Mm. *Lectiones Fratres, debitorum sumus. Resp. autem de comm. un. Mart. pro ratione temporis.*

*In II. Nocturno.*

*Lectio IV.*

Sigismundus patre suo Gunebaldo, Burgundiorum rege e vivis sublato, regnum obtinuit. Pietatis studio ductus Agaunense monasterium solerti cura construxit. Priore conjugé sua defuncta, ex qua fi-

lium, Sigericum nomen, suscepérat, cum aliam duxisset, illa novercarum more filium tota mente aversari cœpit. Unde puer, diu similiter in eam concepto, cum festo quodam die illam defunctæ matris vestibus ornatam cerneret, comotus ait: Tu profecto minime digna eras, ut hæc indumenta tua terga contingent, quæ dominæ tuæ, matris meæ, fuisse noscuntur. At illa, his verbis furore succensa, vindictam die nocteque meditabatur. Tandem dæmonis fraude instructa, marito persuasit, Sigericum regnandi cupidum, nefaria deince illi inferenda consilia tractare. Quibus verbis incitatus pater iniquo se parricidio contaminavit Nam vi no sopitum post meridiem filium, & alto jam topore oppræsum,

loro sub collo inserito suffocavit.

R. Lux perpetua lucet sanctis tuis Domine, \* Et aeternitas temporum, alleluja, alleluja.

V. Lætitia sempiterna erit super capita eorum: gaudium & exultationem obtinebunt. Et aeternitas.

*Extra tempus Paschale.*

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductoribus tutavit illum: \* Et dedit illi claritatem aeternam.

V. Descenditque cum illo in foveam: & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

*Lecho V.*

Quo scelere vix patrato, seria ductus pœnitentia, super cadaver exanime ruens, amarissimis illud lacrimis rigavit. Et confestim monasterium Agaunense adiit, ibique

multo fletu, ac jejunio veniam patrati sceleris a Deo obtinente contredit. Et id unum assiduo flagitavit, ut in hoc potius saeculo, quam in futuro puniretur examine. Qua petitione exaudita, misericors Dominus Clodomirum Francorum regem, ut eum bello lacereret, excitavit. A quo in saltu Agaunensi captus, carceri una cum uxore & liberis est mancipatus.

R. In servis suis, alleluja \* Consolabitur Deus, alleluja.

V. Judicabit Dominus populum suum, & in servis suis. Consolabitur.

*Extra tempus Paschale.*

R. Desiderium animæ ejus tribuisti ei Domine, \* Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum.

V. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posu-

isti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et voluntate.

### Lectione VI.

Paulo post in villam, cui nomen Calumpina, ductus & capite cassus in puteum projicitur. De quo postmodum sublatus, atque ad basilicam Sanctorum Agaunensium devictus, digno cum honore sepultus est. Porro Sigismundus, qui assiduo lacrymarum parricidii crimen in vita delere conatus fuerat, Sanctorum consortio post mortem dignus haberi coepit; quod crebra ejus miracula praeclare testantur. Nam febricitantes quique, si salutare fideleriter sacrificium obtulerint, ab infirmitatis suae liberantur incommodo. Cujus reliquias multis prodigiis inclytas Carolus quartus imperator Pragam transvexit.

B. Filiæ Jerusalēm,

venite, & videte martyres cum corónis, quibus coronávit eos Dominus, \* in die solemnitatis & lætitiae, alleluia.

V. Quóniam confortavit seras portarum tuarum, benedíxit filios tuos in te. In die Glória Patri. In die

### Extra Tempus Paschale.

R. Stola jucunditatis induit eum Dominus: \* Et corónam pulchritudinis posuit super caput ejus.

V. Cibavit illum Dominus pane vitae & intellectus, & aqua sapientiae salutaris potavit illum. Et. Gloria Patri. Et.

### In III. Nocturno.

*Homilia in Evang. Ego sum vitis vera, ex communi Martyrum tempore paschali. Extra tempus pasch. Homil. in Evangelio. Si quis venit ad me, ex communi unius*

Mart.

XIII. MAJI.

S. Mónicæ, Víduæ.  
Duplex.

*Lect. I. Nocturni de scriptura occurr. Reliqua, ut in breviario die 4. Maii.*

XIV. MAJI.

Ss. Victóris & Corónæ,  
Mart. Dupl.

*Oratio: Deus, qui nos concédis, de communi plur. Mort.*

*Lectiones I. Noct. de script. occurrente. Reliqua omnia de eodem communi 2. loco.*

XVI. MAJI.

S. Joánnis Nepomucéni, Mart. Duplex.

*Intra tempus paschále dicitur ritu pascháli; alias vero, ut sequitur.*

*Ad I. Vesperas. Ant. Interrogábat, cum reliquis de Laudib. ut infra. Psalmi: Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica, in Psalterio. Et loco ultimi: Laudáte Dóminum omnes gentes.*

*Capitulum: Eccl. XXI.28.*

Lábia imprudéntium stulta narrábunt; verba autem prudéntium statéra ponderabúntur: in ore fatuórum cor illorum: et in corde sapientium os illorum.

*Hymnus.*

\* Invictus Heros Numinis,  
Mergéndus unda flúminis,  
Stat fortis in siléntio,  
Dum fit sigilli méntio,  
\* Hinc rex mináтур fúnera,  
Hinc tortor infert vúlnera;  
Manus ligántur fúnibus,  
Artus cremántur ignibus.  
\* Sed hæc Joánnes déspicit,  
Nec regis iram réspicit;  
Secréta non vult pándere,  
Horret sigillum frángere.  
\* Stat mutus agnus ínnocens,

Nil de tegéndis próferens:  
Stat; dumque rex nil élicit,  
E ponte justum déjicit.

\* Præceps ab alto flérnitur,  
Undis profundiis mérgitur:  
Mersum, sed applaudéntibus

Undæ salútant ignibus.

\* Stellæ natant in flúmine;  
Illi paréntant lúmine:  
Docéntque cœli cláritas,  
Quæ sit Joánnis chàritas.

\*Da, sempiterna Trinitas,  
Ut in bono sit firmitas;  
Aut lacrymarum flumina  
Mergant cadentum crini-  
na, Amen.

¶. Sacramentum re-  
gis abscondere bonum  
est:

R. Opera autem Dei  
revelare honorificum.

*Ad Magnificat.*

*Antiph.* Dedit mihi  
Dominus linguam mer-  
cedem meam: & in ip-  
sa laudabo eum.

*Oratio.*

DEUS, qui ob invic-  
tum beati Joannis  
sacramentale silentium  
nová Ecclesiam tuam  
martyrii coroná deco-  
rásti: da, ut ejus exem-  
ple, & intercessione o-  
ri nostro custódiam po-  
nentes; beatis, qui lin-  
gua non sunt lapsi, ad-  
numerémur. Per Do-  
minum &c.

*Ad Matutinum.*

*Hymnus.*

\*In profunda noctis um-  
bra;  
Et gravi caligine,

Lustrat ædem flamma  
munda,  
Sic jubente Númine.

\*Nocte nascitur Joánnes;  
Astra cœlo dévolant.

Nocte mégitur Joánnes;  
Astra funus apparant.

\*Hinc cor ejus igne fla-  
grans,

Fortis urit cháritas:  
Hinc ab ejus ore manans,  
Mira prodit suávitas.

\*Nunc amore cor bonorum  
Ad salutem pértrahit.

Nunc timore cor malorum  
A gehenna retrahit.

\*Páuperes solátur ære,  
Derelictis fubvenit:

Non sinit justos jacére;  
Damna famæ præpedit.

\*Per Joánnis sanctitatem,  
O Beata Trinitas,  
Méntibus da puritatem;  
Cerde regnet cháritas.

*In I. Nocturno.*

*Antiph.* Erit lumen  
Istrael in igne, & sanctus  
ejus in flamma.

*Antiph.* Sanavit Do-  
minus puerum & redi-  
dit illum patri ejus.

*Antiph.* Puer autem  
erat minister in con-  
spéctu Dómini ante fa-  
ciem sacerdotis.

¶. Sacramentum regis  
abscondere bonum est;

**R.** Opera autem Dei  
revelare honorificum.

De Libro Ecclesiastici.

*Lectio I. Cap. 21. 26.*

**S**tultus a fenestra re-  
spicit in domum: vir  
autem eruditus foris  
stabit. Stultitia homi-  
nis auscultare per ostium:  
& prudens gravabitur  
contumelia. Lá-  
bia imprudentium stu-  
ta narrabunt: verba  
autem prudentium sta-  
tera ponderabuntur.  
In ore fatuorum cor il-  
lorum: & in corde sa-  
pientium os illorum.  
Dum maledicit ímpius  
diabolum, maledicit  
ipse animam suam. Su-  
furró coinquinabit ani-  
mam suam, & in omnibus  
odiétur: & qui  
cum eo manferit, odi-  
osus erit. Tacitus, &  
sensatus honorabitur.

**R.** Metuebat rex Jo-  
annem \* sciens eum vi-  
rum justum & sanctum.

**V.** Et custodiébat  
eum, & audito eo mul-  
ta faciebat, & libenter

eum audiébat, Sciens  
eum virum &c.

*Lectio II. Cap. 28. 21.*

**F**lagelli plaga livo-  
rem facit: piaga au-  
tem linguae comminu-  
et offa. Multi cecidé-  
ruut in ore gladii: sed  
non sic, quasi qui inter-  
ierunt per linguam su-  
am. Beatus, qui tectus  
est a lingua nequam,  
qui in iracundiam illius  
non transivit, &  
qui non attraxit jugum  
illius, & in vinculis e-  
jus non est ligatus. Ju-  
gum enim illius jugum  
ferreum est: & vinculum  
illius vinculum æreum  
est. Mors illius mors ne-  
quissima: & utilis potius  
inférnus, quam illa.

**R.** Lex veritatis fuit  
in ore ejus; & ini-  
quitas non est inventa in  
labiis ejus; in pace, &  
in æquitate ambulavit  
mecum: \* Et multos a-  
vertit ab iniuitate.

**V.** Lábia enim Sacer-  
dótis custodient scién-  
tiam, & legem requí-

rent ex ore ejus. Et  
multos &c.

### *Lectio III.*

**P**erseverántia illius  
non permanébit, sed  
obtinébit vias injustó-  
rum: & in flamma sua  
non combúret justos.  
Qui relínquunt Deum,  
incident in illam, &  
exardébit in illis, &  
non extinguerétur: & im-  
mittétur in illos quasi  
leo, & quasi pardus læ-  
det illos. Sepi aures  
tuas spinis; línguam ne-  
quam noli audíre: &  
ori tuo fácto óstia, &  
feras. Aurum tuum &  
argéntum tuum confla,  
& verbis tuis fácto sta-  
téram, & frænos ori  
tuo rectos. Et atténde,  
ne forte labáris in lí-  
gua, & cadas in con-  
spéctu inimicórum insi-  
diántium tibi, & sit ca-  
sus tuus infanábilis in  
mortem.

**R.** Sepívi aures meas  
spinis, \* Et ori meo fe-  
ci óstia & feras.

**V.** Beátus, qui língua  
sua non est lapsus, &  
qui non servívit indígi-  
nis se. Et ori meo &c.  
Glória &c. Et ori meo  
&c

### *In II. Nocturno.*

**A**nt. Non quæsivit a  
Dumino ducátum, ne-  
que a rege cáthedram  
honóris.

**A**nt. Loquébar de te.  
stimóniis tuis in con-  
spéctu regum, & non  
confundébar.

**A**nt. Amplius non  
vidébitis fáciem meam  
vos, per quos transívi  
prædicans regnum Dei.

**V.** Pone Domine cu-  
stódiam ori meo,

**R.** Et óstium circum-  
fláantic lábiis meis.

### *Lectio IV.*

**J**oánnes Nepomúci Bo-  
hémiae oppido, unde  
Nepomucení cognó-  
men duxit, a parénti-  
bus ætate provéctis,  
non sine futuræ sancti-  
tatis præfágio, flam-  
mis supra nascéntis do-

mum mirabiliter collucētibus, ortus est. Cum infans in gravem morbum incidisset, Béatae Vírginis ope, cui natum paréntes referébant accéptum, e vitæ periculo evásit incólumis. Egregia indole, piáque institutioñe, cælestibus indiciis obsequénte, inter sanctas, religiosasque exercitatioñes pueritiam egit. Nàm ecclesiam frequenter adire, ac sacerdótibus ad aras operántibus ministrare in delliciis habebat. Zatéci politiōribus litteris ad humanitatem informatus, Pragæ vero graviōribus disciplinis excultus, philosophiæ, theologiæ, sacrorumque cánonum magistérium, & láuream emeruit. Sacerdótio initiatus, atque a sciéntia sacerdórum ad lucra animarum rite comparátus, ministério verbi Dei se penitus addíxit. Cum

igitur in vitiis extirpandis, & revocándis in viam salútis errantiis eloquéntia, & pietate uberes éderet fructus, inter Canónicos metropolitánæ ecclésiæ Pragensis cooptátus, mox sibi demandatam Evangélii coram rege Wenceslao quarto prædicandi príviciam suscepit, eo succéssu, ut Joánnis suasu multa rex fáceret, magnóque in honore ejus virtutes habéret. Conspicuas tamen, quas ille obtulit, dignitátes, Dei servus, ne a divini verbi præcónio avocarétur, constantissime recusávit.

¶ Instans oratiōni, & ministério verbi, horabátur omnes in proposito cordis permanere in Dómino. \* Quia erat vir bonus, & plenus Spíritu Sancto.

¶ Et apponebátur multa turba Dómino. Quia erat &c.

## Lección V.

Régiis illum eleemosynis in páuperes erogándis præfectum, Joánná regína consciéntiae sibi moderatórem adscívit. Cum autem Wencesláus ab officio institutóque deceßisset, atque in vícia præceps abriperétur; piæ vero cónjugis obtestationes, & mórita graváte ferret, conténdere anfus est, ut in sacramentáli judicio crèdita reginæ arcána sibi a Joanne panderéntur. At Dei minister blanditiis pri-mum, torméntis deinde, & càceris squalóre tentátus, nefáriæ regis cupiditati fórtiter ob-stitit. Furéntem tamen Wenceslái ánimum cum ab execrándo propórito nec humana, nec divína jura deterré-rent; suprénum agó-nem, quem instáre sibi athléta Christi növerat, populo in concione, de impendéntibus étiam

regni calamitatibus ad-mónito, non obscuré prænunciávit. Mox Bo-ieslaviam profectus ad Beátæ Vírginis imági-nem antiquo cultu céle-bre, cœlesté præsidi-um ad certándum bo-num certámen efflúsis précibus implorávit. In-de vésperi reverténtem in pervigilio Do-minicæ Ascensionis rex e fenestra conspi-catus arcéssit, cumque vehementius urgé-ret, & próximam in aquis, si obluctari pér-getet, submersiónem intentáret, Joánnes invicta constántia terró-res, miñásque refutávit. Itaque regis im-pério in Moldávam flu-men Pragam intérflu-ens noctu dejéctus, il-lústrem martyrii corónam est consecútus.

**R.** Dispérfit, dedit paupéribus: \* Justitia ejus manet in sæculum sæculi.

**X.** Beátns qui intél-

igit super egēnum, &  
páuperem. Justitia e.  
jus &c.

## Lección VI.

Sacrilegum fácinus  
clam patrátum, &  
martyris glóriam in-  
signe prodigium divi-  
nitus patefecit. Ubi e-  
nime exánime corpus  
secúndo flúmine vehi  
cœpit, ardentes faces,  
aquis supernatantes, &  
discurréntes apparue-  
runt. Quámobrem ex  
aréna postridie mane  
corpus elátum, Canó-  
nici deinde, regis iram  
nihil timentes, in me-  
trópolitánam ecclesiam  
solémni pompa intulé-  
runt, & sepulturæ man-  
dárunt. Cum autem in-  
dies invicti sacerdótis  
memória miraculis, &  
máxima fidélium, eo-  
rum præcipue, qui fa-  
ma periclitantur, vene-  
ratione créseret; post  
annos demum amplius  
trecentos, in iurídica  
recognitione corporis,  
quod sub humo tamdiu

jacuerat, lingua ejus  
incorrúpta, & vivida  
repérta est: quæ sexto  
post anno judicibus a  
Sede Apostólica dele-  
gatis exhibita, novo  
prodígio repente intu-  
muit, & subobscúrum  
rubórem in purpúreum  
commutávit. His ita-  
que, aliisque signis rite  
probatis, Benedictus  
décimus tertius Ponti-  
fex Maximus die déci-  
ma nona mensis Mártilii  
anno salútis millésimo  
septingentésimo vigési-  
mo nono primum hunc  
sacramentalis sigilli af-  
fertórem, arcáni fidem  
sanguine obsignántem,  
Sanctórum Mártirum  
catálogo adscrípsit.

¶. Ego scio, quóniam intrábunt post dis-  
cessiónem meam lupi  
rapáces in vos, non  
parentes gregi: \* Prop-  
ter quod vigiláte.

¶. Et ex vobis ípfis  
exúrgent viri loquén-  
tes pervérsa, ut abdú-

caat discípulos post se.  
Propter quod &c.

Gloria &c. Propter  
quod &c.

*In III. Nocturno.*

*Ant.* Igne me exami-  
násti, & non est invén-  
ta in me iniquitas.

*Ant.* Aquæ multæ  
non potuerunt extin-  
guere charitatem, nec  
flúmina óbrucent illam.

*Ant.* Transfívi per ig-  
nem, & aquam, & edu-  
xisti me in refrigerium.

℣. Dixi: Custódiam  
vias meas.

℟. Ut non delinquam  
in língua mea:

Léctio sancti Evangelii  
secundum Matth.

*Lect. VII. C. II. V. 2.*

**I**n illo témpore: cum  
audíisset Joánnes in  
viculis ópera Christi,  
mittens duos ex discí-  
pulis suis, ait illi: Tu  
es, qui venturus es,  
an alium expectámus?  
Et reliqua.

Homilia Sancti Gre-  
gorii Papæ.

*In Evang. Homil. 6.*

**D**imissis Joánnis discí-  
pulis, quid de eó-  
dem Joánuē turbis di-  
cat, audiámus. Quid ex-  
istis, vidére in desérto?  
Arúndinem vento agi-  
tátam? Quod vidélicet,  
non asseréndo, sed ne-  
gándo intulit. Arúndi-  
nem quippe mox, ut  
aura contígerit, in par-  
tem álteram infleítit.  
Et quid per arundinem,  
nisi carnális ánimus de-  
signatur? qui mox, ut  
favóre, vel detractiō-  
ne tangítur, in partem  
quámlibet inclinátur.  
Si enim ab humáno ore  
aura favóris fláverit,  
hilaréscit, & extólli-  
tur: sed si inde ventus  
detractiōnis erúperit,  
unde aura laudis ve-  
niébat, mox hunc quasi  
in partem álteram ad  
vim furóris inclinat.

℟. Cum corriperétur ab  
illo de omnibus malis,  
quæ fecit rex, adjécit,  
& hoc. \* Et inclúsit Jo-  
ánnem in carcere.

¶. Labóro usque ad  
víncula, quasi male ó-  
perans; sed verbum  
Dei non est alligátum.

Et inclúsit &c.

### *Lectio VIII.*

Sed arúndo agitáta  
vento Joánnes nou-  
erat; quia hunc nec  
blandum grátia, nec  
cujúslibet detractiónis  
ira ásperum faciébat;  
nec próspera hunc erí-  
gere, nec advérsa nó-  
verant inclináre. A-  
rúndo ergo vento agi-  
táta non erat, quem  
a status sui rectitudi-  
ne nulla rerum varie-  
tas inflectebat. Discá-  
mus ergo, fratres cha-  
rissimi, arúndo vento  
agitáta non esse: soli-  
démus ánimum inter  
auras linguárum pósito-  
rum: stet inflexibilis  
status mentis. Nulla  
nos detractio ad i-  
ram próvocet, atque  
ad remissiónem inútilis  
gratiæ nullus favor in-  
clinet. Non nos prós-  
pera éllevant, non ad-

vérsa pertúrbent: ut  
qui in soliditatē fidei fi-  
gimur, nequáquam re-  
rum transeúntium mo-  
bilitate moveámur.

¶. Réddidit Deus ju-  
sto mercédem labórum  
suórum, & dedúxit il-  
lum in via mirábili. •  
Et fuit illi in velamén-  
to diéi, & in luce stel-  
lárum per noctem.

¶. Transvéxit illum  
per aquam nímiā, ini-  
micos autem illius de-  
mérisit. Et fuit &c.  
Glória &c. Et fuit &c.

### *Lectio IX.*

A dhuc autem de ejus  
expressione subjún-  
gitur: Sed quid exístis  
vidére in desérto? ho-  
minem móllibus vesti-  
tum? ecce qui móllibus  
vestiúntur, in dómibus  
regum sunt. Cameló-  
rum enim pilis, ut sci-  
tis, vestitus Joánnes  
fuisse describitur. Et  
quid est dícere: Ecce  
qui móllibus vestiún-  
tur, in dómibus re-  
gum sunt; nisi apérta

Ce

sententia demonstrare: quia non cœlesti, sed terréno regi militantii, qui pro Deo pérpeti áspera fúgiunt, & solis exterióribus déditi, præséntis vitæ molli-tiem, & delectationem quærunt?

Te Deum.

*Ad Laudes. et per Horas.*

*Ant.* Interrogábat eum rex multis sermónibus; at ipse nihil illi respondébat.

*Ant.* Rex dixit: Ne abscondas a me verbum, quod te intérrogo. Dixi: Secréturnum meum mihi, secrétum meum mihi.

*Ant.* Affirmábat rex, se divitem, & beatum factúrum. Non obé-dio præcépto regis, sed præcépto Legis, quæ data est nobis.

*Ant.* Tunc rex accén-sus ira, in hunc super omnes crudelius desæ-viit.

*Ant.* Beatus, qui língua sua non est lapsus,

& qui non servívit in-dignis se.

*Capitulum. Eccl. 21. 28.*

**L**ábia imprudéntium stulta narrábunt; verba autem pruden-tium statéra pondera-búntur: in ore fatuo-rum cor illótum: & in corde sapiéntium os il-lorum. **R.** Deo gratias.

*Hymnus.*

\* **V**ix in sepúlchro cóndi-tur,  
Signis Joánnes próditur;  
Per crátium repágula  
Intérmicant mirácula.

\* Hic ejus hostes illico,  
Pudóre mœsti píblico,  
Ultrice dextra Núminis,  
Poenas repéndunt críminis.

\* Hinc damna rerum flé-tibus,

Famæve conqueréntibus,  
Abdúcta res revértitur,  
Abláta fama rédditur.

\* Hic corpus ægritúdines,  
Tempus vicissitudines,

Periculum secúritas,  
Mortem fugit mortálitas.

\* Hic viva língua mártiris,  
Sed muta, voce sanguinis  
Clamans, ut Abel, im-probat,  
Regique crimen exprobrat.

\* Unius o da Trinitas,  
Triumque simplex Unitas,  
Ut qui Joánni supplicant,  
Id impetrant, quod flagi-  
tant. Amen.

¶. Pófui ori meo cu-  
stódiam.

R. Cum consisteret  
peccátor adversum me.  
*Ad Benedictus.*

Ant. Quicunque glo-  
rificáverit me, glorifi-  
cabo eum: qui autem  
contémnunt me, erunt  
ignobiles.

*Oratio.*

Deus, qui ob invictum  
Beáti Joánnis sacra-  
mentale siléntium, no-  
va Ecclesiam tuam  
martyrii coróna deco-  
rásti; da, ut ejus exem-  
pto, & intercessione  
ori nostro custódiam  
ponéntes; beátis, qui  
língua non sunt lapíi,  
adnumerémur. Per Dó-  
minus nostrum &c.

*Ad Tertiam.*

Ant. Rex dixit.

Capit. Lábia.

R. breve: Sacramén-  
tum regis \* Absconde-

re bonum est. Sacra-  
mentum &c.

¶. Opera antem Dei  
revelare honoríficum.  
Abscondere &c. Glória  
&c. Sacramentum &c.

¶. Pone Dómine, cu-  
stódiam ori meo,

R. Et óstium circum-  
stántiæ lábiis meis.

*Ad Sextam.*

Capit. Eccl. 28. 28.  
Sepi aures tuas spinis:  
línguam nequam no-  
li audire, & ori tuo fá-  
cito óstia, & seras.

R. breve: Pone Dó-  
mine, \* Custódiam ori  
meo. Pone &c.

¶. Et óstium circum-  
stántiæ lábiis meis. Cu-  
stódiam &c. Glor. &c.  
Pone &c.

¶. Dixi: Custódiam  
vias meas.

R. Ut non delinquam  
in língua mea,

*Ad Nonam.*

Capit. Eccl. 28. 29.  
A urum tuum, & ar-  
géntum tuum con-  
fla, & verbis tuis fáci-  
to statéram, & frænos

ori tuo rectos: & attén-  
de, ne forte labáris in  
língua.

**R.** breve. Dixi: \* Cu-  
stódiam vias meas. Dixi

¶. Ut non delínquam  
in língua mea. Custó-  
diam &c. Gloria &c.  
Dixi &c.

¶. Pósui ori meo custó-  
diam. **R.** Cum consísteret  
peccátor adversum me.

In 2. Vesp. ut in primis.  
*Ultimus Pjal.* Credidi.

#### Hymnus.

\* Jam fasces lictor ferat,  
& minántem  
Jam ferox ensem, rabi-  
dumque tortis  
Vinculis ferrum, sacra ni-  
facérdos

Abdita pandat:  
\* Séntiet vires, animæque  
magnæ

Pródigum pectus: violén-  
tus ira

Non quatit recti sólida te-  
nacem

Mente satélles.

\* En ruit præceps tumulá-  
tus unda

Martyr, & fluctu plácido  
filéntem

Náufragus línguam meliò-  
ris ævi

Servat in usum.

\* At superjectæ fácili na-  
tantes

Amne discúrrunt, rutilánt.  
que circa

Mártyrem flammæ: bene  
gesta plaudens

Ornat olympus.

\* Ornat & línguam, rósei  
instar ignis,

Vividam servans, & ad.  
huc rubéntem,

Indicat, quænam fúerit  
tacéntis

Grátia línguæ.

\* Sit decus Patri, genitæ.  
que Proli:

Spiritum laudent, ab ut.  
róque puris

Qui calet flammis, sine  
fine psallens

Orbis utérque. Amen.

¶. Posui ori meo cu-  
stódiam.

**R.** Cum consísteret  
peccátor adversum me.

#### Ad Magnificat.

**Ant.** In conspéctu po-  
téntium admirábilis  
ero: facies principum  
mirabúntur me: tacéntem  
me sustinébunt;  
& loquéntem me re-  
spícient.

**Oratio**, Deus, qui ob.  
invictum &c. ut supra.

XVII. MAJI.

S. Máximæ, Virg.

Duplex.

*Oratio:* Exaudi, de  
communi Virg.

*In I. Noct. Lect. de  
script. occur.*

*In II. Noct. de eodem  
communi 2. loco.*

*In III. Noct. vero ibid.  
1. loco.*

XXI. MAJI.

S. Felicis a Cantalicio

Conf. Semidup.

*Omnia de communi Conf  
non Pont. preter ea, quæ  
hic sequuntur.*

*In hymno:* Iste confes-  
sor, mutatur 3. versus.

*Oratio:* Fac nos Dó-  
mine Jésu, in simplici-  
tate & innocéntia cordis  
nostrí ambuláre; qua-  
rum amóre de finu mat-  
ris inter beáti Felicis  
confessóris tui bráchia  
descendísti; qui vivis  
et regnas cum Deo Pat-  
re etc.

*In I. Nocturno Lect.  
de Script. occur.*

*In II. Nocturno.*

*Lectio IV.*

Felix a Cantalicio  
in Sabiniis humilibus,  
sed piis paréntibus na-  
tus, a púero pascéndis  
gregibus, mox et agro  
coléndo addictus multo  
impénsius rerum cœlé-  
stium meditatióne áni-  
mam nutriri, et cor-  
pus assiduis vigiliis do-  
máre cœpit: eremiti-  
cam agens vitam pótius,  
quam rústicam. Ferventiore autem in-  
Deum pietate incénsus,  
cum non posset quotí-  
die, ut optábat, sac-  
ris mystériis interésse,  
grege ad loca solitaria  
compulso, ipse ante  
crucem árborum certi-  
cibus incisam diu orá-  
re, seque áriter fla-  
gelláre consuéverat:  
sed & aliquando glebas  
in agro vértere, simúl-  
que sacrís in templo  
adésse visus est. Ali-  
as inter arándum a fu-  
réntibus, quos junxe-  
rat, indómitis juvén-

cis, humi stratus, & arátro superducto plane proscindendus, lacrata duntáxat veste, surréxit illæsus. Quo periculo ut ad tutiorem reguláris disciplinæ palaestram vocanti jam pridem Deo paréret, admónitus, rustica suppellectili paupéribus distribui jussa ad Fratres Minores, quos Capucinos vocant, propere se contulit.

¶ Honéstum fecit.

### *Lectio V.*

**A**d huc tyro, ne cum vota solémnia professus, religiósæ perfectionis ápicem jam attigisse videbatur. Obediéntiæ sedulus cultor, ad præcipiéntis non modo verbum, sed etiam nutum præsto fuit: seque cœnobii jumentum dicitans vilissima quæque ministéria semper arrípuit: ac ludibria & contumélias hilari vultu excipiébat. Paupertatis quam ei-

set studiósus, illústri documénto Deus ipse declarávit; ostiátim enim per vicos & platéas, aléndis fratribus mendícans (quod ille munus per annos quadraginta nudis fere semper pédibus obivit) cum dñe quadam iniustato póndere se óppri mi sentíret, manticam ferutatus, injectum clam nummum deprehéndit: quo projecto, nec sine indignatione proculcato, alacer & levis inde abiit. Cästitatem, quam usque ad óbitum servavit illibatam, sanctus cörpore & spiritu, a Paulo quinto propterea appellatus, vigili oculorum custódia, & voluntario cörporis cruciátu communívit; aspérrimo flagello se quotídie cruéntans, ac fereo cilicio constrictus, septem etiam urbis basilicas idéntidem visitans, jejúnia órdinis

inédia quaudóque cu-  
mulàvit. Lectus ejus dolóris pótius; quam quiétis erit, brevem quippe somnum flexis nuda super tábula géni- bus, ac fasce sarmen- torum cápti suppólito, carpébat.

&. Amávit eum &c.

### Lectio VI.

**V**itæ austéritatē sibi asper, áliis charus accéptusque, Sanctis præsertim Cárolo, & Philíppo Nério, simplicitatē atque inno- cēntia semper fuit. In oratione pernóctans dulcissimam frequénter éxtasim est passus: & aliquando in ulnis suis reclinátum a Vírgine Matre puerum Jesum suavissime complécti mérit; prophetiæ grá- tia & miraculórum clá- rus demortuum etiam filium matri vivum re- stítuit. Méritis tandem ia bona senectute cù- mulátus, secúnda (ut

prædixerat) férias Pen- tecóstes, ad cæléstem pátriam, Deípara invitante lætus abiit, E- jus corpus in Ecclesiá sui Ordinis summa ur- bis veneratiōne colitur; Dómino crebris mira- culis servi sui sanctitá- tem illustránte, quem propterea Urbanus Pa- pa octávus Beatórum, Clemens vero undéci- mus Sanctórum fastis adscripsit.

& Iste homo perfécit.  
*In III. nocturno.*

**Lectio sancti Evange- lii secundum Matthæum.**

### Lectio VII.

**I**n illo tempore respón- dens Jesus dixit: Con- fiteor tibi Pater, domi- ne cœli & terræ, quia abscondisti hæc a sapi- entibus, & revelasti ea párvulis. Et reliqua.

**Homilia Sancti Augu- stini Episcopi.**

**O**maia sæva, & im- mánia prorsus faci-

lia, & prope nulla efficit amor. Quanto ergo certius, ac facilis ad veram beatitudinem charitas facit, quod ad misericordiam, quantum potuit, cupiditas fecit! quam facile toleratur quaelibet adversitas temporalis, ut aeterna poena vitetur, aeterna requies comparetur! non immrito ille vas electonis cum ingenti laetitia dixit: Non sunt condignae passiones hujus temporis ad superventuram gloriam, quae revelabitur in nobis. Ecce, unde illud jugum suave est, & sarcina levis; & si angusta est paucis eligentibus, facilis tamen omnibus diligentibus. Dixit Psalmista: Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras.

**R.** Iste est, qui ante, &c.

### Lectio VIII.

**S**ed quae dura sunt laborautibus, eisdem

iplos mitescunt amantes. Propter quod ita divinæ pietatis dispensatione actum est, ut interior homo, qui renovatur de die in diem, non adhuc sub lege positus, sed jam sub gratia exoneratus sarcinis innumerabilium observationum, quod erat re vera grave jugum, sed duræ cervici convenienter imposatum, facilitate simplificis fidei, & bonæ spei, & sanctæ charitatis, quidquid molestiarum exteriori homini fornicatus intulisset ille princeps, qui missus est foras, interiori gaudio fieret leve.

**R.** Sint lumbi vestri.

### Lectio IX.

**N**ihil enim tam facile bonæ voluntati est, quam ipsa sibi, & haec sufficit Deo. Quantumlibet ergo saeviat iste mundus, verissime Angeli, nato in carne Domino, clamaverunt:

**Glória in excélsis Deo,**  
**& in terra pax homíni-**  
**bus bonæ voluntatis.**  
**Quia ejus, qui natus**  
**erat, suave jugum est,**  
**& fárcina levis. Et sic**  
**ut dicit Apóstoli: Fi-**  
**délis Deus, qui nos non**  
**sinit tentári supra id,**  
**quod pòssumus ferre,**  
**sed facit cum tentatio-**  
**ne étiam éxitum, ut**  
**pòssimus sustinére.**

Te Deum laudámus.

**XXII. MAJI.**

**S. Ubáldi Ep. Conf.**

*Semiduplex.*

*Omnia, ut 16. Maji  
in breviario.*

**XXIX. MAJI.**

**S. Máximi Ep. Mart.**

**Ecclesiæ Cathedr. Pat-**  
**róni. Dup. majus.**

*Oratio: Deus, qui nos,  
de communi unius Mart.*

*Lectiones I. Noct. A Milé-  
to. Lect. II. Noct. de comm.  
Mart. I, loco temp. pasch.*

*Lect. III. Noct. de eodem  
comm. 2. loco.*

*Omnia Respons. de eodem.*

**XXX. MAJI.**

**Inventio Manus déxte-**  
**ræ S. Stéphani, Regis**  
**Hungáriæ. Dup. minus.**

*Festum pro ditionibus Sere-*  
*nissimæ Domus Austriacæ.*

*Ad I. Vesperas.*

*In Hymno dic. Méruit*  
*suprémos.*

*Ad, Magnificat, in ut-*  
*risque Vesp.*

*Antiphona: Dispérfit,*  
*dedit paupéribus: justi-*  
*tia ejus manet in sæcu-*  
*lum sæculi.*

*Oratio: Deus, qui es*  
*Sanctórum tuórum*  
*splendor mirabilis; qui-*  
*que hodiérrna die Beá-*  
*ti Stéphani regis, et*  
*confessóris tui glorió-*  
*sam déxteram revelá-*  
*sti; da nóbis fámulis*  
*tuis de ejus semper pro-*  
*tectione gaudére. Per*  
*Dóminum nostrum Je-*  
*sum Christum.*

*In I. Noct. Lect. Beatus vir &c. ut in eodem communi 2. loco*

*In II. Nocturno.*

*Lectio IV.*

**I**nter cætera Divinæ potentiæ miracula, quibus famuli sui Stéphani sanctitatem illustrare Deus voluit, illud præcipue éminet, quod venerandis ejus reliquiis elevatis, ac cæteris membris resolutis, sola manus dextra miro pietatis Dei munere integra, & ab omni corruptione immunis deprehensa fuerit. Quo scilicet novi miraculi indicio prolixam sancti regis tum in ecclesiis, & locis pii fundandis, instruendisque, tum in sublevandis egénis, atque pauperibus largitatem in terris glorificare Deus voluit: & immarcescibilem gloriæ coronam illi jam retributam in cœlis non obscurè denunciavit.

R. Honestum fecit.

*Lectio V.*

**S**inguláris profecto fuit ejus cháritas in peregrinos, in quibus Christi Dómini Salvatoris imáginem devotum mentis afféctu suspiciens, incredibile dictu est, quanta eos suscepérat alacritate, fovevit benignitate. Quotquot enim vel Hierosólymas ad sepúlchrum Dómini, vel Romam ad Apostolórum Hymna per Hungáriam iter suum instituérunt, eos omnes, ut fratres excipere, opportunisque subsidiis juvare studebat. Quia ejus humanitate provocati cujuscunque conditionis peregríni, omisso itinere, quod ante mari tenébant, terrestrem Hungárici regni viam suscepérunt. Hanc autem charitatem, ut fáceret perpetuam, tam Romæ, quam Constantinópoli,

ac Hierosólymis pro peregrinis excipiéndis constituit hospítia opmis instrúcta redítibus.

**R.** Amávit eum.

### Lectio. VI.

**M**ulta quidem, ac magna fuére pietatis, & misericordiae ópera, quæ Sanctus palam, & pùblice fecit: in id tamen toto ani- mi conatu intendébat, ut præcéptum Domini adimpléret, dicentis: *Te autem faciente Eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextra tua.*

Hinc solemne ei erat noctúrnas vigílias lávandis Christi fidélium pèdibus, & abscondéndis in sinu pàuperum eleemosynis impéndere. Quæ charitatis officia dum solus, & ignótus expléret, non semel injúrias, ac contumélias invicto, hilariqué animo tolerávit. Hujus itaque misericordiæ, & benignitá-

tis mérito sancti viri déxteram inter cætera offa diu quæsítam, & non invéntam, ac tandem singulári Dei benefício incorrúptam re-pertam beatus Ladi-laus Hungáriæ rex in basili- cam, quam largo sump- tu, & ditissimo apparátu instaurávit, in magna Episcopórum, & optimátum frequéntia inférri, ac honorifice locári curávit. Cujus rei anniversáriam memóriam ex véteri in- stituto hodiérana cele- britáte recólimus.

**R.** Iste homo.

### In III. Nocturno.

Lectio Sancti Evange- lii secundum Lucam.

### Lectio VII. Luc. 12.

**I**n illo témpore dixit Jesus discípulis suis: Nolite timére pùllus grex, quia complácuit Patri vestro dare vobis regnum, & reliqua.

**Homilia Sancti Fulgentii Episcopi.**

**Ex Sermone de Confessoribus.**

**S**i non omnes possunt implere, quod Dominus ait: *Vendite, quæ passidetis*, illud tamen, quod adjecit dicens: *Date eleemosynam*, omnibus est possibile, si non adsit dira cupiditas, omnibus salubre, si ferveat charitas, cunctis debet esse communne, ut omnibus donetur æterna felicitas; qui ergo tantam virtutem accepit a Domino, ut omnia, quæ in mundo sunt, cœlestis regni amore contemnat, quæ habet, vendat, & egensis expendat: qui vero tantæ virtutis nondum est, de his, quæ habet, in quantum habet, eleemosynam faciat.

**¶. Iste est.**

**Lecho VIII.**

**P**erfæctus possideat primum virtutis locum; imperfectus saltem perveniat ad secundum. Efficiatur ille gloriouse dignus; sit iste sanctorum pauperum piissimus consolator: habeat iste apud Deum patronos pauperes; quos ille se gaudet virtutis habere consortes; sit ille talis, qui cum Domino judicatus sedeat; sit iste talis, qui ad dexteram judicandus assistat; sit ille talis, qui æterna tabernacula perpetuo jure possideat; sit iste talis, quem ille recipiat. \* Thesaurum nostrum fratres, in cœlis ponamus, ut etiam cor nostrum in cœlis habere possumus. Necesse est enim, ut quo præcesserit dilectionis thesaurus, illuc etiam cogitationis sequatur affectus. Ideo veritas ait: *Ubi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum*

rum erit; ut ergo in cœlis thesaurizémus, cœlestia diligámus. Vis nosse, ubi thesáurizas? atténde, quid amas: vis nosse, quid amas? atténde, quid cōgitas; ita fiet, ut thesáurum tuum judicio tuæ cogitationis intelligas.

*R. Iste est.*

*Leclio IX.*

*Regulariter debet esse de S. Felice, si tamen hoc Festum tránsferri contingret, dividatur Lecl. & va. in duas, in illis verbis: Thesárum nostrum, fratres.*

*Ad Benedictus Ant. Stabilita sunt bona illius in Domino, & elemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum.*

*Oratio. Deus, qui es Sanctorum &c.*

**XXXI. MAJI.**

**Ss. Cenciáni et Sociór.**

*Martyr. Duplex majus.*

*Oratio.*

*Præsta, quæsumus, omnipotens Deus; ut*

pópulus tuus ad plenæ devotionis afféctum Beatórum martyrum Cenciáni & sociórum ejus natalitiis præparétur; & eorum patrocínio promerénte beátæ cápiat securitatis augmentum. Per Domínum &c.

*In I. Noct. Lecl. Fratres, debitores.*

*In II. Nocturno.*

*Leclio IV.*

**C**enciánus præclára Aniciórum progénie, Christiána fide longe præclárior evásit. A pueritia sub Prothi viri sanctissimi discipliná instructus, neglecto avitárum dignitatum fastu elégit magis affligi cum pópulo Dei, quam temporális peccati habére jucunditatem. Quapropter virtute non minus, quam ætate proficiens, Diocletiáno, & Maximiáno imperatóribus, in Christiános nefarie sævién-

tibus, fidem, quam corde & ore profitebatur, ut opéribus etiam comprobáret, opulentissimo divéndito património pecúniām omnem in Christianos, inópia laborantes, distribuit, plurimósque servos, quos domi alébat, sacro ablutos baptisma te, libertate donavit. Ut vero cæteris etiam fidélibus, in váriis Italiæ provinciis sub immanitatem persecutiōnis geméntibus, esset subfido, allúmptis peregrinatiōnis sōciis Cancio fratre, Cancianilla ac Protho paris propōfici, ac fidei consorti bus, regiones varias perlustràvit.

R. Lux perpétua.

*Lectio V.*

Cum autem Aquilé jam advenisset, & quanta pridem passus fuit Christi athléta, Chrysógonus accepisset ardentiōri charitatis flamma succénsus cœpit

clam hortári omnes, ut in propórito fidei permanerent; ac noctu vīsitans eos, qui vinclī in custodiis tenebántur, ad asperrima quæque pro Christo perferénda ignitis sermonibus animabat. Et cum mox adversus omnia perficula impetrératus, pa- iam cœpisset annunciarē JESU Christi fidem, magna facta est virorum, ac mulierum accessio ad illam profiténdam, dante Deo, ut signis acque prodigiis verbum Dómini confirmarétur; nam Cancianus leprósos & a dæmonibus vexátos curábat, cœcis visum, ægris sanitatem imperiebatur.

R. In servis suis.

*Lectio VI.*

Quibus auditis Dulcidius præses, ejusque colléga Sisinius Cancianum, ejusque sōcios Christo renunciare frustra jubent: torménta

tamen in ipsos propter eximiam generis nobilitatem non nisi imperatorum mandato exhibere sunt ausi. Missis igitur, qui referrent, quod evenerat, ad hujusmodi nuncium exandescentes confestim rescribunt, gloriiosos Christi confessores, ni diis sacrificant, capite plectendos. Quare Sisinius collecta spiculatorum manu ipsos super rheda abeuntes insequitur, comprehenditque eodem in loco ad aquas gradatas, ubi Chrysogonus martyrii cursum feliciter consummaverat. Tunc gloriosi athletae elevatis ad cœlum manus, & psallentes, & gratias agentes Deo, seseque invicem confortantes flexis genibus deprecabantur: Domine JESU Christe, Deus omnipotens dirige sanctum Angelum tuum ad auxilium nostrum, ut

confundantur omnes, qui adorant sculptilia; ac deinde impavidi pridie calendas Junii saceras cervices ferro praecidendas constantissime obtulerunt: quorum corpora Zeno presbyter aromatibus condita prope ejusdem sancti Chrysogoni sepulchrum tumulavit.

R. Filiæ Jerusalēm.  
In III. Noct. Evang. Ego sum vitis, vos.

V. 8. Hæc est vera fraternalitas.

#### IV. JUNII.

S. Quirini Ep. M.

Dupl. x

*De communi unius Mart.*

In I. Noct. Lect. de script. curr.

*In II. Nocturno.*

*Lectio IV.*

Quirinus, Sisciæ in illyrico Episcopus cum pastoralis officii munus explens, de Ecclesia optime mereretur, facile ódium gentilium in se ex-

citavit. Igitur sub Galerio prælide, qui eas tum regiones administrans, in Christianos acerrime sæviébat, comprehénditur: cum vero nulla vi tormentorum adduci posset, ut fidem abnegáret, nec desíueret idolis contemptis Christum confiteri, morti addicitur.

R. Honestum fecit illum Dóminus, & custodívit eum ab inimicis, & a seductóribus tutávit illum: \* Et dedit illi claritatem æternam.

V. Descendítque cum illo in foveam: & in vínculis non derelíquit eum. Et dedit.

*Vel tempore Paschali.*

R. Lux perpétua lucebit sanctis tuis Dómine, \* Et æternitas temporum, alleluja, alleluja.

V. Lætitia sempiterna erit super capita eorum: gádium, & ex-

ultationem obtinébunt. Et æternitas.

*Letio V.*

Ergo molári lápide ad collum alligato, in flúvium e ponte præcipit. Verum supponente Dómino manum suam, ingénti miraculo factum est, ut non modo sub ipso ponde re non mergeretur, sed lápidem etiam aquis supérnatans, ne ad imatenderet, quodammodo retinéret. Compléverant ripas Christiáni, quos cum timore pertéritos animadvertisset, ex ipso, in quo fluitábat, amne hortátus impénse est, ne profide mortem, quæ immortalitatem parit, jactúram arbitraréntur.

R. Desidérium animæ ejus tribuísti ei Dómine, \* Et voluntate labiorum ejus non fraudásti eum.

V. Quóniam prævenisti eum in benedictionibus dulcédinis: po-

suisti in capite ejus corónam de lápide pretioso. Et voluntáte.

*Vel tempore Paschali.*

R. In servis suis, al-  
Jelúja, \* Consolabitur  
Deus, allelúja.

℣. Judicábit Dómi-  
nus pópulum suum, &  
in servis suis. Conso-  
lábitur.

*Lectio VI.*

Dénique cùpiens dis-  
sólvi, & esse cum  
Christo, convérsus ad  
Dóminum, orávit, ut,  
quóniam jam satis eo  
prodígio glóriam suam  
gentibus manifestáve-  
rit, ipsum tandem cór-  
poris vínculis solútum  
e vita abire permítte-  
ret. Eas inter preces  
spíritum Deo réddidit.  
Tum vero moláris la-  
pis, quem vivum non  
póterat, eum exáni-  
mem, quasi túmulo il-  
latírus secum demérsit.  
Sacrum corpus fidéles  
honorífice condidére.  
Ejus offa longo post  
tempore ad catacúm-

bas deláta sunt, ac de-  
inde ab Innocéntio se-  
cundo in basílica sanctæ  
Maríæ trans Ty-  
berim collocáta.

R. Stola jucunditatis  
índuit eum Dóminus:  
\* Et corónam pulchri-  
túdinis pósuit super  
caput ejus.

℣. Cibávit illum Dó-  
minus pane vitæ; &  
intellectus: & aqua sa-  
piéntiæ salutáris potá-  
vit illum. Et corónam.  
Glória Patri. Et co-  
rónam.

*Vel tempore Paschali.*

R. Fíliæ Jerúsalem,  
veníte, & vidéte márti-  
tyres cum corónis, qui-  
bus coronàvit eos Dó-  
minus, \* In die solem-  
nitatis, & lætitiæ, al-  
lelúja.

℣. Quóniam con-  
fortávit seras portárum  
tuárum, benedíxit fi-  
lios tuos in te. In die.  
Glór. In die.

*In III. No. Lect. de  
Homilia in Evangelium:*  
Si quis venit ad me,

*ex eodem communi. Vel Tempore Paschali Homilia in Evangelium: Ego sum vitis vera, ex communi Martyrum Temp. Pasch.*

## VI. JUNII.

Beati Bertrandi Patriarchae Aquilejensis Confess. *Duplex.*

*Omnia de communi Confessoris Ponificis exceptis iis, quæ sequuntur.*

### Oratio:

Deus, qui beatum Bertrandum pro Ecclesiæ suæ jûribus ad mortem usque certantem invicta pastorali fortitudine roborasti; praesta fidelibus tuis: ut ad pietatis, & religionis constantiam ejusdem informentur exemplis. Per Dominum nostrum &c.

*In I. Nocturno Lectio-nes de scriptura occurrente.*

*In II. Nocturno:*

*Lectio. IV.*

Bertrandus Patriarcha Aquilejensis,

natione Gallus, prope Cadircum in oppido Sancti Genesii, unde familiæ cognomen, nobilibus ortus parentibus, in sortem Domini vocatus, inter Canonicos Ecclesie Engolismensis Decanus fuit. Theologæ vero, ac juri Pontificio operam dedit eo successo, ut summum in utrâque Facultate gradum aisse, qui, & in académia Tolosana sacros canones interpretari meruerit. Mox Avenionem arcessitus auditoris Sacri Palatii munere decem & septem annos perfunctus est. His sicutur, aliisque nominibus præclare de Româna Ecclesia méritum Joannes vigesimus secundus ad Patriarchalem dignitatem evexit: qua suscepit Bertrandus in Italiâ veniens optimi pastoris formam exhibuit, partesque omnes diligentiss.

finie implévit. Dicē-  
cesānam Synodum fer-  
me quotānnis; concí-  
lia duo, Utini unum,  
àlterum Aquléjæ ex  
univérsa provincia co-  
égit: sermonibus ad  
clerum, ad Sanctimo-  
niáles, ad pòpulum,  
sanctissima in primis  
vivéndi ratione gre-  
gem sibi crèditum ad  
christiánam pietatem  
inflammabat.

**R.** Invéni David.

*Leffio V.*

Bonórum Ecclésiæ  
dispensátor fidélis,  
in páuperum usus ea  
largissime effudit, diu-  
tínæ potissimum fa-  
mis rémpore, quo e-  
suriéntes ad duo mil-  
lia singulis diébus sa-  
turásse litéris próditum  
est. Id quoque me-  
mória dignum refér-  
tur; quod nunquam ci-  
bum súmeret, quin  
prius in honórem duó-  
decim Apostolórum  
tótidem número pau-

peres suis ipse máni-  
bus aluisset. Utini duo  
eréxit monastéria. Æ-  
dem Sanctæ Mariæ,  
quæ nunc metropolitá-  
na est, & Canonicó-  
rum collégium auxit,  
ut conditóris loco ha-  
beátur. Forojuliénsis  
Ecclésiæ tranquillitá-  
consúluit: divínum in  
ea cultum piis largi-  
tionibus fovit; utque  
peculiáris Deiparæ Vir-  
gini honor statis préci-  
bus deferrétur, auctor  
fuit. Ad hæc repará-  
dis Ecclésiæ suæ jac-  
túris labóres innúme-  
ros, & longinqua vel  
in extréma senectíté  
itínera foscépit, a Ro-  
mánis aliquando Pon-  
tificibꝫ ablegátus ad  
reges, & magnos prín-  
cipes, quibus ob exí-  
miæ sanctitatis, & sa-  
piéntiæ opiniónem ac-  
ceptissimus fuit, sum-  
móque semper in ho-  
nóre hábitus.

**R.** Posui adjutórium.

## Lectio VI.

Cum divina id tém-  
poris humanaque  
ómnia funésto partium  
stúdio permixta, ac re-  
cēti schismate pertur-  
bata forent, Bertrán-  
dus inter eas procél-  
las Sancti Thomæ Can-  
tuariensis præsidium,  
exemplumque sibi pro-  
pôsuit, quo Ecclesiæ  
fue jura vel ipso sán-  
guine, si opus esset,  
fôrtiter tueretur; vo-  
tique compos effectus  
est. Redux enim e con-  
cilio Patavino, ubi  
contumeliis laceffitus  
non apéruit os suum,  
anno millésimo trecen-  
tésimo quinquagésimo  
die sexta Júnii in fac-  
tiosos hómines incidit,  
ac quinque vulnéribus  
confóllus, pro interféctóribus orans, præ-  
clára morte justitiæ co-  
rónam accépit. Cor-  
pus exánime ad Utí-  
nénses missum Canóni-  
ci sepúlcro tradunt an-  
te aram máximam.

Nicoláus vero Bertrán-  
di succéffor crebro per-  
motus cum indigená-  
rum, tum exterórum  
concúrsu ad beati viri  
sepúlerum, in arcam  
marmóream transferri  
curàvit, quam Bertrán-  
dus ipse, dum viveret,  
Sanctorum martyrum  
Hermagoræ & Fortu-  
nati gestis insculptam  
sacris eórum cinéribus  
excipiéndis servandis  
que paraverat. Públi-  
cum jam inde cultum  
ei delátum Clemens  
octávus rite probavit;  
auxitque Apostólicis  
literis Benedictus dé-  
cimus quartus. Ut au-  
tem ejus officium cum  
missa ab univérso cle-  
ro Goritiensis, & Uti-  
nensis Ecclesiæ cele-  
brarétur, Clemens dé-  
cimus tertius benigne  
concessit.

R. Iste est, qui an-  
te Deum.

In III. Nocturno.

Homilia in Evang.

Vigilàte, ex eodem com-  
muni 2. loco.

VII. JUNII.

S. Norbérti Ep. Conf.  
*Duplex.*

*Omnia, ut in brevia-  
rio die VI. Junii.*

IX. JUNII.

Ss. Primi et Feliciáni  
Mart. *Duplex.*

*Oratio propria in breviario.*

*In I. Noct. Lectiones de  
script. occurr. cum Resp.  
de communi plur. Mm.*

*In II. Noct. Lect. 4.  
prop. Primus et Feliciá-  
nus &c. R. sp. Sancti tui  
Lect. 5 Cui Primus &c.  
Resp. Vérbera. Lect. 6.  
Nemo est &c. de communi  
2. loco. Resp. Tanquam  
aurum.*

*In III. Nocturno.  
Léctio Sancti Evangé-  
lii secúndum Matth.  
Léctio VII.*

*Cap. II.*

*In illo tempore re-  
spóndens Jesus dixit:*

Confiteor tibi Pater,  
dómine cœli, & terræ,  
quia abscondisti hæc a  
sapiéntibus, & prudén-  
tibus, & revelasti ea  
párvulis. Et réliqua.

**Homilia Sancti Angu-  
stini Episcopi**

*Serm. 10. de verbis Domini.*

**Veníte ad me omnes,**  
qui laborátis. Quare  
enim omnes laborámus,  
nisi quia sumus hómines  
mortáles, frágiles, in-  
fírmi, lútea vasa por-  
tantes, quæ fáciunt ín-  
vicem angústias? Sed si  
angustiáncur vasa car-  
nis, dilaténtur spácia  
charitatis. Quid ergo  
dicit, Veníte ad me om-  
nes, qui laborátis, nisi  
ut non laborétis? Déni-  
que promissio ejus in  
promptu est, quóniam  
laborántes vocávit.  
Quærerent forte, qua  
mercéde vocati sunt.  
Et ego vos, inquit, refí-  
ciam. Tóllite jugum  
meum super vos, &  
díscite a me, non mun-

dum fabricare, non cuget i visibilia, & invisibilia creare, non in ipso mundo mirabilia facere, & mortuos suscitare; sed, Quoniam mitis sum, & humilis corde.

**R.** Propter testamentum Domini, & leges paternas sancti Dei persistente in amore fraternitatis. \* Quia unus fuit semper spiritus in eis, & una fides.

**V.** Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum. Quia unus.

### Lectione VIII.

**M**agnus esse vis? A minimo incipe. Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis? De fundamento prius cogita humilitatis. Et quantam quisque vult, & disponit superimpondere mollem aedificii; quanto erit majus aedificium, tanto altius fodit funda-

mentum. Et fabrica quidem cum construatur, insuperna consurgit: qui autem fodit fundatum, ad ima deprimitur. Ergo & fabrica ante celsitudinem humiliatur, & fastigium post humiliacionem erigitur.

**R.** Hæc est vera fraternitas, quæ nunquam potuit violari certamine; qui effuso sanguine secuti sunt Dominum: \* Contemnentes aulam regiam, pervenerunt ad regna cœlestia.

**V.** Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum. Contemnentes. Glor. Pat. Contemnentes.

### Lectione IX.

**Q**uod est fastigium construendæ fabricæ, quam molimur: quo per venturum est cacumen aedificii? Cito dico, usque ad conspicuum Dei. Videtis, quam excelsum est, quanta res est conspi-

cere Deum. Qui de-siderat, & quod dico, & quod audit, intelli-git. Promittitur nobis conspéctus Dei, veri Dei, summi Dei. Hoc enim bonum est, vi-déntem vidére. Nam qui colunt falsos deos, facile illos vident: sed eos vident, qui óculos habent, & non vident. Nobis autem promittitur víso Dei vivéntis, & vidéntis.

Te Deum laudamus.

## XV. JUNII.

Ss. Viti et Sociorum,  
Mart. *Duplex.*

*Oratio propria in breviario.*

In 1. Noct. *Lectiones de script. occurr. cum Rg. de communi. plur. Mm.*

In II. Noct. *Lect. 4. propr. Vitus ámodum. Resp. Sancti tui. Lect. 5. Quos ubi. Resp. Vérbera. Lect. 6. Nemo est, àe communi 2. loco. Resp. Tanquam aurum.*

*In III. Nocturno.*  
*Lectio sancti Evangélii secundum Lucam.*

*Lectio VII.*

*Cap. 10.*

In illo témpore: Di-xit Jesus discípulis suis: qui vos audit, me au-dit, & qui vos spernit, me spernit. Et réliqua.

Homilia Venerabilis Bedæ presbyteri.

*Lib. 3. in Luc. 10. cap. 42. paulo ante finem.*

Ut in audiéndo quis-que vel spernéndo Evangelii prædicatóre non viles quasque per-sonas, sed Dóminum Salvatórem, immo ip-sum Patrem spérnere se, vel audire disceret, ait: Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit, qui autem me spernit, spernit eum, qui me misit. Quia procul díbio in discípulo magíster au-dítur, & in filio pater honorátur. Poteſt & ita intelli-gi: Qui non facit misericórdiam uni

de fratribus meis míni-  
mis , nec mihi facit ,  
qui & ipse pro his for-  
mam servi , & páupe-  
ris hæbitum tuscépi.

**R.** Propter testamén-  
tum Dómini , & leges  
patérnas sancti Dei per-  
stiterunt in amore fra-  
ternitatis . \* Quia unus  
fuit semper spíritus in  
eis , & una fides .

**V.** Ecce quam bonum  
& quam jucundum  
habitare fratres in u-  
num. Quia unus.

### Lectio VIII.

**R**evérsi sunt autem  
septuaginta duo  
cum gáudio dicentes :  
Dómine etiam dœmó-  
nia subjiciuntur nobis  
in nōmine tuo. Bene  
quidem conféssi sunt,  
deferentes honórem  
nōminis Christi ; sed  
quia infírma adhuc fide  
gaudébant in virtuti-  
bus , vide , quid áudi-  
unt. Et ait illis: Vi-  
débam Sátanam sicut  
fulgur de cœlo eadén-  
tem. Non modo vídeo,

sed prius vidébam ,  
quando córruit. Quod  
autem ait: Sicut fulgur,  
vel præcipitem de  
supérnis ad ima lapsum  
significat , vel quia de-  
jéctus adhuc transfigú-  
rat se in Angelum lucis.  
**R.** Sancti mei , qui  
in carne pósiti certá-  
men habuistis : \* Mer-  
cédem labóris ego red-  
dami vobis.

**V.** Veníte benedicti  
Patris mei , percipite  
regnum. Mercédem.  
Gloria Patri. Mercé-  
dem.

### Lectio IX.

**E**cce dedi vobis pote-  
státem calcándi su-  
pra serpentes , & scor-  
piónes , hoc est , omne  
genus immundórum spi-  
rituum de obséffis  
corpóribus ejiciéndi.  
Quamvis & ad litte-  
ram rectissime possit  
áccipi : siquidem & Pau-  
lus a vípera invásus ni-  
bil advérsi pátitur. Hoc  
sane inter serpentes ,  
qui dente , & inter scor-

piónes, qui cauda nocent, distare ábitrō: quod serpentes apérte s̄æviéntes, scorpiones cláculo insidiántes, vel hómines, vel dœmones signíficent. Serpentes, qui inchoándis virtútibus veuénā pravæ persuasiónis objiciunt: scorpiones, qui consumimátas virtutes ad finem vitiare conténdunt. Verúmtamen in hoc nolite gaudére: quia sp̄itus ejscere, sicut & virtutes álias fácerē interdum non est ejus mériti, qui operatur, sed invocatio nōminis Christi hoc facit.

Te Deum laudamus.

Nota: Hœ lectiones desumptæ sunt ex Octavar. Rom. Edit. Ven. de anno 1719. pag. 159. Ceterum concordat Evangel. officii cum Evangelio missœ.

## XVI. JUNII.

S. Joánnis Francisci Regis, Confessoris Dupl.

*Omnia de communi Con-*

*fessoris non Pontificis,*  
*præter ea, quæ sequuntur.*

*In Hymno dic. Mer supr  
Oratio.*

Deus, qui ad plúrimos pro salúte animarum perferéndos labores beatum Joánnem Franciscum confessorem tuum mirabili charitatem, & invicta patientia decorasti: concéde propitius; ut ejus exemplo instructi, & intercessióibus adjuti, æternæ vitæ præmia consequamur. Per Dominum nostrum.

*In I. Noct. Lect. de scriptura occurrente.*

*In II. Nocturno.*

*Lectio IV.*

Joánnes Franciscus Regis nóbili génere natus in oppídulo Narbonensis Galliae, cui nomen Fonscoopertus, extimæ sanctitatis a téneris annis indicia præbuit. In eo jam tum eluxere mira mōrum innocéntia, flag-

rans orationis stúdium, pudor & modéstia singuláris. Societátē Je-su ingrēssus Tolósæ anno ætatis décimo nono humilitáte, obe-diéntia, charitáte, ó-dio sui, cæterisque vi-tæ religiósæ virtuti-bus excélluit. Absolú-tis stúdiis, totum se procurándæ animárum salúti pénitus devóvit. Asperos Vivariénsum, Velaunórum, & Fo-rénsium montes, & in-géntes Helviórum trac-tus, glacie, nivibús-que fere perpétuis hór-ridos, eórumque colónos inféctia, rustici-táte, barbárie intractá-biles fuscépit exco-léndos, eo succéssu, ut innumerábiles hó-mines, aut Calviniá-na lue inféctos, aut pérditis móribus cor-rúptos, ad cathólicam fidem, & ad Christiá-nam pietátem tradú-xerit.

**R.** Honéstum fecit

illum Dóminus, & cu-stodívit eum ab inimi-cis, & a seductóribus tutávit illum. \* Et de-dit illi claritátem ae-térnam

¶ Justum dedúxit Dóminus per vias rec-tas, & osténdit illi regnum Dei. Et de-dit illi.

### Lectione V.

Campéstribus missiō-nibus hybérno tém-pore perfunctus, æsti-vo revertebátur An-i-cium, ibique in noso-cómiis, & in carcéri-bus, in privátis ædibus, in cómpitis, ac temp-lis omne hóminum ge-nus, omnibus ómnia factus sublevábat. Páu-perum greges, corro-gátis úndique subsídi-is, præsértim cum sæ-víret fames, multipli-cáto, étiam non se-mel per miráculum, frumento, sustentábat: unde illi Patris páu-perum cognómen indi-tum fuit. In flagitió-

sis homínibus, & pérditis præsértim muhiérculis e vitiórum cœno educéndis, vix credibile, quot probra ludibriáque pertúlerit, erécto semper, & álacti vultu imperterritus, licet gládiis júgulo sæpe admótis, álapis ori impáctis, & fústibus córpori. Grasfánte peste, infírmos eo morbo laborántes sédulo invíssens, ardénti reficiébat charitáte. Erga álios blandus, ac benefícus, in se ipsum sæviébat acérri me, ásporis cilíciis, férreis caténis, cruéntis flagellatióibus, somnum bréviter in nuda tábula, aut humi carpens, semper abstémius, vilissimó que semper vicitans cibo, & ádeo tenui, ut arcéndæ mortis pótius, quam sustentándæ vitæ sufficeret.

**R.** Amávit eum Dóminus, & ornávit e-

um: stolam glóriæ induit eum, \* Et ad portas paradisi coronávit eum.

**R.** Induit eum Dóminus lorícam fidei, & ornávit eum. Et ad portas.

### Lección VI.

**D**ivino amore sic erat incéntus, ut illum unum spirare, loqui, cogitare vide rétur. Plures noctis horas orationi dabat, cœlestibus áffluens déliciis, & extra se sæpe raptus. Rem divinam ea animi attentione, eo vultus ardóre faciébat, ut sacram, quo effervescébat, ignem étiam in adstantes diffunderet. Miráculis, aliisque donis supernaturálibus mire cláruit. Tandem vocátus ad præmia labórum, in Viennénsis diocésis pago, cui nomen est Lalovescus, corréptus letháli mor

bo, ex labóribus contrácto, cum sœvíret hyems frigidissima, cœlestibus recreátus il- lustratióibus, ad ætéerna gándia invitatus, spíritum creatóri réddidit, anno millésimo sexcentésimo quadragésimo, die trigésima prima Decémbris. vi- ta suæ quadragésimo quarto. Iesus sepúlchrum incredibili populórum per aspérri- mos montes úndique confluéntium concursu, ob sanéttatís, & mi- raculórum fámam, quæ máxime percre- bescébat, summa de- votióne est frequen- tatum. Quibus ómni- bus permótus Clemens undécimus Póntifex máximus, Joánnem Franciscum, Sanctó- rum fastis solémni ri- tu adscripsit; dies ve- ro décima sexta Júnii ejúsdem celebrandæ festivitati a Benedicto

décimo quarto assignáta.

**R.** Iste homo perfé- cit ómnia, quæ locú- tus est ei Deus, & di- xit ad eum: Ingréde- re in réquiem meam: \* Quia te vidi justum coram me ex ómni- bus gentibus.

**V.** Iste est, qui con- témpsit vitam mundi, & pervénit ad cœlé- stia regna. Quia. Glo- ria Patri. Quia.

*In III. Noct. Let.*  
Sint Lumbi vestri præ- cincti, ex communi Con- fessorum non Pontif.

## XVII. JUNII.

Ss. Cyricæ et Muscæ  
Virg. et Mm. Duplex.

*In 1. Vesp. ad Magni- ficat Antiph. Verj. Resp. ac oratio Da nobis de communi plur. Virginum.*

*In I. Noct. Lectiones de Scriptura occur. Reliqua de communi 1. loco.*

---

### XVIII. JUNII.

**Ss. Felicis et Fortunati Mm.** *Duplex.*

*Oratio:* Deus, qui nos concédis, de communi plur. *Mm.*

*In 1. Noct. Lection. de script. occur.*

*In 2. Noct. Lect. de eodem communi 1. loco.*

*In 3. Noct. vero ibidem 2. loco cum 2. 8. Hæc est vera.*

---

### XIX. JUNII.

**S. Nazárii Ep. Conf.** *Duplex.*

*Oratio:* Da, quæsu-

*mus, de communi Conf. Pont.*

*In 1. Noct. Lection. de scriptura occur. Reliqua de eod. com. 1. loco.*

---

### XX. JUNII.

**Ss. Gervásii et Protási Mm.** *Semidup.*

*Oratio:* Deus, qui nos annua, ut in communi plur. *Mm.*

*In 1. Noct. Lect. de script. occur.*

*In II. Noct. Lectio 4. et 5. propr. Jejuncta a voce: Itaque ut in breviario die 19. Junii. Lect. 6. de eod. comm. 1. loco.*

*In III. Noct. vero ibid. 2. loco. cum 2. 8. Hæc est vera.*

# OFFICIA

*quærenda in Appendice hujus libelli.*

---

**De Quinque Vulneribus D. N. J. C.**

**De Spinea Corona D. N. J. C.**

**De Lancea et Clavis D. N. J. C.**


**De Patrocinio S. Joseph.**

**De Commemoratione Ss. Corp. Chr.**

**De Commem. Concept. B. M. V.**

**Et Commem. S. Nicolai.**

---





O F F I C I A  
D I O E C E S I S  
L A B A C E N S I S  
A D P A R T E M B R E V I A R I I  
Æ S T I V A M

---

XXI. JUNII.

S. Aloysi Gonzágæ,  
Conf. *Duplex.*

*Oratio.*

Cælestium donorum  
distributör Deus ;  
qui in angelico juvene  
Aloysio miram vitae  
innocentiam pari cum  
penitentia sociasti :  
eius meritis & preci-  
bus concéde ; ut inno-  
centem non secuti, pen-  
itentem imitemur. Per  
Dominum &c.

In I. Nocturno *Lectiones*  
*de Script. occurst.*

In II. Nocturno.

*Lectio IV.*

Aloysius Ferdinandi  
Gonzágæ Castellionis  
Stiverorum marchionis filius, festinato  
propter vitæ periculum

baptismo, prius cœlo,  
quam terris nasci vi-  
sus ; primam illam grá-  
tiam tam constanter re-  
tinuit, ut in ea confir-  
matus crederetur. A  
primo rationis usu,  
quo se Deo statim ob-  
tulit, vitam duxit quo-  
tidie sanctiorem. No-  
vennis Florentiæ ante  
aram Beatæ Virginis,  
quam parentis loco  
semper habuit, perpe-  
tuam virginitatem vo-  
vit, eamque insigni Dei  
beneficio, nulla mentis,  
aut corporis pugna ten-  
tatem servavit. Réli-  
quas animi perturba-  
tiones cœpit ætate illa  
tam fôrtiter comprî-  
merc, ut ne primo qui-  
dem eârum motu desu-  
de incitaretur. Señsus

Aaa

etiam, oculos præcipue ita cohibuit, ut non modo illos nunquam in faciem intenderit Mariæ Austriacæ, quam plures annos inter honorarios Hispaniarum principis ephébos fere quotidie salutavit: sed a matris etiam vultu contineret Homo protéra fine carne, aut angelus in carne merto appellatus.

R. Honestum fecit.

### *Lectio V.*

**A**djécit sénsuum custodiæ corporis cruciatum. Tria singulis hebdomadis jejūnia, eaque plerumque modico pane, & aqua tolerabat. Quamquam perpétuum fuisse per id tempus ipsius jejūnium videti potest; cum ejus praudia ferme vix unciam æquarent. Sæpe etiam ter in die se fúnibus, aut catenis cruentabat, flagella quandoque canum lo-

ris, cilicia equorum calcáribus suppiévit. Mollem iectatum clam injectis afferum fragménatis asperabat, eo etiam, ut cítius ad orandum excitaretur. Magnam quippe noctis partem summa etiam hyeme, solo tectus indúcio positis humi géniibus, vel præ languore jacens, ac pronus, in cælestium contemplatione traducébat. Interdju quoque tres, quatuor, quinque horas in ea peritabat immotus; donec unam saltem animo nusquam distracto percurritset. Cujus constantiæ præmium fuit stabilitas mentis inter orandum alio non vagantis; immo perpétua velut extasi in Deo defixa. Eodem ut únice adhæreret, victo post triennale acerrimum certamen patre, & avi ti principatus jure in fratrem translato, Societati Jesu, ad quam

cœlesti voce Matrīti  
fuerat accitus, Romæ  
se adjūnxit.

**R.** Amavit eum.

*Lectio VI.*

In tyrocinio ipso vir-  
tutum omnium magi-  
ster habéri cœpit. Ex-  
actissima in eo erat le-  
gum etiam minimarum  
custodia, mundi con-  
temptus singulärus, im-  
placabile ódium sui :  
Dei vero amor tam  
ardens, ut corpus etiam  
sensim absumeret: juf-  
sus propterea mentem  
a divinis rebus tantis-  
per avértere, occur-  
réntem sibi ubique De-  
um irritu conatu fugié-  
bat. Mira etiam pró-  
ximos charitatem am-  
plexus, in publicis, qui-  
bus alacriter ministrá-  
bat nosocómiis, conta-  
giósam luem traxit.  
Qua lente consúmptus,  
die, quem prædixerat,  
undécimo Calendas Jú-  
nii, ætatis anno quar-  
to, & vigésimo jam  
inchoáto, cùm ante a-

flagellis cœdi, atque  
humi strátus mori po-  
stulásset, migravit in  
cœlum. Ibi eum Sancta  
Maria Magdalena de  
Pazzis tanta frui gló-  
ria, Deo monstrante.  
vidit, quantam vix esse  
in cœlo credidisset; ip-  
sūmque sanctimónia in-  
signem, & charitatem  
martyrem incógnitum  
fuisse prædicavit. Mul-  
tis etiam, magnisque  
cláruit miráculis. Qui-  
bus rite probatis, Bene-  
dictus décimus tertius  
Sanctorum fastis angé-  
licum júvenem adscrip-  
fit, atque innocentiæ,  
& castitatis exemplar  
simul, & patronum stu-  
diósae præfertim ju-  
ventuti dedit.

**R.** Iste homo perfecit.

*In III Nocturno.*

*Lectio Sancti Evangé-  
lii secundum Matth.*

*Cap. 22. Vers. 29.*

*Lectio VII.*

In illo tempore respóu-  
dens Iesus ait Saddu-

cæis: Erratis nescientes scripturas, neque virtutem Dei: in resurrectione enim neque nubent, neque nubentur; sed erunt sicut Angeli Dei in cœlo. Et reliqua.

*Homilia Sancti Joannis Chrysostomi.*

*Lib. de Virginit.*

**V**irginitas est bona: id ego quoque fateor. Atqui nuptiis etiam melior; & istud tibi assentior: ac si libet, illud adjungam, tanto nuptiis eam praestare, quanto cœlum terræ, quanto hominibus Angeli antecellunt; ac si quid præterea audiendum est, etiam magis. Nam si neque nubunt Angeli, neque uxorem ducunt: non etiam carne, & sanguine coagmentati sunt; in terris præterea non commorantur; non cupiditatum, aut libidinum perturbationibus sunt obnoxii; non cibo

indigent, aut potu; non sunt ejusmodi, ut eos dulcis sonus, aut cantus mollis, aut præclaræ spæcies possit allicere; nulla denique ejus generis illæcebra capiuntur.

*R. Iste est, qui ante Deum.*

*Lælio VII.*

**A**t humânum genus cum natura beatissimis mentibus inferius sit, omni vi studiorque contendit, ut quoad ejus fieri poret, illas assequatur. Quomodo? Non nubunt Angeli; at neque etiam virgo. Assistentes illi semper ad Deum, eidem inserviunt; & istud ipsum virgo. Quod si virgines, quamdiu corporis onere deprimuntur, quemadmodum Angeli in cœlum nequeunt ascendere; illud eo vel maximo solatio compensant, quod, modo spiritu & corpore Sanctæ sint, cœli Re-

gem recipiunt. Vidés-pe virginitatis præstātiām: quōmodo terrā-rum īcolas sic afficiat, ut, qui cōpore vestīti sunt, eos incorpōreis mēntibus exæquet?

¶. Sint lumbi.

### *Lectio IX.*

**Q**ua enim, quæso, re differébant ad Angelis Elias, Eliséus, Joánnes, veri hi virginitatis amatōres? Nulla; nisi quod mortali natūra constabant. Nam cætera si quis diligenter inquirat, hi nōhilo minus affécti reperiéntur, quam beatæ illæ mentes: & id ipsum, quo inferiore conditiōne videntur esse, in magna est eórum laude ponendum. Ut enim terrā-rum īcolæ, & ii, qui essent mortali natura, possent ad illam virtutem vi & contentiōne pervenire; vide, quanta eos fortitudine, quanta

vite ratiōne præditos fuisse opórteat.

Te Deum laudámus.

### **XXII. JUNII.**

**Ss. Acháttii & Soc.**

**Mm. Semiduplex.**

#### *Oratio.*

Deus qui nos concēdis &c.

*In II. Noct. Lect. de Scriptura occur.*

#### *In II. Nocturno.*

### *Lectio IV.*

**A**chátius Adriáno imperatōre adhuc idolórum cultor, vir militari disciplína instrúctus, quamvis decem millibus miliitum præésset, rem tamen minus felíciter gerébat. Quare falsa idolórum ope frustra implorata ab Angelo admónitus Christiánam religiōnem amplectitur; qua suscépta statim de hoste victóriam reportavit.

¶. Sancti tui, Dómine &c.

*Lectio V.*

**A**driánus autem, cum rescivisset, Achátinum ejúsque milites deórum cultu refecto Christiánæ religióni nómina dedisse; ira pérctus, in eum gráviter jubet animadvérti. Cápitur Christi milles, in tētērrimam custódiam conjicitur, exquisítis étiam tormén-  
tis adhibitis, ad nefá-  
riam Deórum religi-  
ónem repeténdam mo-  
dis omnibus urgétur.

R. Vérbera carnifi-  
cum &c.

*Lectio VI.*

**S**ed inánis tormentó-  
rum fuit acérbitas,  
inánis tyráni, & hósti-  
um expectatio: gene-  
rósi enim milites non  
ámplius in humánis ca-  
stris arma geréntes, sed  
in cœlesti militia pro-  
fide Christi prælium  
ineúntes mortem con-  
stantissime óppetunt,  
& ad Jesu Christi æmu-  
lationem in crucem

aéti, spíneis corónis in  
eórum cápita impré-  
sis, nec non clavis in  
látera defixis ad ipsum  
vivéntem in cœlis De-  
um exclámant: Pater  
cœli, & terræ, qui  
nos e densissimis téne-  
bris eripuisti, & divi-  
no fidei lúmine collu-  
strásti; accipe ánimás no-  
stras, quas tibi in Chri-  
sto súpplices offérimus.

¶ Tamquam aurum.

*In III. Nocturno.*

*Homilia in Evangel. De-  
scéndens. de eod. com. 2.  
loco.*

**XXIII. JUNII.**

**S. Prothi, Mart. Dupl.**

*Oratio: Præsta . . . ut  
qui, de Communi unius  
Mart.*

*In I. Nocturno. Lec-  
tiones de script. occurr.  
Reliqua omnia de eod. com-  
muni 2. loco.*

**XXV. JUNII.**

**S. Juliánæ de Falco-  
nériis, Virg. Duplex.**

*Omnia, ut in breviario die XIX. Junii, sine commem. Ss. Gerv. et Prot.*

## XXVII. JUNII.

S. Ladislái, Regis Hungáriæ, Conf. Duplex.

*Omnia de communi Conf. non Pont. præter Lect. I. Noct. quæ sunt de script. occur.*

### Oratio.

**D**us, qui beatum regem Ladisláum confessórem tuum, diuersis decorasti mirabilis; præsta quæsumus: ut ejus suffragántibus méritis, ab omnibus semper muniámur aduersis; & gáudiis perfruámur æternis. Per Dóminum &c.

*In I. Noct. de scr. occur.*

*In II. Nocturno.*

*Lectio IV.*

**L**adisláus primus Hungáriæ rex hujus nóménis, Bela primo, ex filia regis Polóniæ prognátus, cunctis áimi & corporis dótibus fuit ornatissi-

mus, regále sólium iuvitus concéndit. Salomónem enim præféri optábat, cui, & póstea sæpius cédere volens, a procéribus regni fuit prohibitus. Cratus in regem, ómnia boni principis officia explévit, beneficéntia in egéntes, comitaté, justitia, ac liberalitate eminébat. Præsentissimis vitæ suæ perlculis súbditos ab imáni barbarárum géntium populatióne vindicávit, suis non una vice Cumanórum agmíníbus, Dalmátiam, & Croátiam regno Hungáriæ adjúnxit; volente id sorore ipfius, quæ rerum potiebatur, marito regnórum Dómino vita functo. Régias virtutes, Christiánæ pietatis ópera excellebant. Postquam enim Dei móniu ad Chryslum flúvium bassícam Dei Genitrici erexisset, opidóque Varadíno ad-

jécto munivisset, totum se deinceps ad cultum religionis ampliandum convértit. Episcopátus amplissimos, monastéria, templaque magnifica constrúxit, régia munificéntia dotávit, omnibus ornaméntis auxit.

**R.** Honéstum fecit illum Dóminus, & custodívit illum ab inimicis, & a seductóribus tutávit illum. \* Et dedit illi claritátem ætérnam.

**V.** Justum deduxit Dóminus per vias rectas, & osténdit illi regnum Dei. Et dedit.

### Lección V.

**D**ivinárum rerum contemplatióni rex sanctus déditus erat, ut intérdum in aéra sublímis raperétur, nímióque circumfúsus splendore Vacadíni in templo a suis quandóque conspicerétur. Advérsus Tártaros bellum gerens, cum fugiéntes

bárbari, ut militem sancti regis ab inse-quéndo distinérent, ingéntem pecúniæ vim dolóse sparsíssent, La-dislái précibus pecúnia omnis in lápidem com-mutari vifa est. Exer-citui suo victus inópia laboránti fusis ad De-um précibus cervórum, & bubulórum gregem impetrávit. Fontes é-tiam aquæ recéntis e-saxis, ad éxtinguéndam eórum fitim pari modo a Deo obtínuit. Verat pius rex profec-tiónem cum válidis cō-piis ad Terram sanctam a sævissimis Chri-stiáni nómínis hóstibus vindicándam: sed sancta mors pios conátus antevértit. Eum igitur anno salútis millé-simo nonagésimo quin-to ex hac vita sublá-tum univérsa Hungária íntegro triénnio ve-ste pulla, & squálida luxit; Iudis, choréis, omníque músico instru-

mēnto per id tempus relegatis.

**R.** Amávit eum Dóminus, & ornávit eum: Stolam glóriæ induit eum: \* Et ad portas paradísi coronávit eum.

**V.** Induit eum Dóminus lorícam fidei, & ornávit eum. Et ad.

### Lætio VI.

Locum sepulturæ in ecclésia Varadinénsi a se constrúcta, ipse sibi delégerat. Ipso sepulturæ tempore, cum quidam ejus corpus fœtus dixisset, os integrum torquéri repente sensit, sed pœnitentia ductus sancti regis ope implorans, pristinæ sanitati restituitur. Multi præterea cæci, muti, ac morbis fatigati ad sepulchrum sancti regis sanitatem receperunt. Quibus rebus permotus Cœlestinus tertius eum in Sætorum númerum adscripsit.

**R.** Iste homo perfécit ómnia, quæ locutus est

et Deus, & dixit ad eum: ingrédere in réquiem meam: \* Quia te vidi justum coram me ex omnibus géntibus.

**V.** Iste est, qui contémplit vitam mundi, & pervénit ad cœlestia regna. Quia. Glória Patri. Quia.

*Lectiones tertii Nocturni de communi Conf. non Pont. i. loco.*

### XXIX. JUNII.

In Festo SS. Apost. Petri & Pauli.

Pro commemoratione omnium Ss. Apostol.

### Ad i. Vesp.

*Ant.* Tradent enim ves in conciliis, & in synagôgis suis flagellabunt vos, & ante reges & præsides ducemini propter me in testimónium illis & géntibus.

**V.** Annuntiaverunt opera Dei,

**R.** Et facta ejus intellectuérunt.

*Ad Laudes.*

*Ant.* Vos, qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centuplum accipiētis, & vitam æternam possidēbitis.

*V.* In omnem terram exiit sonus eorum.

*R.* Et in fines orbis terræ verba eorum.

*Ad 2. Vesp.*

*Ant.* Estote fortes in bello, & pugnate cum antiquo serpente, & accipiētis regnum æternum. Alleluia.

*V.* Constitues eos principes super omnem terram.

*R.* Mémores erunt nōminis tui Dómine.

*Oremus.*

**D**a, quæsumus omnipotens Deus: ut beatorum Apostolorum, quorum hodie commemorationem colimus; veneranda solennitas, & devotionem nobis augeat, & salutem. Per Dóminum. &c.

**III. JULII.**

Ss. Procéssi et Martiniánī Mm. *Semiduplex.*

*Lectiones 1. Noct. de script. occur.*

*Lect. 4. propria in brev. die II. Julii.*

*Lect. 5. et 6. de com. muni plur. Mart. Reliqua omnia de eodem Comm. 2. loco.*

**IV. JULII.**

S. Udalrici Ep. Conf. *Semidup.*

*Omnia de communi Conf. Pontif.*

*Oratio. Exaudi.*  
*In I. Noct. Lect. de script. occurrente.*

*In II. Nocturno.*  
*Lectio. IV.*

**U**dalricus nóbili Germanorum génere ortus a pueritia in monastério Sancti Galli litteris egrégie bonisque móribus informatus, ita se in ecclesiasticis, & civilibus occupatiōnibus industrium præbuit, ut cum cæteros

omnes, tum Adalberónem episcopum Augustánum in sui administrationem tradúixerit. Romanam deinde religionis causa se cónferrens, ibique aliquámidio commorátus: ita exémplo doctrinæ & pietatis elúxit, ut a Martíno Pontífice sit in demortui Adalberónis locum designátus. Quod vir sanctus simul atque rescívit, ne suscipere tantum onus cogéretur, clam ex Urbe profúgit.

**R. Invéni David.**

*Lectio V.*

**E**lápso quindecim annórum spátio, cum Hilcaneus Adalberónis succéssor e vita migráisset; summo ómnium confénsu, & incredibili cleri populique stúdio Udalricus licet invitus Ecclesiae Augustanæ præficitur. Eam vero tantæ charitatis, & prudéntiæ laude administrávit; ut

nihil unquam omísserit, quod vel ad Christi fidem civium animis inferéndam, vel ad excitandum veræ pietatis stúdium spectare vide-rétur.

**R. Pósui adjutórium.**

*Lectio VI.*

Vidisses in eo sacram eruditiónis divinæ lucem, castitatis florem, frugalitatis, & abstinentiæ stúdium, summam dénique in sacris vigiliis, piisque lectionibus, & preca-tiōnibus assiduitatēm. His ille præsidiis instrūctus, Othónem cæsarem, & Ludólphum ejus filium gravissimis inter se dissidentes ódiis, reconciliavit. Gentem bárbaram in Augustanæ urbis mœnia irruéntem oratiōnis vi propulsavit. Othónem maximis bellorum difficultatibus laborántem victoriæ prædictiōne recreávit. Cumque annos quinquaginta epis-

copatum sanctissime rexisset, miraculorum laude clarus in cœlum evolavit. Hujus reliquiae Augûste Vindelicorum religiose servantur.

**R.** Itte est, qui ante Deum.

*In III. Nocturno. Homilia in Evang. Vigilate de eodem communi 2. loco.*

### V JULII.

S. Nicœæ Ep. Conf.

*Duplex.*

*Oratio:* Exaudi, de communi Conf. Pont.

*Leit.* I. Nocturni de Script. occurr. Reliquia omnia de eodem communi 2. loco.

### X. JULII.

Ss. 7 Fratrum, et Soc. Mm. *Duplex.*

*Omnia, ut in breviario.*

### XI. JULII.

S. Pii Papæ, Mart.

*Duplex.*

*Oratio:* Infirmitatem, de Com. un. M. Lechto-

nes I. Noct. de Script. occurr. Lectione 4. propria in brev. Reliqua omnia de eodem Communi 2. loco. Vesp. de seq.

### XII. JULII.

Ss. Hermágoræ Ep.

& Fortunati Diâconi, Mart. Patronorum Carnioliae. Duplex 1. classis cum Orlava, per totam Diœcesim.

*Omnia de Communi plurimorum Martyrum, praeter ea, que hic sunt propria.*

*Antiph. in prim. & secund. Vesp. Sancti Hermagora. & Fortunatus Martyres Christi, supplices vos deprecamur, intercedite pro nobis, ut vobiscum mereamur esse in cœlis.*

*Oratio.*

*Deus, qui nos hodierna die beatorum Martyrum tuorum Hermagoræ & Fortunati multiplici facis celebritate gaudere: tri-*

bue quæsumus; eorum  
nos semper piis defen-  
sionibus muniri, &  
orationibus adjuvári.  
Per Dóminum.

*Lectio I. Nocturni: De  
Epistola Beati Pauli  
Apóstoli ad Romanos:  
Fratres débítores, ut in  
communi puriorum Mar-  
tyrum.*

*In II. Noct. Lectio IV.  
Hermágoras, natio-  
ne Germánus, ci-  
vis Aquilejensis. beáti  
Marci Evangelistæ, qui  
primus in eádem ec-  
clésia Evangélium pre-  
dicávit, discipulus, cum  
eo Romam pétuit, ubi  
a beato Petro Apóstol-  
orum príncipe báculo  
pastoráli insignitus fuit.  
Aquiléjam inde répe-  
tens, dum créditæ sibi  
Ecclésiæ excolendæ in-  
vigilat, apud Sebástum  
præsidem accipitur,  
quod Christum júgi-  
ter prædicans deo-  
rum cultum evérteret.  
Quāmobrem diutissime*

cæsus, cum intérea  
Christo grátias ágeret,  
ac præsidis deridéret  
sævitiam, jubétur in  
equíleo suspéndi, &  
unguis pectus dilan-  
niari. Inde adniótis  
péctori lámiuis candén-  
tibus, atque accénsis  
lampádibus ad látera  
applicáti, quo diriōra  
experiebátur supplicia,  
eo dulciores Christi  
laudes fortissimus mar-  
tyr efferébat.

*R. Sancti tui Dómine.*

*Lectio V.*

*Eo spectáculo com-  
móta civitáte. Se-  
bástus furórem populi  
timens, subtráctum tor-  
tóribus Hermágoram  
cáceri tetro emánci-  
pat. Nox erat, cum  
eo loci ingens de cœ-  
lo effúlsit lumen, atque  
persuávis odor replé-  
vit cácerem. Quibus  
prodigiis excitátus Pon-  
tiánnus, cáceris custos,  
ac illustrátus ea cœlé-  
sti luce, antiquam su-  
perstitionis caliginem*

discutiénte, ad pedes sanctissimi præsulis provolútus, initiári póstulat Christiánis mystériis: cuius exemplo excitata cívium multitudo, ad Hermágoram certatim cónfluit, ac crucifixi Dei glóriam cœlesti spíritu prædicántem atténdit, ejusque religionem veram esse, atque unicam in ecelum viam edócta, Christiáno gregi per lavácrum regeneratiōnis adjúngitur, incredibili cum gáudio sancti pastoris. Fuit ex eo número Gregórius patrictius Aquilejensis, cuius filium, a triénio energúmenum, jubente Hermágora, dœmon dimisit, perspicientibus cunctis; atque e cárcere egrēssus, Gregório, universaque illius familia propriis in ædibus baptizata, in cárcerem ultro revertitur, quem ob crebra miracula Dei sa-

crárium reddiderat, ac sibi inter loci illius angustias, & squalorem, tanquam in cœlo æternis cum Christo deliciis frui videbatur.

**g. Vérbera carnificum.**

### Lection VI.

Cum itaque advérteant presbyteri, & clérici, Hermágoram amore Christi Dómini ita succénsim, ut nihil magis, quam martyrium exoptáret; rógabant, quid facturi essent eo sublato: & respónsum accepérunt, quod Fortunátum suum archidiáconum in episcopum eligerent, qui saevis undis matrónam víduam, Alexandriam nómine, abluerat, quæ in cárcerem, præfecto annuente admissa, ad pedes Hermágoræ lumen oculorum jam recéperat. Quibus ad Sébáustum delatis, Fortunátum quoque in eundem cárcerem detrudi jubet, ubi tam mul-

ta per ambos edebantur Indies miracula, ut semper magis sibi metuens Sebástus a multitúdine populi, quæ Christo adhæserat, spiculatorem de nocte immiserit, qui Christi athlétis cervices absindiceret. Quo peracto cadávera, & sanguis, a Pontiáno clam collecta, & a pia muliere Alexandria Gregorio adjutore, aromátibus delibuta, in agro suo juxta urbis mœnia per honorifice condita sunt. Passi sunt sub Nerone cæsare quarto Idus Julii.

*R. Tanquam aurum.*

*In III. Nocturno.*  
Eváng. Cum audiéritis.  
Homilia S. Gregorii Papæ, ut in Communi Martyr. I. loco.

*Ad Benedictus*

*Ant.* Mèdia nocte Beatus Hermágoras baptizavit Gregorium cum tota domo sua.

XV. JULII.

Divisio Ss Apostolorum. *Duplex majus.*  
*De communi Apostol.*  
*præter ea, quæ hic offig-*  
*nantur.*

*Oratio.*

Deus, qui in tuorum divisione Apostolorum géntium multitudinem in unitate fidei ad agnitionem tui sancti nominis convocasti: aures tuæ pietatis Ecclesiæ præcibus inclina, & præsta; ut quorum prædicatiōnis instantia te cognovimus; horum obtentu in confessione veritatis tuæ fidéliter, firmiterque maneámus. Per Dóminum &c.

*In I. Nocturno.*

De epistola beati Pauli Apóstoli ad Romanos.

*Lectio I. Cap. 10.*

Finis legis Christus ad justitiam omni creditenti: Moyses enim scripit, quoniam justi-

tiam, quæ ex lege est, qui fecerit homo, vivet in ea. Quæ autem ex fide est justitia, sic dicit: Ne dixeris in corde tuo: Quis ascenderet in cœlum? id est, Christum deducere: Aut, quis descendet in abyssum? hoc est, Christum a mortuis revocare. Sed quid dicit Scriptura? Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo. Hoc est verbum fidei, quod prædicamus. Quia si confitearis in ore tuo Dóminum Jesum, & in corde tuo credideris, quod Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris.

**R.** Ecce ego mitto vos sicut oves in meo lupo rum, dicit Dóminus: \* Estote ergo prudentes, sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.

**R.** Dum lucem habetis, credite in lucem,

ut filii lucis sitis. Estote.

### Lectione II.

Corde enim creditur ad justitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim Scriptura: Omnis, qui credit in illum, non confundetur. Non enim est distinctio Judæi, & Graeci: nam idem Dóminus omnium, dives in omnes, qui invocant illum. Omnis enim, quicunque invocaverit nomen Dómini, salvus erit. Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Quomodo vero prædicabunt, nisi mittantur? sicut scriptum est: Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona!

**R.** Tollite jugum meum super vos, dicit Do-

minus, & discite a me,  
quia mitis sum, & hú-  
milis corde: \* Jugum  
enim meum suave est,  
& onus meum leve.

¶. Et inveniétis ré-  
quiem animábus ve-  
stris. Jugum.

### *Lætio III.*

Sed non omnes obé-  
diant Evangélion.  
Isaías enim dicit: Dó-  
mine, quis crēdidit au-  
ditui nostro? Ergo fides  
ex auditu, auditus au-  
tem per verbum Christi.  
Sed dico: Nunquid non  
audiérunt? Et qui-  
dem in omnem terram  
exívit sonus eórum, &  
in fines orbis terræ  
verba eórum. Sed di-  
co: Nunquid Israël  
non cognovit? Pri-  
mus Moyses dicit; E-  
go ad æmulationem  
vos addúcām in non  
gentem: in gentem in-  
sipiéntem, in iram vos  
mittam. Isaías autem  
audet, & dicit: Invén-  
tus sum a non quærén-  
tibus me, palam ap-

pávui iis, qui me non  
interrogábant. Ad Is-  
raël autem dicit: To-  
ta die expándi manus  
meas ad pópulum non  
credéntem, & contra-  
dicéntem.

¶. Dum stetéritis an-  
te reges, & præsides,  
nolite cogitare, quó-  
modo, aut quid loquá-  
mini: \* Dábitur enim  
vobis in illa hora,  
quid loquámini.

¶. Non enim vos e-  
stis, qui loquimini, sed  
Spíritus Patris vestri,  
qui lóquitur in vobis.  
Dábitur. Glória Patri.  
Dábitur.

### *In II. Nocturno.*

Sermo Saneti Joannis  
Chrysóstomi.

*In Encom. Ss. 12. Apost.  
apud Metaph.*

### *Lætio IV.*

Duodecim élécti sunt  
athlétæ, & nullus  
eórum mansit non co-  
ronátus. Una enim  
grátia erat ómnibus  
fócia certáminis, &  
cum eis concurrébat, &

uniuscujusque victóriam reddebat magis probátam. Sed o beárum, & præclárum vestrum, o Apóstoli, cœtum, quod ómnia facti estis ómnibus Dei grátia, non arúndine, sed sermóne greges hóminum peri-te capiéntes! Vos enim estis immóbiles colúmnae rectæ fidei, petra Ecclésiæ, regni scepta, & hujus máxime gregis vīgiles præfules, humanæ ægrotántis natúræ gratuítimédiici, & nostræ pœniténtiæ ad Deum fide-justóres misericôrdes.

R. Vidi conjúnctos viros habéntes splén-didas vestes, & Angelus Dómini locútus est ad me, dicens: \* Isti sunt viri sancti facti amici Dei.

V. Vidi Angelum Dei fortem, volantem per médium cœlum, voce magna clamántem, & dicéntem. Isti sunt.

### Lectione V.

Cum enim essetis véluti quædam ani-mátæ incúdes, dum verberarémini, eos, qui verberábant, insti-tuebátis. Hinc Petrus Romam accipit in di-sciplinam. Paulus il-luc mundo annúciat Evangélium. Andréas corrigit Græciæ sa-piéntes. Simon bárba-ros Deum docet. Tho-mas baptísmo deálbat Æthiopes. Jacóbi cáthedram honórat Ju-dæa. Marci thronum, quæ est ad Nilum, compléctitur Alexan-dría. Lucas, & Mat-thæus scribunt Evan-gélia. Joánnes, qui adhuc tractat theolo-giam, etiam post mor-tem tanquam vivus curat Ephesum. Bar-tholomæus erúdit Ly-càones ad temperanti-am. Philippus fáciens miracula servat Hierà-polim.

**R.** Beati estis, cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omnem malum aduersum vos, mentientes, propter me: \* Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.

**V.** Cum vos oderint homines, & cum separaverint vos, & exprobraverint, & ejecerint nomen vestrum tanquam malum propter Filium hominis.  
Gaudete.

### Letio VI.

**N**on cessant omnes omnibus ubique benefacere. Pulerem immortalem reliquerunt in sepulchris; nunc quidem medentes paulo post autem sedentes mandi judices futuri. Cum hoc appropinquaisset claudus, reversus est sanis & integris pedibus. Cum in illum

incidisset paralyticus: iussus est ferre grabatum. Alius vocabat mortuos; illi vero ei statim obtemperabant. Alterius umbra sola fugabat morbos: alterius invocationem exhorribant dæmones: & eorum sudaria distillabant medicinam. Erant enim discipuli illius, cuius fimbria furtim tacta ab ea, quæ sanguinis profluvio laborabat, rubrum sanguinis mare exsiccavit.

**R.** Isti sunt triumpatores, & amici Dei, qui contemnentes iussa principum, meruerunt præmia æterna: \* Modo coronauntur, & accipiunt palmam.

**V.** Isti sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & lavrerunt stolas suas in sanguine Agni. Modo. Gloria Patri. Modo.

*In III. Nocturno.*

Léctio Sancti Evangé-  
lii secúndum Marcum.

*Lectione VII. Cap. 16.*

In illo tempore :  
Dixit Jesus discipulis  
suis : Euntes in mun-  
dum univérsum, præ-  
dicáte Evangélium om-  
ni creaturæ. Et ré-  
liqua.

**Homilia Sancti Gre-  
górii Papæ.**

*Homilia 29. in Evangelio  
post initium.*

Potest omnis creaturæ nōmine omnis  
natiō géntium designāti. Ante enim dictum  
fuerat : In viam géntium ne abiéritis ; nunc  
autem dicitur : Prædicáte omni creaturæ.  
Ut scilicet prius a Ju-  
daea Apostolorum re-  
pulsa prædicatio tunc  
nobis in adjutorium  
ficeret , cum hanc illa  
ad damnationis suæ

testimonium supérba  
repulisset. Sed cum  
discipulos ad prædi-  
candum Véritas mit-  
tit , quid áliud in mun-  
do facit , nili grana sé-  
minis spargit ; & pauca  
grana mittit in sémine,  
ut multarum messium  
fruges recípiat ex no-  
stra fide ?

¶. Isti sunt , qui vi-  
ventes in carne planta-  
vérunt ecclésiam sán-  
guine suo : \* Cálicem  
Dómini bibérunt , &  
amici Dei facti sunt.

¶. In omnem terram  
exívit sonus eórum , &  
in fines orbis terræ ver-  
ba eórum. Cálicem.

*Lectione VIII.*

Neque enim in uni-  
verso mundo tan-  
ta fidélium messis exú-  
geret , si de manu Dó-  
mini super rationálem  
terram illa élæcta gra-  
na prædicantium non  
venissent. Séquitur :  
Qui crediderit , & bap-  
tizatus fuerit , salvus

erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Fortasse uuusquisque apud semetipsum dicat: Ego jam credidi, salvus ero. Verum dicit, si fidem operebus tenet. Vera enim fides est, quae in hoc, quod verbis dicit, moribus non contradicit. Hinc est enim, quod de quibusdam falsis fidelibus Paulus dicit: Qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant.

R. Isti sunt viri sancti, quos elegit Dominus in charitate non facta, & dedit illis gloriam sempiternam: \* Quorum doctrina fulget Ecclesia, ut sole luna.

V. Sancti per fidem vicérunt regna, operati sunt justitiam. Quorum. Gloria Patri. Quorum.

### Lectio IX.

**S**igna autem eos, qui credituri sunt, hæc

sequentur: In nomine meo dæmonia ejicient: linguis loquentur novis: serpentes tollent: & si mortiferum quidiberint, non eis nocebit: super ægros manus impónent, & bene habebunt. Númquidnam, fratres mei, quia ista signa non facitis, minime creditis? Sed hæc necessaria in exordio Ecclesiæ fuérunt. Ut enim ad fidem creceret multitudo credentium, miraculis fuerat nutrienda. Quia & nos, cum arbusta plantamus, tandem eis aquam infundi mus, quoique ea in terra jam coaluisse videamus: at si semel radicem fixerint, irrigatio cessabit. Hinc est enim, quod Paulus dicit: Linguae in signum sunt, non fidelibus, sed infidelibus.

**T**e Deum laudamus.

## XVIII. JULII.

Joánnis Gualbérti,  
Abbatis. Conf. *Duplex.*

*Omnia, ut in breviario  
die XII. Julii.*

## XIX. JULII.

Dies octáva Ss. Her-  
mágoræ, & Fort. Mm.  
*Duplex.*

*Omnia, ut in Feste,  
præter sequentia.*

*In I. Noct. Lectiones  
de Scriptura occurrente.*

*In II. Nocturno.*

Sermo Sancti Fulgéntii  
Episcopi. *Serm. 10.*

*Lectione IV.*

**D**electat videre cam-  
pos ségetum áureis  
maturatis cálamis ari-  
stárum; delectabílius  
libet atténdere campos  
Ecclésiae mártirum  
micántes, plantátos de  
uno cruóre per Agni  
sanguinem innocéntem.  
Ségetes étenim sunt  
passiónes mártirum,  
juxta cursus aquárum,

rigáti fóntibus lacry-  
márum. Nam sic mo-  
do beatus David márt-  
yrum purpuráta gér-  
mina, & ante melfores  
gaudiórum tanquam  
manceps secánti melf-  
ória cíthara decantá-  
bat: Qui séminant, in-  
quid, in lácrys, in  
gáudio metent. Ubi  
séminant in lácrys,  
nisi juxta árborem cru-  
cis, ubi est fons próxi-  
mus Salvatóris?

*¶. Sancti tui &c.*

*Lectione V.*

**I**ude de látere ejus sán-  
guinis guttæ stillá-  
runt, & plúvia cruóris  
& aquæ semináta est  
tolerántia confessórum.  
De ipso ligno vigéntis  
crucis juxta fontem  
sanguinis plantáta vir-  
ginitas flóruit castitatis:  
inde plantáta márt-  
yrum tolerántia cæpit  
sémnis gérmina collí-  
gere purpuráta. Nam  
unde mártires tóle-  
rant, nisi per Domini-

cam erucem? Unde mártires, in quorum códibus lex Dei est, maledictiōnes non timent hóminum, nisi quia Christus Dóminus pétulit patiēter impropéria Judæórum? Ista ergo seminatio sanguinis Christi fecit sémina mártirum pululare in campo matris Ecclésiæ; & dicit Da-vid: Qui séminant in lácrymis, in gáudio metent: eúntes ibant, & flebant.

R. Vérbera carnifi-cum. &c.

### *Lectio VI.*

*Circa finem.*

Sic perrexérunt; quó-modo revertuntur? Non flentes, sed gáudentes: non adhuc se-minantes, sed manípu-los suos læta cervice portantes. O gérmina, quæ non urit flamma, quia juxta flumen sunt vítreum in Jerúsalem, & perpétuo viréscunt flore immortalitatis vi-

tæ ætérnæ. Nésciunt marcéscere, quia non timuerunt pro justitia flammis ardére: quia Agnus dedúcet eos ad vitæ fontes aquárum, & delébit omnem lácrys-mam ab oculis eórum, & florébunt sicut lílum in médio Angelórum.

R. Tanquam aurum in fornáce &c.

### *In III. Nocturno.*

*Lectio Sancti Evange-lii secundum Lucam.*

### *Lectio VII. Cap. 21.*

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Cum audiéritis prælia, & seditiones, nolite terréri: opórtet pri-mum hæc fieri, sed nondum statim finis. Et reliqua.

*Homilia Sancti Au-gustini Episcopi.*

*Serm. 14. lib. 50. Homil.*

Dóminus noster Jésus Christus téstibus, id est, martyribus suis, pro humána fragilitá-

te sollicitis, ne forte eum confitendo, atque moriendo perfrent, magnam securitatem dedit, dicens: Capillus de capite vestro non peribit. Times ergo, ne pereas, cuius capillus non peribit? Si sic custodiuntur superflua tua, in quanta securitate est anima tua! Non peribit capillus, qui cum condicatur, non sentis; & peribit anima, per quam sentis? Sane multa dura eos passuros esse prædixit, ut prædicendo faceret paratiōres, dicerentque illi: Paratum cor meum.

**R.** Propter testamētum &c.

### Lectio. VIII.

**Q**uid est: Paratum cor meum, nisi Parata voluntas mea? Paratam ergo habent martyres voluntatem in martyrio, sed præparatur voluntas a Dōmino. Illos autem in

malis duris, atque aperitis futūros commēmorans adjecit: In patientia vestra possidēbitis animas vestras. In vestra patientia, inquit: non enim esset patientia tua, si non tibi esset & voluntas tua. In vestra patientia: sed unde vestra? Nostrum est, quod a nobis habetur; nostrum est, & quod nobis dominatur.

**R.** Sancti mei, qui in carne &c

### Lectio IX.

**Q**uomodo enim alii quid donas, nisi ut Iesus sit, cui donas? Aperta est enim illa confessio: Nonne Deo subjicietur anima mea, ab ipso enim est patientia mea? Dicit nobis ipse: In vestra patientia: dicamus illi & nos: Patientia mea ab ipso est. Tuum fecit donando, noli ingratus esse tibi assignando. Nonne in oratione Domini

nica dicimus & nostrum esse, quod a Deo est? Quotidie dicimus: Panem nostrum quotidianum. Jam dixisti, Nostrum; & dicens, Da nobis: ecce, Nostrum, ecce, Da nobis. Illo dante fit nostrum.

### Te Deum laudamus

XX. JULII.

S. Hieronymi Aemiliani Confes. *Duplex minus.*

### Oratio.

Deus misericordiarum pater; per merita, & intercessio-  
nem beati Hieronymi, quem orphanis adjutorem, & patrem esse  
voluisti: concéde: ut Spíritum adoptiōnis,  
quo filii tui nominā-  
mur, & sumus, fidē-  
liter custodiāmus. Per  
Dóminum, &c.

*In I. Noct. Let. de Script. occur.*

*In II. Nocturno.*

### Leffio VI.

Hierónymus e gente patrítia Aemiliána Venetiis ortus, a prima adolescētia militiæ addictus, difficilimis reipublicæ tempóribus, Castro novo ad Quarum in móntibus Tarvissiis præficitur. Arce ab hóstibus capta, ipse in terrimum cácerem detrúditur, mánibus ac pédibus vinctus, cui, omni humána ope destituto beatissima Virgo, ejus précibus exoráta, clemens adest, vincula solvit, & per médios hostes, qui vias omnes obséderant, in Tarvissi conspéctum incolumem ducit. Urbem ingrēssus ad Deiparę aram, cui se vóverat, mánicas, cómpedes, caténas, quas secum detulerat, in accépti beneficij testimoniūm suspéndit. Revérsus Venétias cæpit pietatis stúdia impensius colere, in páuperes mire effú-

fus, sed puerorum præsertim misertus, qui paréntibus orbati, egéni & fórdidi per urbem vagabántur, quos in ædes a se condúctas recépit de suo aléndos, & christiánis móribus imbuéndos.

R. Honéstum &c.

*Lectio V.*

Per eos dies Verétiis appúlerant Beatus Cajetanus, & Petrus Carafa póstmodum Paulus quartus, qui Hieronymi spiritu, novóque instituto colligéndi orphanos, probáto, illum in Incurabilium hospitale addúixerunt, in quo órphanos simul educáret, atque ægrótis pari charitáte inservíret. Mox eorúmdem horátu in próximam continentem proféctus, Brxiæ primum, deinde Bérgomi, atque Novocómi orphanotróphia erexit, Bérgomi præfertim, ubi præter duo, pro pueris unum, &

pro puéllis álterum, dum excipiéndis, novo in illis regionibus exémplo, muliéribus a turpi vita ad pœnitentiam convérsis, apéruit. Somaschæ demum subsistens, iu húmili pago agri Bergoménsis ad Vénetæ ditionis fines, sibi, ac suis ibi sedem constituit, formamque induxit congregatiónis, cui propérea a Somáscha nomen factum, quam subinde auctam, & propagátam, nedum orphanorum regímini, & ecclesiárum cultui, sed ad majórem Christiánæ reipublicæ utilitatem, adolescentium in litteris, & bónis móribus institutioni, in collégiis, academis, seminariis addictam, Sanctus Pius quintus inter Religiósos Ordines adscripsit, cæterique Pontifices privilegiis ornáreunt.

R. Amávit eum &c.

## Lectio VI.

**O**rphanis colligéndis inténtus Mediólánum proficíscitur, atque Ticínium; & utro-bíque colléctis agmíni bus puerórum, tectum victum, vestem, magístros, nobílibus viris favéntibus, próvide constituit. Iude Somáscham redux, omnibus omnia factus a nullo abhorrébat ópere, quod in próximi bonum cédere pervidéret. Agricolis immíxtus per agros sparsis, dum se illis adjutórem in metén-dis frúgibus præbet, my-stéria fídei explicábat, puerórum cárpta por-rígine fæda abstérgens, & patiénter tractans curábat, pútridis rusti-córum vulnéribus me-debátur eo succéssu, ut grátia curationum do-nátus censerétur. In monte, qui Somáschæ imminet, repérta spé-cu, in illam se ábdidit, ubi se flagéllis cædens

dies integros jejúnus tránsigens, oratióne in plúrimam noctem pro-trácta super nudo saxo brevem somnum car-pens, sui, aliorúmque noxárum, pœnas luébat. In hujus specus interíori recéssu ex árido silice extíllat aqua précibus servi Dei, ut constans tradí-tio est, impetráta, quæ usque in hodiérnam diem júgiter manans, & in várias regíones deláta, ægris sanitátem plerúmque concí-liat. Tandem ex con-tagione, quæ per om-nem vallem serpébat, dum ægrotántibus in-servit, & vita functos própriis húmeris ad se-pultúram defert, con-trácto morbo annos na-tus sex & quinquagín-ta, quam paulo ante prædíxerat, pretiósam mortem óbiit anno mil-lésimo quingentésimo trigésimo séptimo: quem plúribus in vita,

& post mortem miráculis illústrem Benedíc-tus décimus quartus Beatórum, Clemens vero décimus tertius Sanctórum fastis so-lémniter adscrípsit.

**R.** Iste homo &c.

*In III. Nocturno.*

**Lectio sancti Evangélii secúndum Matthæum.**

**Lectio VII. C. 19.**

**I**n illo témpore oblati sunt ei párvuli, ut manus eis impóneret, & oráret. Et réliqua. Homilia Sancti Joánnis Chrysóstomi.

**Homil. 62. in Matth.**

**C**ur discípuli páreros abigébant? Digni-tatis caufa. Quid er-go ille? Ut dóceat il-los modéste sápere, fastúmque mundánum conculcáre, & fúscipit, & ulnis compléctitur; talibúsque regnum cœ-lorum pollicétur; id, quod etiam dixit su-

périus. Et nos igitur, si vólumus hærédes ef-se cœlórum, hauc vir-tútē cum diligéntia magna sectémur. Hoc est enim philosophia culmen, simplicem ef-se cum prudéntia. Hæc vita est angélica. Anima enim puéruli ómnibus ánimi morbis vá-cua est: non memóriam rétinet injuriárum, sed eas inferéntes adit ut amícos, ac si nihil fac-tum effet. Et quam-vis a matre verbéribus cædátur, eam semper quærít, & ómnibus an-tepónit.

**R.** Iste est, qui &c.

**Lectio VIII.**

**S**i reginam ipsi ostén-das diadémate orná-tam, non præfert eam matri pannis detritis ve-sticæ, mallétque illam incultam vidére, quam reginam mirifice amíctam. Nam quod suum, quod aliénum est, non ex paupertate, vel di-

vitiis, sed ex amore existimare solet, & nihil plus requirit, quam necessaria, atque, ut lacte replenus est, statim a mamma abscedit. Non eisdem, quibus nos, ærumnis premitur, nec pecuniarum jactura, rebusque similibus; nec iisdem, quibus nos, fluxis rebus lætatur; neque corporum pulchritudinem miratur. Ideo dicébat: Tálium est enim regnum cœlorum, ut ex propósto voluntatis illa operémur, quæ natura sua pueri faciunt.

**R.** Sint lumbi vestri &c.

### Lellio IX.

**Q**uaia enim Pharisei non aliunde, quam a nequitia, & arrogantia ad agendum ferebantur; ideo ubique discipulos suos simplices esse jubet, illosque subindicat, dum hos instituit. Nihil enim ita superbiam pa-

rit, ut principátus, & primi conséssus. Quóniam igitur discípuli per totum terrárum orbem multum honoris consecutúri erant, ipsorum ánimos prævenit, nec finit eos humánum quid pati, nec honórem a vulgo expétere, vel ante álios se efférre. Nam etiam si hæc parva videntur esse, at malis ingéntibus causam præbent. Sic enim instituti Pharisæi in malorum culmen ascendérunt, salutationes, primos conséssus, & médios requirentes, hinc in ardéntem gloriæ cupiditatem, inde vero in impietatem lapsi sunt.

Te Deum laudamus.

### XXI JULII.

**S.** Cañilli de Lellis C.  
*Duplex.*

#### *Oratio.*

**D**eus, qui beatum Cañillum ad animarum in extrémio agone

Iuctántium subsídium  
singulári charitátis præ-  
rogatíva decoráti: ejus,  
quæsumus, méritis Spi-  
ritum nobis tuæ dilec-  
tiónis infúnde; ut in  
hora éxitus nostri ho-  
stem vincere, & ad  
cœlestem mereámur  
corónam pervenire  
Per Dóminum nostrum  
JESUM Christum Filium  
tuum, qui tecum vivit  
& regnat in unitate  
ejusdem Spiritus Sancti  
Deus, per ómnia sæ-  
cula sæculórum. Amen.

*In I. Noct. Let. de Script.  
occur.*

*In II. Nocturno:*

*Letio IV.*

**C**amillus Buccánici,  
Theatínæ dicéctis  
óppido, ex nóbili Lel-  
liórum família natus  
est, matre sexagená-  
ria, cui grávidæ vi-  
sum est per quietem,  
puérulum crucis signo  
in pectoré munitum,  
& ágmini puerórum  
idem signum gestanti-

um præeúntem, se pe-  
perisse. Adoléscens  
rem militárem secútus  
sæculi vitiis aliquám-  
diu indúlsit, donec vi-  
gésimum quintum a-  
gens ætatis annum, tan-  
to supérne gratiæ lú-  
mine, divinæque of-  
fensæ dolore corréptus  
fuit, ut ubérrimo la-  
chrymárum imbre illi-  
co perfusus, anteactæ  
vitæ fordes indesiné-  
ter abstérgere, novum-  
que induere hóminem  
firmiter décréverit.  
Quare ipso, quo id  
contigit, Purificationis  
Beatissimæ Virginis fe-  
sto die, ad Fratres Mi-  
nóres, quos Capucinos  
vocant, cónvolans, ut  
eórum numero adscri-  
berétur, summis pré-  
cibus exorávit. Votí se-  
mel, atque iterum com-  
pos factus est; sed fœ-  
do úlcere, quo ali-  
quando laboráverat,  
in ejus tibia iteráto re-  
erudefecente, Divinæ  
providétiæ majóra de-

eo disponéntis, consílio humiliter se subjécit, suique victor, illius religiónis bis expetíum, & suscéptum hábitum bis dimísit.

**R.** Honéstum &c.

*Lectio V.*

**R**omam profectus in nosocómium, quod Insanabílium dicitur, recéptus est; cujus etiam administrationem, ob perspectas ejus virtutes sibi demandátam, summa integratáte, ac solicitudine vere paterna perégit. Omníum ægrorum servum se réputans, eorum stérnere léctulos, fordes térgere, ulcéribus medéri, agonique extrémo piis précibus & cohortationibus opem ferre, solémne hábuit; quibus in munéribus præclára præbuit admirabilis patiéntiæ, invictæ fortitudinis, & heróicæ charitatis exempla. Verum cum animárum in extrémis

periclitántium, quod únice intendébat, levámini subfdium litterárum plúrimum conferre intelligeret, triginta duos annos natus. in primis grammaticæ eleméntis tyrocinium inter púeros iterum subire non erubuit. Sacerdótio póstea rite initiátus, nonnullis sibi adjunctis sōciis, prima jecit congregatiónis clericórum Regulárium infirmis ministrantium fundamenta, irrito conatu obnitente humáni generis hoste. Nam Camillus, cælesti voce e Christi crucifixi, manus etiam de ligno avulsas admirando prodigo protendentis simulácro emissæ, mirabiliter confirmátus, Ordinem suum a Sede Apostólica approbári obtinuit, sodalibus quanto obstrictis máxime árduo voto, infirmis, quos etiam pestis infécerit, ministrandi.

Quod institutum, quam foret Deo acceptum, & animarum saluti proficuum, sanctus Philippus Nérius, qui Camillo a sacris confessionibus erat, comprobavit, dum ejus alumnis decadentium agoni opem ferentibus, Angelos suggerentes verba saepius se vidisse testatus est.

**R. Amávit &c.**

*Lectio VI.*

**A**rctioribus hisce vinculis ægrotantium ministerio mancipatus, mirum est, qua alacritate, nullis fractus laboribus, nullis deterritus vitae periculis, diu, noctisque ad supremum usque spiritum, eorum commodis vigilaverit. Omnibus omnia factus, vilissima quæque officia demississimo obsequio, flexisque plurimque genibus, veluti Christum ipsum cerneret in infermis, hilari, promptoque a-

nimo arripiebat; ut que omnium indigentias praesto esset, generalem Ordinis præfecturam, cælique delicias, quibus in contemplatione defixus affluébat, sponte dimisit. Paternus vero illius erga miseros amor tum maxime effulgit, cum urbs contagioso morbo primum, deinde extrema annona laboraret inopia, & Nox in Campania dira pestis gravaretur. Tanta denuque in Deum, & proximum charitate exarsit, ut Angelus nuncupari, & Angelorum opem invario itinerum ditemine expatri promeretur. Prophetæ dono, & gratia sanitatum praeditus, arcana quoque cordium inspexit; ejusque precibus nunc cibaria multiplicata sunt, nunc aqua in vim conversa. Tandem vigiliis, jejuniis, & affilari, promptoque a- duis attritus laboribus,

cum pelle tantum & ossibus constare vide-  
retur, quinque molè-  
stis æque ac diutinis  
morbis, quos Miseri-  
cordias Domini appellábat, fortiter tolerá-  
tis, sacramentis muní-  
tus, Romæ inter sua-  
vissima Jesus & Maria  
nómina, ad ea verba:  
Mitis, atque festivus  
Christi Jesu tibi aspèc-  
tus appáreat, qua præ-  
dixerat hora, obdormí-  
vit in Domino, pridie  
Idus Julii, anno salútis  
millésimo sexcentési-  
mo dècimo quarto,  
ætatis suæ sexagésimo  
quinto, quem plúri-  
bus illustrem mirácu-  
lis Benedictus dècimus  
quartus primo Beátis,  
Sanctis póstmodum,  
solènni ritu adscrípsit.

R. Iste homo &c.

In III. Nocturno.

Lectio VII.

Lectio Sancti Evangé-  
lii secundum Joannem.

In illo tempore: Di-  
xit Jesus discípulis suis:

Hoc est præceptum me-  
um, ut diligátis invi-  
cem, sicut dilèxi vos.  
Et reliqua.

### Homilia Sancti Augu- stini Episcopi.

*Tract. 83. in Joan. Evang.*

Quid putámus, fra-  
tres mei; numquid  
solum ejus de ista di-  
lectione mandatum est,  
qua diligimus invicem?  
Nonne est & aliud ma-  
jus, ut diligamus De-  
um? Aut vero de so-  
la Deus nobis dilecti-  
one mandavit, ut alia  
non requirámus? Tria  
certe commendat Apó-  
stolus, dicens: Manent  
autem fides, spes, chá-  
ritas; tria hæc, major  
autem horum est chá-  
ritas. Et si in chari-  
tate, hoc est, in di-  
lectione, concluduntur  
duo illa præcepta,  
major tamen dicta est  
esse, non sola. De  
fide igitur nobis quam  
multa mandata sunt,  
quam multa de spe!

Quis potest cuncta colligere, quis enumerando sufficere? Sed intueamur, quod ait idem Apóstolus: Plenitudo legis charitas.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudavit Dóminum. \* Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum.

V. Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permanens in innocencia sua. Ipse intercedat.

### Lectione VIII.

Ubi ergo charitas est, quid est, quod possit deesse? Ubi autem non est, quid est, quod possit prodessere? Dómenon credit, nec diligit: nemo diligit, qui non credit. Frustra quidem, sed tamen potest sperare veniam, qui non diligit, nemo autem potest de-

sperare, qui diligit. Itaque ubi dilectio est, ibi necessario fides, & spes; & ubi dilectio proximi, ibi necessario etiam dilectio Dei. Qui enim non diligit Deum, quomodo diligit proximum tanquam se ipsum? Quandóquidem non diligit & se ipsum; est quippe impius, & iniquus: qui autem diligit iniquitatem, non plane diligit, sed odit animam suam.

R. Sint lumbi vestri præcincti. & lucernæ ardentes in manibus vestris: \* Et vos similes hominibus exspectantibus dóminum suum, quando revertatur a nuptiis.

V. Vigilate ergo, quia nescitis, qua hora dóminus vester venturus sit. Et vos. Glória Patri. Et vos.

### Lectione IX.

Hoc ergo præceptum Dómini teneamus,

ut nos invicem diligamus, & quidquid aliud præcepit, faciamus: quoniam quidquid est aliud, hic habemus. Discernitur quippe ista dilectione ab illa dilectione, qua se invicem diligunt homines; nam ut discerneretur, adjunctum est; Sicut dillexi vos. Ut quid enim diligit nos Christus, nisi ut regnare possimus cum Christo? Ad hoc ergo & nos invicem diligamus, ut dilectionem nostram discernamus a cæteris, qui non ad hoc se invicem diligunt, quia nec diligunt. Qui autem se propter habendum Deum diligunt, ipsi se diligunt; ergo ut se diligant, Deum diligunt. Non est hæc dilectione in omnibus hominibus; pauci se propere diligunt, ut sit Deus omnia in omnibus.

Te Deum laudamus.

## XXIV. JULII.

S. Christinæ Virg. M.  
Semidup.

*Oratio: Indulgéntiam,  
de Communi Virginum.  
Lect. I. Noct. de Script.  
occurr. In II. Noct. de  
eodem Communi 1. loco.  
In III Noct. vero 2. lo-  
co. Vespere de S. Jacobo  
Apost.*

## XXVII. JULII.

S. Pantaleonis Mart.  
Duplex.

*Omnia de communi unius  
Martyris, præter ea que  
hic habentur propria.*

*In I. Vesp. Ad Ma-  
gnificat, Antiphona.*

Gloriosus Pantaleon  
célestem médicum to-  
to diléxit corde, &  
móriens pro Christo  
vivit in cœlo corona-  
tus.

*Oratio.*

Deus, qui beatum  
Pantaleonem má-  
tyrem tuum vária tor-  
menta superare feci-

sti, & pro persecutóribus exoráre: concéde propítius; ut, qui ejus implorámus auxílium, misericórdiæ tuæ sentiámus efféctum. Per Dóminum, &c.

*Ad Matutinum.*

*Invit. Hymnus, Psal. & Ant. de comm. un. Márta.*

*In I. Noct. Lecl. Con-*  
*fitébor, ut 10. Aug. in*  
*Festo S. Laurentii. Re-*  
*sponsoria vero. de comm. un*  
*Mart.*

*In II. Nocturno.*

*Leclio IV.*

Pantáleon Nicomedi-  
 énsis, filius Eustór-  
 gii gentilis, & Eubú-  
 læ Christiánæ, médi-  
 cam artem ab Euphró-  
 syno dídidit. Cum au-  
 tem Hermoláus pré-  
 byter ex modéstia vul-  
 tus, incéllu, & sere-  
 nitáte oculórum alte  
 de illo judicáisset, il-  
 lum accersívit, & cœpit  
 in cor fluénta divinæ  
 fidei infúndere. Crede  
 mihi, dixit, Aesculá-  
 pii, & Hippócratis me-

dicaménta parva sunt,  
 & parum prodésser pos-  
 sunt, quinímmo ipsi  
 dii, quos colit Maxi-  
 miánus, sunt vana om-  
 nino fábula; unus au-  
 tem solus verus Deus  
 est Christus, in quem  
 si credíderis, ejus so-  
 la invocatióne omnes  
 morbos fugábis. Quæ  
 verba servábat in cor-  
 de, júgiter meditabá-  
 tur, & suáviter alléc-  
 tus, ad Hermoláum,  
 ut ad magístrum, hí-  
 laris quotídie ventitá-  
 bat. Cum autem qua-  
 ðam die vidéret púe-  
 rum mórtuum, & pro-  
 pe eum víperam quasi  
 ostendéntem, quod ei  
 mortem intulisset, in-  
 tra se dixit: Si vera  
 sunt dicta Hermolái,  
 invocáto nomine Chri-  
 sti, puer iste vivet, &  
 bélua moriétur; quod  
 uti cogitáverat acci-  
 dit, & statim, infusa  
 luce securitatis, omnis  
 caligo discéssit, & be-  
 nedicens Deum, æstu-

ansque desidério sacri baptismi, ab Hermolao gaudens illum sucépit.

R. Honéstum fecit &c.

*Lectio V.*

Non multo post cæco visum restituit, & patri Eustórgio ténebras impietatis solvit, qui idóla calcans, & verum Deum confésus baptizátur. Mórtuo patre egénis opem, & languéntibus sanitatem largiebatur. Quare ad Maximiánum défertur, qui primum honore eum, & blanditiis atrahere studet, deinde mináтур mortem, & dura supplicia, si diis non ófferat sacrificium. Sed cum ómnia invicto ánimo respueret, in ligno suspénditur, férreis laniátor úngulis, & lámpades ignis latéribus ejus admovéntur: at illi oránti appáruit Christus dulcibus verbis récreans, & illico laxátor sunt manus lic-

tórum: extinctæ lámpades, & plumbum liquátum, in quod póstmodum tyranno jubente injéctus fuit, in naturálem mutátor frigiditatem. Sed quid non tentat ingeniósa crudélitas! mandat ingéntem lápidem in collo alligári, sique in mare demitti; sed lapis non secus ac fólium leve supérnatat, & Pantaleon firmiter super undas gráditur. Non cessit tantis prodigiis obcœcata mens, sed feris insániór jubet eum ad feras produci. Crudéle spectáculum! sed spectáibili cælo conflúxit tota civitas. Congrediúntur cùm athléta feræ, sed illæ tamquam ratione uténtes, & indúctæ humanitatem, quam exúerat imperátor, reverénter ad mártyrem accédunt, blandiúntur, pedésque illíos língua tangéntes véluti contendébant, quænam

prima ad eum accéderet, & non prius reéderet, quam martyr ei manum imposuisset, ac benedixisset.

**P.** Desidérium ánimæ &c.

*Lectio VI.*

**Q**uo viso clamabant multi: Dimitatur justus, magnus est Deus Christianorum, qui quidem solus, & verus est. Sed Maximianus nec edóctus a feras pietátem, nec tanto lúmini cedens, imperat Pantaleónem in locum éditum ferri, & rotæ alligatum in præceps per declive demitti: at rota ultrice, & plures deórum op priménte cultores, Ihesus evásit: quare eum gládio occidi jussit. Accéssit lictor, óleæ plantæ illum alligat, sed cum exequéretur icum, convérsa fuit ferri ácies ceræ similiis; quo miráculo stupefacti lictores ad pe-

des martyris provoliati véniam precántur, Christum apérte confitentes. Sed tandem, ne periret glória martyrii, caput absconditur, & statim lac pro sanguine fluxit, & planta óleæ, cui alligátus fúerat, fructibus onusta appáruit. Cum autem quidam fidéles convenissent, sacrum corpus in suburbâno cujûsdam Scholástici reverénter repónunt, & quem in vita tantis prodigiis Dóminus ilustráverat, post óbitum innúmeris decóravit: inter quæ præclarum illud, quod sacer ejus crúor, qui in ampulla servátur Ravelli in regno Neapolitáno, & Romæ, a primis vélperis festi usque ad diem sequentem, in quo Ecclesia célebrat ejus martyrium, cum coagulátus antea exístat. mirum in modum liquefieri,

& undequáque flúidum  
movéri cunctis cernéntibus  
quotánnis conspícitur; quod ètiam  
accidit in portiōne sanguinis,  
qui in monasterio regálī Incarna-  
tiōnis Moniálium Sancti Augustini Matrīci in-  
ter pretiosiora pignora  
affervātur.

R. Stola jucunditatis  
&c.

*In III. Nocturno.*

Léctio Sancti Evangē-  
lii secundum Matth.

*Lectio VII. C. 10.*

In illo tempore:  
Dixit Jesus discipulis  
suis: Nihil est opér-  
tum, quod non reve-  
lábitur; & occultum,  
quod non sciétur. Et  
reliqua.

Homilia Sancti Hi-  
larii Episcopi.

*Comm̄nz. in Matth  
can. 10. post medium.*

Dóminus diem judi-  
cii osténdit, quæ  
abstrusam voluntatis  
nostræ conscientiam

prodet: & ea, quæ  
nunc occulta existimán-  
tur, luce cognitionis  
pùblicæ déteget. Igi-  
tur non minas, non  
confilia, non potestá-  
tes insectántium monet  
esse metuéndas: quia  
dies iudicii nulla hæc  
fuisse, atque inánia  
revelabit. Et quod di-  
co vobis in tenebris,  
dicite in lumine: &  
quod in aure auditis,  
prædicáte super tecta.  
Non légitimus, Dómi-  
num sólitum fuisse nóc-  
tibus sermocinári, &  
doctrinam in tenebris  
tradidisse; sed quia  
omnis sermo ejus car-  
nálibus tenebræ sunt,  
& verbum ejus infidé-  
libus nox est.

R. Coróna aurea su-  
per caput ejus: \* Ex-  
préssa signo sanctitá-  
tis, glória honóris,  
& opus fortitudinis.

V. Quóniam præve-  
nisti eum in benedic-  
tiōnibus dulcedinis:  
posuisti in capite ejus

corónam de làpide  
pretioso. Expréssā.

### *Leclio. VIII.*

Itaque id, quod a se dictum est, cum libertate fidei, & confessiónis vult esse loquendū. Idcirco, quæ in ténebris dicta sunt, prædicari jussit in lúmine: ut, quæ secrēto áurium commissa sunt, super tecta, id est, excélsō loquéntium præcónio audiántur. Constanter enim Dei ingerénda cognitio est, & profundum doctrinæ Evangélicæ secrétum in lúmine prædicatiónis apostólicæ revelandū, non timéntes eos, quibus cum sit licéntia in cörpora, tamen in ánimam jús nullum est; sed timéntes pótius Deum, cui perdéndæ in gehénnā & ánimæ & cörporis sit potestas.

**M.** Hic est vere martyr, qui pro Christi nómine sanguinem su-

um fudit. \* Qui mi-  
nas júdicum non tí-  
muit, nec terrénæ dig-  
nitatis glóriam quæ-  
sívit, sed ad cœlestia  
regna pervénit.

**V.** Justum deditxit  
Dóminus per vias rec-  
tas, & osténdit illi re-  
gnum Dei. Qui mi-  
nas. Glória Patri. Qui  
minas.

### *Leclio IX.*

Nolíte timére eos,  
qui occídunt cor-  
pus. Nullus igitur cör-  
porum nostrorum ca-  
sus est pertimescendus,  
neque ullus interiméndæ carnis admittendus  
est dolor; quando pro  
natüræ suæ, atque  
originis conditióne re-  
soluta, in substántiam  
spirituális ánimæ re-  
fundatur. Et quia doc-  
trinis taliibus confirmá-  
tos, opórtet liberam  
confitèndi Dei habére  
constántiam, étiam  
conditiómem, qua te-  
nerémur, adjécit: ne-  
gatúrum se eum Pat-

ri in cœlis, qui se hominibus in terra negasset: eum porro, qui confessus coram hominibus se fuisset, a se in cœlis confitendum: qualisque nos nominis lui testes hominibus fuissimus, tali nos apud Deum Patrem testimonio ejus usuros.

**Te Deum laudamus.**

*Ad Laudes.*

*& per Horas.*

*Ant.* In tormentis apparuit Christus, Pantaleonem mira dulcedine perfundens.

*Psalmus.* Dominus regnavit, cum reliquis de Laudibus Dominicæ.

*Ant.* Ego enim (ait Christus in habitu Hermolai) tecum sum in omnibus, quæ propter me pateris.

*Ant.* Cum pro lietotribus exoraret, audivit de celo: Ultra non vocaberis Pantaleon, sed Pantaleemon, id est, Misericors, quia muni.

multi per te misericordiam consequentur.

*Ant.* Lac, & cruentum martyris collum fudit, pro quo cruentum, & aquam Christus fuderat.

*Ant.* Pantaleon varie cruciatus jugiter canebat: Sæpe expugnaverunt me a juventute mea; etenim non potuerunt mihi.

*Capitulum, Hymnus, & Ps. ut in Laud. de communione un. Mart.*

*Al., Benedictus, Ant.*  
Dixit Maximianus Pantaleoni: Quænam est ars præstigiärum, quæ tibi extinxit lampades, et satellitibus vires abstulit? Ad quæ respóndit: Meæ præstigiae Christus est.

*Oratio.* Deus qui beatum Pantaleonem, ut in Vesp. supra.

*Ad Horas, præter Antiphonas ex Laud. supra sumendas, omnia de com-*

*In II. Vesperis.*

*Ant.* In tormentis,  
ex Laud. supra. *Psalmi:*  
Dixit Dóminus, cum  
reliq. ex Domin. Et loco  
ultimi *Psal.* Crédidi.

*Ad Magnificat Antiph.*  
Recordátus est miseri-  
cordiae Dómini, & in  
conspéctu astántium  
factus est illi adjutor.

## XXX. JULII.

**S. Hencíci Imperató-**  
ris Conf. *Duplex.*

*Omnia, ut in Breviariis*  
*die XV. Julii.*

## II. AUGUSTI.

**S. Vincéntii a Paulo,**  
Conf. *Duplex.*

*Omnia, ut in Brevia-*  
*rio die XIX. Julii.*

## XI. AUGUSTI.

**S. Christóphori Mart.**  
*Semidup.*

*Lect. I. Noct. de Script.*  
occurr. *Reliqua omnia de*  
*communi unius Mart.* 2.  
*loco. Oratio: Praesta...*  
ut qui, *de eodem communi.*

## XIII. AUGUSTI.

**Ss. Hippólyti & Cas-**  
siáni Mart. *Semiduplex.*  
*Lect. I. Noct. de Script.*  
occurr.

*Lect. 4. propria in brev.*  
*Reliqua omnia de commu-*  
*ni plur. Mart. 2. loco.*  
*Oratio propria.*

## XIV. AUGUSTI.

**S. Margarítæ Virg.**  
Mart. *Semiduplex ex 20.*  
Julii.

*Oratio. Indulgéntiam,*  
*ex communi Virg. Mart.*

*In I. Noct. Lect. de*  
*Scriptura occurr.*

*In II. Nocturno.*

*Lectione IV.*

**M**argaríta, quæ &  
Marína, Antio-  
chiae Pisidiæ, patre  
Theodósio idolórum sa-  
cerdóte nata, a téneris  
annis Christiánæ reli-  
gióni addicta, bapti-  
záta est. Quæ cum  
extimisæ esset pulchri-  
cudinis a præfecto Oly-

brio adamatur. Cum que eam sibi sisti jubéret, ita illam allóquitur: Tuum nobis puerilla & nōmen, & religionem edícito. Tum illa: Margarita, inquit, vocor, gēnere sum nōbilis, religione Chriſtiāna.

**V.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: \* Et deducet te mirabiliter dēxtera tua.

**V.** Spécie tua, & pulchritudine tua intende, prōspere procéde, & regna. Et deducet.

### *Leclio V.*

**A**t præses, duo pri-ma conveniēntia sunt, tértium vero ab-surditas est. Nam quid stultius, quam ut De-um sibi quis fáciat crucifixum? Ad hæc virgo: Unde dic, oro, di-dicisti Dóminum Jesum fuisse crucifixum? Tum præies: Ex libris Chri-

stianórum. Cui Margarita: Qnænam ve-cordia est, ut, cum in eisdem libris legátur & pæna Christi, & glória, àlterum credatis, álterum respuatis.

**R.** Dilexisti justiti-am, & odisti iniquitátem: \* Propterea unxit te Deus, Deus tuus óleo lætitiae.

**V.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea.

### *Leclio VI.*

**H**is veheménter ira accénsus præfēctus varia tormentórum génera in sancto illo cor-púsculo consumavit. Primum enim virgis cæsam, deinde úngulis torsam in cácerem trudi jubet, ubi & spectro-demonis appétitur, sed ad signum crucis tota vis diáboli prostérnitur. Prodúcitur iterum virgo, & cum in confes-sione fidei constántior perseveraret, ardéni-

bus fáciibus látera ejus exurúntur. Dénique multis superátis tormentis, truncáto cápite victórem per tot corónas spíritum cœlum excépit.

**R.** Afferéntur regi vírgines post eam, próximæ ejus: \* Afferéntur tibi in lætitia, & exultatiōne.

**V.** Spécie tua, & pulchritudine tua inténde, pròspere procéde, & regna. Afferéntur. Glória Patri. Afferéntur.

*In 3. Noct. Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelium: Simile est regnum cœlorum thesáuro de communi nec Virg. nec Mart.*

**R.** 7. Hæc est virgo sápiens, quam Dóminus vigilátem invénit, quæ accéptis lampádi-bus sumpsit secum óleum: \* Et veniénte Dómino, introívit cum eo ad nuptias.

**V.** Média nocte clamor factus est, ecce

sponsus venit, exite óbviā ei. Et veniente. R. 8. Média nocte clamor factus est: \* Ecce sponsus venit, exite óbviā ei.

**V.** Prudéntes vírgi-nes aptate vestras lámpades. Ecce. Glória Patri. Ecce.

## XVI. AUGUSTI.

**Sancti Rochi, Conf.**  
**Duplex.**

*Omnia de comm. Confessoris non Pontificis præter sequentia.*

### Oratio.

Pópulum tuum, quæsumus Dómine; continua pietate custodi; & Beáti Rochi suffragántibus méritis, ab omni fac ánimæ, & corporis contagione securum. Per Dóminum.

*In I. Nocturno: Lect. à script. occurrente.*

*In II. Nocturno.*

### Lectio IV.

**R**ochus in monte Pefuláno natus, quanta in próximum cha-

ritate flagraret, tum maxime ostendit, cum sevissima peste longe, latèque per Italiām grāffante, pátria relicta. Italicam peregrinationem suscepit, urbésque, & oppida pérāgrans, se ipsum in ægrotantium obséquium impēndere, animāque suam pro fratribus pónere non dubitavit. Quod Beati viri stúdiū, quam gratum Deo fúerit, miris sanatiōnibus declarátum fuit. Complures enim pestilēntia infectos e mortis periculo signo crucis eripuit, & integræ sanitati restituit.

**R.** Honestum fecit &c.

### Lección V.

In pátriam revérsus, virtutibus & méritis dives sanctissime obiit, ejusque obitum statim subsecuta est veneratio fidélium, quæ in Constantiensi deinde concilio magnum recepsisse

dicitur incremētum, cum ad propulsandam ingruētēm luem, Rochi imágō solēnni pompa, omni comitante pôpulo, per eādem civitatem episcopis approbantibus est delata. Itaque ejus cultus mirifice propagatus est in universo terrarum orbe, qui eundem sibi apud Deum advérsus contagiosam luem patrónum religioso stúdio adoptavit. Quibus accurate perpensis, Urbánus cœtavus Póntifex maximus, ut ejus dies festus iis in locis, in quibus forent ecclésiæ, Sancti Rochi nōmine Deo dicatæ, officio ecclesiástico celebraretur, indulsit.

**R.** Amávit eum, &c.

### Lección VI.

Ex tractatu Sancti Augustini Episcopi in epistolam Joannis,

**Tract. 5. in Cap. 3.**  
Perfecta ista cháritas est, ut paratus sis

mori pro fratre. Hanc ipse Dóminus in se exhibuit mórtuus pro omnibus; orans pro eis, a quibus crucifigebatur, & dicens: Pater! ignóscet illis, quia nésciunt, quid faciunt: sed si solus hoc fecit, non erat magíster, si discípulos non habebat. Si quis tantam habuerit charitátem, ut parátus sit pro fratribus etiam mori, perfecta est in illo charitas. Sed nunquid mox ut nascitur, jam prorsus perfecta est? Ut perficiatur, nascitur; cum fuerit nata, nutritur; cum fuerit nutrita, corroborátur: cum fuerit corroborata, perficitur: cum ad perfectionem venierit, quid dicit? Mihi vivere Christus est, & mori lucrum: optábam dissolvi, & esse cum Christo: multo enim magis optimum, manere in carne necessarium propter vos.

Propter eos volébat vivere, pro quibus parátus erat mori.

R. Iste homo &c.

*In III Nocturno.*

Léctio Sancti Evangeli secundum Lucam.

*Lectio VII. Cap. 12.*

In illo tempore: Dixit JESUS discípulis suis: Nolite timere púlli gressus, de commun. Conf. non Pont. 2. loco.

### XVIII. AUGUSTI.

S. Agapiti Mart.

*Semidup.*

*Lect. I. Noct. de Script. occurr. Lect. 4. propria in breviario Lect. III. Nocturni vero 2. loco.*

*Oratio propria in brev.*

### XIX. AUGUSTI.

S. Ludovici Tolosáni Ep. Conf. *Semiduplex.*

*Oratio.*

Deus, qui beatum Ludovicum confessorem tuum, atque Pontificem, celeste regnum terréno percepere docuisti; ac puri-

cáte illibáta, & exímia  
in páuperes charitáte  
mirábilem efficere di-  
gnátus es: concéde no-  
bis fámulis tuis imitá-  
ri, quem cólimus, ut  
ejusdem virtútes æmu-  
lantes in terris, co-  
ronári cum ipso me-  
reasur in cœlis. Per  
Dóminum.

*In I. Noct. Lect. de scrip-  
tura occurrit.*

*In II. Nocturno.*

*Lectio IV.*

**L**udovicus nobilissi-  
mo génere natus,  
patrem habuit Cárolum  
secundum Siciliæ re-  
gem, matrem vero  
Mariam Hungáriæ re-  
gis filiam. Adhuc puer  
in sortem Domini vo-  
catus, ætatis illius  
posthabitis oblectamén-  
tis, divino cultui sese  
torum mancipavit. De-  
cimum quartum agens  
annum, una cum duó-  
bus fráatribus, pro ge-  
nitórís libertate in bel-

lo naváli a rege Ara-  
góniae captis, obles-  
ductus in Catalóniam,  
Barcinóne apud Minó-  
res Sancti Francíscii fe-  
re septénnio est com-  
morátus, sub eorúmque  
disciplína in scientiá-  
rum stúdiis, ac sacræ  
páginae àdipiscénda e-  
ruditione eo progrésius  
est, ut constans fúerit  
opínio, ipsi pótius  
fuisse divínitus infúsas,  
quam humánitas acqui-  
sitas. Verum majori  
conátu cœlestis magí-  
stri doctrina spiritu in-  
instruere anhélans, ci-  
líciis, jejuniis, ferreis  
flagellis carnem affi-  
xit; affídua interim  
evangélicæ veritatis  
meditacione, contemp-  
tibilia mundi spérnere  
edóctus, regális fólii  
fastum calcare delibe-  
rávit, ac de seraphico  
amplectendo instituto,  
raro humilitatis exé-  
mple, votum emisit

**R. Inveni David &c.**

## Lectione V.

Ecclesiasticæ militiæ adscriptus, & ad sacros ordines deinde promotus, ut, quod mente statuerat, opere firmaret, juri primogenitūræ renunciavit, & regno. Cumque votum, quod Barcinōne voverat, in monte Pessulāno frustra adimplēre satageret, illius cœnobii fratribus timore regis patris eum recipere non audētibus, solēmniiter renovavit. Mox ad ecclésiam Tolosānam a Bonifacio octavo, quamvis invitus, asumptus, Romānque aceritus, & ab eodem honorifice excēptus, electioni de se factæ nullatenus se assensum declaravit, donec votum, quo se obstrinxerat, Deo reddidisset. Quare, annuente Pontifice, hábitu Ordinis Minorum, quem semper póstea retinuit, ri-

te suscep̄to, in manib⁹ Episcopi Portuensis, tunc ejusdem Ordinis Generális Magistri, professiōnem emisit; hisque peractis, Apostolicis mandatis humiliter obtēperans, Episcopus Tolosanus paſsus est consecrati.

R. Póli adjutorium &c.

## Lectione VI.

Tolosam ad illius ecclésiæ régimen profectus, spirituáli animarum lucro totus incubuit: utque ministrium apostólicum integre ac diligenter impleret, salutáribus mónitis, illibataeque viuae exēmplo peccatores ad pœnitentiam revocavit, plurésque Judæos atque gentiles assidua verbi Dei prædicatione ad orthodoxam fidem convértit. Ecclesiasticam disciplinam ubique in commissa sibi dicecési promovit, ac restauravit.

Liberális in páuperes, vigínti quinque ex eis domi quotidie áluit. Paritatem usque ad obitum a pueritia niti-  
dissime custodívit. Hu-  
militatis tandem, cha-  
ritatis, atque omnium  
virtutum ornamento  
decorus annum trigési-  
mum tertium ætatis  
agens, Brincolæ pro-  
vínciæ arce, ardénti  
febre corréptus, ad Dó-  
mini sui ampléxum,  
quem in votis semper  
habuerat, emigrávit.  
Magnis deinde in Ec-  
clésia méritis clarum,  
& miraculis illústrem,  
inter quæ plures mó-  
tui ejus intercessione  
ad vitam revocati nu-  
merantur. Joánnes vi-  
gésimus secundus in  
sanctorum númerum  
réculit. Sancti viri  
corpus Valéntiæ in  
Ecclésia metropolitana  
repósum, ibi non in-  
termisso pietatis cultu  
a fidélibus devóte ve-  
neratur.

R. Iste est, qui ante.  
*In III Noct. Homilia  
in Evang. Vigilate, ac  
communi Confessoris Pon-  
tificis 2. loco.*

## XXI. AUGUSTI.

Ss Donáti et Sociórum  
Mart. Duplex.

*Oratio: Deus, qui nos  
concédis, de communi  
plur. Mm.*

*Let. i. Noct. de Script.  
occurr. Reliq. de eodem  
comm. 2. loco.*

## XXVI. AUGUSTI.

S. Hyacínthi Conf.  
Duplex.

*Omnia, ut in breviario  
die XVI. Aug.*

## XXVII. AUGUSTI.

Translátio Córporum  
Ss. Hermágoræ & For-  
tunati Mart. Duplex.

*Omnia de communi plur.  
MM. i. loco, præter  
Orationem.*

*Oratio.*

Dens. qui gloriósas  
beatorum marty-  
rum tuorum Hermá-

goræ, & Fortunati die venerando colimus; ipsorum beatitudini, te concedente, adjungi mereamur. Per Dominum.

reliquiarum

# OFFICIA

*quærenda in Appendice hujus libelli.*

---

De Pretioso Sanguine D. N. J. C.

De Ss. Corde D. N. J. C.

De S. Jóachim Patre Deiparæ V.

Off. Commem. de Ss. Corpore Christi.

Off. Commem. de Concept. B. M. V.

Et Commemoratio de S. Nicolao Ep.

---

1000 ft. above timberline 890

1000 ft. above timberline 890

OFFICIA  
DIOECESIS  
LABACENSIS  
AD PARTEM BREVIARII  
AUTUMNALEM.

---

I. SEPTEMBRIS.

S. Ægidii Abbatis  
Conf. *Semiduplex.*

*Oratio: Intercéssio,  
de communi Conf. abbat.*

*In I. Noct. Lectiones de  
script. occurr. cum R.R. de  
comm. non Pont.*

*In II. Noct. Lectio 4.  
in brev. propria: Ægidius  
Atheniensis &c. Resp.  
Honustum. Lect. 5. De-  
ridétur &c. Resp. Ama-  
vit. Lect. 6. At contra  
&c. Resp. Iste homo.*

*In III. Noct. Lect. de  
comm. abbat. in Evang.  
Ecce nos reliquimus,  
cum Responsoriis.*

*In Laud. fit commem.  
Ss. 12. Fratrum mart.  
ut in breviario.*

III. SEPTEMBRIS.

Ss. Euphémia, Doró-  
thea, Thecla, & Erás-  
mæ Virg. Mm. Duplex.  
*In utrisque Vesperis & in  
Laudibus:*

*¶ Adducentur Regi vir-  
gines post eam:  
¶ Próximæ ejus affe-  
réntur tibi.*

*Antiph. Prudentes vir-  
gines aptate vestrar  
lāmpades: ecce spon-  
sus venit, exite ób-  
viām ei.*

*Oratio: Da nobis mi-  
sericors Deus; sanctis  
virginibus, & martyri-  
bus tuis Euphémia,  
Doróthea, Thecla, &  
Erásma intercedénti-  
bus, cœlestis gratiæ  
abundantiam: ut eárum  
passio celebrata; præ-*

Aaaa

fentis vitæ subsidiū cónferat, & æternæ. Per Dominum.

*In I. Nocturno.*

*Lectiones de Scriptura occur. cum Resp. de communī Virg.*

*In II. Nocturno.*

*Lectio IV.*

**E**uphémia, Doróthea, Thecla, & Erásma virgines Aquilejenses nobiliter progénitæ, quarum priores Valéntii filiæ, hóminis idolatriæ addicti, sequentes vero Valéntiani ejusdem frátris, Christi nomen profitentis, cuius studio omnes in Christiana fide erudiebantur. Quadam vero die, cum suppliciter efflagitarent, ut Natisi fluminis lustralibus undis, baptismatis desiderio, ablueréntur, précibus Deo oblatis, insigni prodígio flumen divinitus cursum remoratur, ac tamdiu cónstitit, donec eadēm

hora adveniente Valentiniáno, ac beato Hermàgora Episcopo, continuo baptizántur, & vírgines Deo conseruantur. Cum interim Valéntius Euphémiam, & Dorótheam nubendas destinasset, réspuunt illæ terrénas núptias, cœlesti sponso dicátæ. His gènitor auditis infâniens, arrépto gladio, utrámque aggréditur: at illæ furéntis patris e mánibus elápse ad Valentiniánum pátrium confúgiunt, quas ipse cum filiabus in suæ domus látebris abdidit. Verum fraude servi detectæ, qui statim a dæmone arréptus in Natsum flûvium se præcipitem dedit, ab ipso Valéntio insequente orantes deprehénsæ Servásto præfidi pro Christiano nōmine puniéndæ traduntur.

R. Propter veritatem &c.

*Lectio V.*

**D**elatas sibi vírgines præses, ut eas videt blanditiis ad apostasiam áctrahi non potuisse, imperat pri-mum nudas flagéllis cædi, inverso mox corpore suspéndi, & malleis capita eoúsque contundi, quo sanguis enatibus copiose difflueret: sed omnibus cruciatis fortiores carceri mancipandas de-crévit. Sequenti mane, quia a vulnéribus incolumes cernebantur, hortatur Servastus pro accépto beneficio diis litare, quorum pietati salutem debere suadébat; at illæ solum Jesum Dei filium cælestem médicum confitentur, & prædicant. Jubet interea præses eásdem equíleo suspéndi, latare lampádibus adúti, ac tandem mamillas crudeliter amputari, quæ canibus devorandæ

projéctæ singulàri ab ipsis custódia venerantur. Iterum igitur carcéribus occluduntur, & altera die nudæ circumducuntur per urbem; sed orante sancta Euphémia, Angelus Dómini singulas cándida stola superinduit, ac pristinæ incolumentati restituit; quin & novum cónculit décorem, cum in eàrum corporibus nec plágarum vestigia apparet, & vultus eàrum solis instar enitescerent.

¶. Dilexisti &c.

*Lectio VI.*

**T**antis prodigiis, virginumque constan-tia nil commotus præses, ut audivit irridéntes hánia déorum simulácræ, capite plectendas mandavit; quam impiam sententiam inflatis, & neptes Valéntius ipse sese obtulit exequuturum. Adiit ergo altissimam turrim,

ubi filias eximiae pulchritudinis anteacto tempore aliquamdiu custodierat, ibisque propriis manibus omnium capita obtruncavit, & in praeterfluentem Natisum dejicit: Divinam tamen ultionem immannis adeo facinoris vindicem sensit, ingenti illico terrae motu turri concussa, igne que cœlitus obruente, qui Valentium, ejusque comites, & turrim ipsam a fundamentis incendit. Cum autem noctu Valentianus cum Sancto Hermagora beatarum virginum corpora, & capita inquisiturus descendenter prope flumen; ecce navicula apparuit sacris pignoribus onusta, quæ a duobus juvénibus ingenis speciei, & lúminis, nave ducentibus, sancto antistiti oblata, ab eo honorifice sepulcro, religioso cle-

ri comitatu, domi ejusdem Valentiniáni in ecclésiam consecratae, condita sunt.

R. Afferentur. &c.

In III Nocturno Evang. Accesserunt ad Iesum, de com. Virg. 2. loco.

#### IV. SEPTEMBRIS.

S. Rosáliae Virginis Panormitanæ. Duplex.

*Omnia de communi Virginum primo loco præter ea, quæ sequuntur.*

*Oratio:* Exaudi nos Deus salutaris noster: ut sicut de beatæ Rosáliae virginis tuæ festivitate gaudemus; ita piæ devotionis erudiatur affectu; & ejus intercessione ab iracundiæ tuæ flagellis misericorditer liberemur. Per Dóminum.

In I. Nocturno Lectiones de Script. occur. cum R. R. de communi Virg.

In II. Nocturno.

*Lectione IV.*  
Rosália virgo, orta Panormi ex nó-

bili génere, suam originem trahens a Carolo Magno, in Quisquínæ montem quadraginta círciter mille pássibus distántem sola secedens, patérnæ domus opes, delicias, ac spem majóris amplitudinis ob propinquitatem & benevoléntiam regum Siciliæ contémnens, cum tétricæ rupis horróre, & asperitáte commutávit: inque antrum, cui tunc únicus, & quidem angustus áditus e superiori loco patébat, intrépide descéndit, ea mente, quam charácteribus saxo insculptis adhuc paténtibus expréssit: Ego Rosália Sibíaldi Quisquínæ & Rosárum domini filia, amore Dómini mei Jesu Christi in hoc antro habitare decreti. Qua inscriptiōne óculis obversánte suscéptæ vitæ propósitum áltius cordi infi-

gere, ac divinæ benevoléntiæ signa, ad castissimæ mentis blandimenta vicissim provocare consuévit.

R. Propter veritatem. &c.

### Lectione V.

In hac specu subterranea sibi & mundo emórtua, consepulta que Jesu Christo, ut soli Deo víveret, diu noctuque látuit, cavens præcipue in montibus paterni principátus, ne forte ágnita in domum, urbemque patriam abducerétur invita. Cálidas dæmonum insídias, quæ áasperæ vitæ tedium, & solitúdinis horrórem animo ingerébant, áriter sæviéndo in se, férrea caténa, vigiliis, & humi cubatiōne, forti animo superálisse antiquæ ícones significant; cumque humánis destituta præsidiis, nihil solatii aliunde.

hauríret, quam e cœlo; Dóminus, qui consolátor, & corónat sanctos suos, angélicis deliciis illam sœpius recreábat.

**R. Dilexisti. &c.**

*Lectio VI.*

**C**œlesti deinde consilio ex antro Quisquinéasi in horridórem speluncam peregrini montis tribus ferre mille pássibus procul Panórmō Rosália se tránsstulit, ut, quo diffícilíorem pugnam secum ipia committetret e conspectu Domus paternæ, eo laudabílius de contémptis mundi illécebris triumpháret. Latébat ibi ad partem lævam angustus concavus, quem éadem post repertas ejus reliquias illuc venánti, cui se vidéndam præbuít, dixit esse suam cellam peregrinam, ubi multum ætatis exegísset. Hic tamquam colúmba in

foramínibus petræ gemens in cœlestium rerum contemplatione defixa, ad perfectissimam divini amoris normam in solitúdine vitam tradúxit, & sanctissime perennibus charitatis rosis, & virginitatis liliis coronata depósoit prídie Nonas Septembbris. Cujus corpus Urbáno octávo Pontífice máximo divinitus anno Jubilæi totius Siciliæ plausu repertum, illam a peste liberávit.

**R. Afterentur &c.**

*In III. Nocturno Lect. de 10. virg. ex commun. Virg. i. loco.*

## VI. SEPTEMBRIS.

**S. Joánnæ Franciscæ Fremiot de Chantal,** Fundatricis Ordinis Monialium de Visitatione S. Mariæ.

*Duplex minus. ex 21. Aug.*

*Omnia de communi nec Virg. nec Martyrum, praeter ea, quæ sequuntur.*

**Oratio:** Omnipotens & misericors Deus; qui beatam Joánnam Franciscam tuo amore succénsam admirabili spiritus fortitudine per omnes vitæ sémitas in via perfectionis donasti; qui que per illam illustrare ecclésiam tuam nova prole voluisti; ejus méritis & præcibus concéde; ut qui infirmitatis nostræ cónscii de tua virtute confidimus: cœlestis gratiæ auxilio cuncta nobis adversantia vincámus. Per Dóminum nostrum.

In I. Nocturno Lectio-nes de Script. occurr. cum R. R. de communi nec Vv. nec Mm.

In II. Nocturno.

Lectio IV.

Joánnna Francisca Frè-miot a Chantal, Di-víone in Burgúndia cla-rissimis orta natálibus ab ineunte ætate eximiæ sanctitatis non

obscúras edidit signifi-cationes. Eam enim vix quinquennem nobilem quandam Cal-vinistam sólida supra ætatem argumentatió-ne perstrinxisse ferunt, collatúmque ab eo mu-nusculum flammis illi-co tradidisse in hæc verba: En quómodo hærétici apud íferos comburèntur, qui lo-quénti Christo fidem detrèstant. Matre or-bata Deíparæ Vírginis tutélæ se commendávit, & famulam, quæ ad mundi amorem eam alliciébat, ab se rejécit. Nihil puerile in móribus exprimens, a sæculi deliciis abhor-rens, martyriumque anhélans, religióni ac pietati impénse studébat. Baróni de Chan-tal nuptui a patre trá-dita, virtutibus omnibus excoléndis óperam dedit, liberos, famu-los, aliósque sibi sub-jéctos in fidei doctri-

na, bonisque móribus imbúere sátagens, profusa liberalitáte páuperum inópiam sublevabat, annóna divinitus non raro multiplicata; quo factum est, ut némini se unquam Christi nómine rogánti stipem abnegatúram spopónderit.

**R.** Propter veritatem. &c.

*Leclio V.*

**V**iro in venatióne interémplo, perfectioris vitæ consilium iníiens, continétiæ votu se obstrinxit. Viri necem non solum æquo ánimo tulit, sed in pùblicum indultæ véniae testimónium occisoris filium e sacro fonte suscipere sui victrix élégit. Módica família, tenui viðn, atque vestitu conténta, pretiósas vestes in pios usus convértit. Quidquid a domésticis curis supérerat témporis, précibus,

piis lectionibus, labo-riqué impendébat. Nunquam adduci potuit, ut áleras nuptias, quamvis útiles & honoríticas, intret. Ne autem a propórito castimóniæ observándæ in pòsterum dimovere rétur, illius voto innováto, sanctissimum Jesu Christi nomen candénti ferro pectori insculpsit. Ardéntius índies caritáte fervescens, páuperes, derelictos, ægros, tetérrimisque morbis inféctos ad se adducéndos curábat; eosque non hospitio tantum excipiébat, solabátur, fovébat; verum étiam sórdidas eorúndem vêtes depurgábat, láceras reficiebat, & manantibus fœtido pure ulcéribus lábia admoveré non exhorrébat.

**R.** Dilexisti &c.

*Leclio VI.*

**A** Sancto Francisco Salésio, quo spi-

ritus moderatōre ufa  
fuit, divinam volun-  
tatem edicta, propri-  
um parentem, sōce-  
rum, filium dēnique  
iplum, quem etiam  
vocationi obſistētem  
ſua e domo egrēdienſ  
pēdibus calcāre non  
dubitavit, invicta con-  
ſtantia defrūit, &  
ſacri instituti Visita-  
tionis Sanctæ Mariæ  
fundamenta jecit. E-  
jus instituti leges in-  
tegerrime custodivit;  
& adeo paupertatis fu-  
it amans, ut vel ne-  
cessaria ſibi deesse gau-  
deret. Christianæ ve-  
ro animi demiſſionis,  
& obediētiæ, virtū-  
tum dēnique omnium  
perfectissimum exém-  
plar ſe præbuit. Al-  
tiōres in corde ſuo a-  
ſcenſiones dispónens,  
arduissimo efficiendi  
ſemper id, quod per-  
fēctius eſſe intellige-  
ret, voto ſe obſtrinx-  
it. Dēnique ſacro  
Viſitationis initituto e-

juſ potiſſimum ópera  
longe latēque diffuso,  
verbo, exēmple, &  
scriptis etiam divīna  
ſapiēntia refertis ad  
pietatē, & caritatē  
ſorōribus excitatis,  
meritis referta, & Sa-  
cramēntis rite fuſcep-  
tis, Molini anno mil-  
lēſimo ſexcentēſimo  
quadragēſimo primo,  
die décima tértia De-  
cēmbriſ migravit ad  
Dóminum, ejusque á-  
nimam occurrente  
ſancto Francisco Salé-  
ſio in cœlos deferri  
ſanctus Vincēntius a  
Paulo procul distans  
aspexit. Ejus corpus  
póſtea Annécium trans-  
lātum fuit; eāmque  
miraculis ante & post  
obitum claram Bene-  
dictus décimusquartus  
Beatorum, Clemens de-  
cimustértius albo Sanc-  
torum adjécit. Festum  
autem ejusdem diem  
duodēcimo Caléndas  
Septēmbriſ ab univér-  
ſa Ecclēſia Clemens dé-

cimus quartus Pónifex  
máximus celebrári prä-  
cépit.

*R. Fallax gratia &c.*

*In III. Nocturno,  
Homilia in Evang. Si-  
mile est regnum cæ-  
lorum thesáuro, ut in  
communi non Virginum.*

VII. SEPTEMBRIS,  
S. Anastásii, Mart.  
*Duplex.*

*Oratio: Præsta --- ut  
qui, de communi unius  
Mart.*

*In I. Noct. Lect. de  
Script. occ. Omnia reli-  
qua de eodem comm. 2. loco*

---

IX. SEPTEMBRIS.  
Ss. Hermógenis &  
Fortunáti Mm. *Duplex.*

*Oratio: Deus, qui  
nos concédis, de com-  
muni plur. Mart.*

*In I. Noct. Lect. de  
Script occur.*

*In II. Noct. Lect. de  
eod. comm. 1. loco.*

*In III. Noct. vero  
2. loco.*

XI. SEPTEMBRIS.

S. Daniélis Prophé-  
tæ Conf. *Duplex.*

*Oratio: Deus, qui  
nos, de communi Conf.  
non Pont.*

*In I. & II. Noct.  
Lect. ex Dom. 3. Novem-  
bris. In III. Noct. ex  
Dom. ultima post Pent.  
Reliqua de communi Conf.  
non Pont.*

XII. SEPTEMBRIS,  
S. Pelágii Mart.  
*Duplex.*

*Oratio: Præsta ,  
quæs. omn. Deus, ut ,  
qui, de communi un. Mart.*

*In I. Noct. Lectiones  
de Script. occur. Reliq.  
omn. de eodem communi  
1. loco.*

XIII. SEPTEMBRIS.  
Ss. 7 Dormiéntium  
Mm. *Semiduplex.*

*Oratio: Deus, qui  
nos concédis, de com-  
muni plur. Mart.*

*In I. Noct. Lect. de  
Script. occur. Reliq. omn.  
de eodem comm. 2. loco.*

XVII. SEPTEMBRIS.  
S. Josephi Calasancii Conf. *Duplex.*

*Oratio:* Deus, qui per Sanctum Joséphum confessorem tuum ad erudiéndam spíritu intelligéntiæ, ac pietatis juventutem, novum ecclésiæ tuæ subfídium providere dignatus es: præsta, quæsumus; nos ejus exemplo, & intercessione ita facere, & docere; ut præmia consequamur æterna. Per Dominum nostrum. &c.

*In I. Noct. Lect. de Script. occur.*

*In II. Nocturno.*

*Lectio IV.*

Joséphus Calasánctius a Matre Dei, Petraltae in Aragónia, nobili génere natus, a ténoris annis futuræ in púeros charitatis, & eorum institutiōnis iudicia præbuit.

Nam adhuc párvulus, eos ad se convocatos, in mystériis fidei, & sacris præcibus erudiébat. Humánis, divinisque litteris egrégie doctus, cum studiis theologicis Valéntiae óperam daret, nóbilis, potenterisque fœminæ illécebris fórtiter superatís, virginitatem, quam Deo vóverat, inoffensam insigni victória servávit. Sacérdos ex voto factus, a compluribus Episcopis in Castellæ Novæ, Aragóniæ, & Cataláuniæ regnis in partem labóris adscitus expectationem omnium vicit, pravis ubique móribus emendatis, ecclesiastica disciplina restituta, iniamicitiis, cruentisque factiōnibus mirifice extinctis. At cœlesti visione, & Dei voce frequenter admonitus Romam profectus est. & Honestum. &c.

## Lectio V.

In Urbe summa vitæ asperitate, vigiliis, & jejuniis corpus affligenſ, in orationibus, & cœlestium rerum contemplatione dies, noctesque versabatur, septem ejusdem Urbis ecclésias, singulis fere noctibus obſtreſ ſolitus: quem inde monrem, complures annos fervavit. Dato piis fodalitatibus nomine, mirum, quanto ardore pauperes, infirmos, potifſimum autem cáceribus detentos, eleemosinis, omnique pietatis officio subleváret. Lue, urbem depopulante únacum Sancto Camillo, tanto fuit aetus impetu charitatis, ut præter subsidia ægroris paupéribus large collata, ipſa etiam defunctorum cadávera suis húmeris tumulanda transférret.

Verum cum divinitus accepiffet, ſe ad informandos intelligentiæ, ac pietatis ſpiritu adolescentulos, præcipue pauperes, destinari, Ordinem clericorum Regulárium pauperum Matris Dei Scholárum Piárum fundávit, qui peculiarem curam circa puerorum eruditiónem ex proprio instituto profiterentur; ipfumque Ordinem Cleménti octavo, Paulo quinto, aliisque summis Pontificibus magnópere probátum, brevi tempore per plúrimas Európæ provincias, & Regna mirabiliter propagavit. In hoc autem tot labores perpelliſſus est, ac tot ærumnas invicto animo toleravit, ut omnium voce miraculum fortitudinis, & Sancti Jobi exemplum diceretur.

R. Amávit eum &c.

## Lechio VI.

**Q**uamvis Ordini unito  
verso praeesset, totisque viribus ad animarum salutem incumberet, nunquam tamen intermisit pueros, praesertim pauperes, erudire, quorum scholas verrere, eosque domum comitari consuevit. In eo summae patientiae, & humilitatis munere, valetudine etiam infirma, duos & quinquaginta annos perseveravit: dignus propterea, quem crebris Deus miraculis coram discipulis illustraret, & cui Beatissima Virgo eum pueri Jesu illis orantibus benedicente appareret. Amplissimis interim dignitatibus repudiatis, prophetia, abdita cordium & absentia cognoscendi donis, & miraculis clarus, deiparæ Virginis, quam singulare

pietate & ipse ab infantia coluit, & suis maxime commendavit, aliorumque cœlitum frequenti apparitione dignatus, cum obitus sui diem, & Ordinis tunc prope evensi restitutionem, atque incrementum prænunciasset, secundum & nonagesimum annum agens, Romæ obdormivit in Domino octavo Kalendas Septembris anno millesimo sexcentesimo quadragesimo octavo. Ejus cor, & lingua post saeculum integra, & incorrupta reperta sunt. Ipse vero, multis post obitum quoque signis a Deo illustratus primum a Benedicto decimo quarto Beatorum cultu decoratus fuit, ac deinde a Clemente decimo tertio inter Sanctos solenniter est relatius.

R. Iste homo &c.

*In III. Nocturno.*

Lectio Sancti Evangeli secundum Matthaeum.

*Lectione VII. C. 18.*

In illo tempore accesserunt discipuli ad Jesum dicentes: Quis putas major est in Regno cœlorum? Et reliqua.

*Homilia Sancti Joannis Chrysostomi.*

*In Cap. 18. Matth. Homilia 60.*

Videte, ne aliquem istorum contempseritis parvulorum, quia eorum Angeli Patris mei faciem semper aspiciunt, & quia ego propter eos veni, & haec Patris mei voluntas est. Ad tuendos, conservandosque pusillos diligentiores nos reddit. Perspicis, quam ingentia in tutelam tenuum mænia erexerit; & quantum studium, curamque ha-

beat, ne perdantur; tum quia supremas decipiéntibus eos pœnas statuit, tum quia summam pollicetur mercédem his, qui curam eorum suscipiunt: idque tam suo, quam Patris exemplo corroborat.

*R. Ille est &c.*

*Lectione VIII.*

Dominum igitur etiam nos imitemur, & nihil pro fratribus omittamus etiam eorum, quæ humilia, viliaque nimium videntur: sed si administratione nostra etiam opus fuerit, quamvis tenuis, atque abjectus quidem, cui administrandum sit, fuerit, quamvis ardua nobis res, atque laboris plena esse videatur; omnia haec pro fratriis salute tolerabiliora, facilitioreque, oro, videantur. Tanto enim studio, tantaque

cura Deus dignam es-  
se ánimam osténdit, ut  
neque Filio suo pepér-  
cerit.

¶. Sint lumbi &c.

*Lectio IX.*

**S**i non est nobis satis  
ad salútem, quod  
virtuóse ípsi vivámus,  
sed opórtet aliórum  
salútem re ipsa desi-  
deráre; cum neque  
nos recte vivámus,  
neque álios hortémur,  
quid respondébimus?   
quæ nobis spes salútis  
réliqua erit? quid ma-  
jus, quam ánimis mode-  
rári, quam adolescen-  
tulórum fíngere mo-  
res? Omni certe pic-  
tóre, omni certe sta-  
tuário, cæterisque hu-  
jusmodi ómnibus ex-  
cellentiórem hunc du-  
co, qui júvenum áni-  
mos fíngere non ig-  
nóret.

Te Deum laudámus.

XVIII. SEPTEMBRIS.  
S. Joséphi a Cuperti-  
no Confessoris. *Duplex.*

*In I. Vesperis*

*Ad Magnificat. Antiph.*

Mórtuus sum, & vita  
mea est abscónrita cum  
Christo in Deo.

*Oratio:* Deus, qui  
ad unigénitum Fílium  
tuum exaltátum a ter-  
ra, omnia tráhere dis-  
posuísti: pérfice pro-  
pítius; ut méritis, &  
exémplo Seraphici con-  
fessóris cui Joséphi;  
supra terrénas omnes  
cupiditátes eleváti ad  
eum pervenire mereá-  
mur; Qui tecum vi-  
vit, & regnat &c.

*In I. Nocturno.*

*Lectio I.*

**D**e Epístola secúnda  
Beáti Pauli Apóstoli  
ad Corínthios.

*Capit. 4. v. 6. ad 12.*

**D**eus, qui dixit de te-  
nebris lucem splen-  
descere, ipse illúxit in  
córdibus nostris ad il-  
luminationem scientiae  
claritatis Dei, in facie  
Christi Jesu. Habemus  
autem thesáurum istum

in vasis fictilibus: ut sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. In omnibus tribulacionem patimur; sed non angustiamur: aporiamur; sed non destitui-  
mur: persecucionem patimur; sed non derelinquimur: dejici-  
mur; sed non perimus: semper mortificacionem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Jesu manife-  
stetur in corporibus nostris. Semper enim nos, qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum: ut & vita Jesu manifestetur in carne nostra mortali.

**R. Euge serve bone &c.**

### Lectione II.

**Cap. 5. v. 1. ad 9.**

**S**cimus enim, quoniam si terrestris domus nostra hujus habitacionis dissolvatur, quod aedificationem ex

Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cœlis. Nam & in hoc ingemiscimus, habitacionem nostram, quæ de cœlo est, superindui cupientes: si tamen vestiti, non nudii inveniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus gravati; eo quod nolumus expoliari, sed supervestiri; ut absorbeatur, quod mortale est, a vita. Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus spiritus. Audentes igitur semper, scientes, quoniam, dum sumus in corpore, peregrinamur a Domino: (per fidem enim ambulamus, & non per speciem). Audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore, & praesentes esse ad Dominum,

**R. Justus &c.**

*Lectio III.*

Cap. 12. v. 1. ad 10.

**S**i gloriári opórtet (non èxpedit quidem) véniam autem ad visiones, & revelatiōnes Dómini. Scio hóminem in Christo ante annos quatuordecim (sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit) raptum hujusmodi usque ad tertium cœlum. Et scio hujusmodi hóminem (sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit) quóniam raptus est in Paradísum, & audívit archa na verba, quæ non licet hómini loqui. Pro hujusmodi gloriábor, pro me autem nihil gloriábor, nisi in infirmitatibus meis. Nam & si volúero gloriári, non ero insípiens: veritatem enim dicam: parco autem, ne quis me existimet su-

pra id, quod videt in me, aut aliquid audit ex me. Et ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ ángelus Sátanæ, qui me colaphizet. Propter quod tecum Dóminus regávi, ut discederet a me: & dixit mihi: Sufficit tibi grātia mea; nam virtus in infirmitate perficitur. Libénter igitur gloriábor in infirmitatibus meis, ut inhàbitet in me virtus Christi.

¶ Iste cognovit &c.

In II. Nocturno.

*Lectio IV.*

Joséphus a Cupertino, oppido in Salentinis diocesis Neritonensis, anno reparatae salutis millésimo sexcentésimo tertio, piis ibidem paréntibus ortus, Deinde amore prævénitus, pueritiam, atque adolescētiā,

B b b b

summa cum simplicitate morumque innocencia transegit. A diuturno, molestoque morbo patientissime tolerato deiparæ Virginis ope liberatus, se totum pietatis operibus, ac excolendis virtutibus dedit: utque Deo ad majora vocanti se intimius conjungeret, Ordini Seraphico nomen dare constituit. Post varios eventus voti tandem compos factus, apud Minores conventuales in cenobio cryptulæ, inter laicos primum ob literarum imperitiam, deinde inter clericos Divina dispositione connumeratus est. Sacerdotio post solennia vota initiatus, perfecitus sibi vitæ institutum proposuit. Quamobrem mundanis quibuscumque affectionibus, terrenisque rebus penne ad vitam necessariis illico a se abdicat-

tis, ciliciis, flagellis, catenis, omni demum asperitatum, ac penarum genere corpus afflixit; spiritum vero sanctæ orationis, altissimæque contemplationis assiduitate dulciter enutrit. Hinc factum est, ut charitas Dei, quæ jam erat in ejus corde a prima ætate diffusa, miro, planèque singulari modo indies coruscaverit.

R. Honestum &c.

### Lectione V.

Eluxit præcipue ardentissima ejus charitas in ecstasibus ad Deum suavissimis, stupidisque raptibus, quibus frequenter affiebatur. Mirum autem, quod alienato sensibus animo statim ab ecstasi eum revocabat sola obedientia. Hanc quippe virtutem eximio studio prosequebatur, dicere solitus, se ab ea veluti cæcum circumducere, &

mori pótius velle, quam non obedire. Paupertátem vero seraphici patriarchæ ita æmulátus est, ut morti próximus prælato suo assérere vere potuerit, se nihil habere, quod more Religiosorum refuguaret.

Itaque mundo, sibi que mórtuus, vitam Jesu manifestabat in carne sua, quæ, dum in aliquibus ex turpitudine obscenum flagitium sentiebat, prodigiósum de se efflabat odorem, indicium nitidissimæ illius puritatis, quam immundo spíritu vehementissimis tentationibus frustra obnubilare diu coñante, servavit illæsam, tum arcta lensusum custódia, tum jugi corporis maceratione, tum déniue speciali protectione purissimæ Virginis Mariæ, quam matrem suam appellare consué-

vit, ac véluti matrem dulcissimam intimo cordis afféctu venerabatur, eámque ab aliis venerari exoptabat, ut eura ejúsdem patrocínio, sicut ipse ajebat, ómnia bona con sequerentur.

B. Amávit &c.

### Leclio VI.

Hæc beati Joséphi sollicitudo, a sua erga próximos charitate prodibat; tanto enim animarum zelo exardébat, ut ómnium salutem modis ómnibus instantissime procuráret. Exténdens páriter charitatem suam in próximo, sive páuperem, sive infirmum, sive quacunque alia tribulacione vexatum, quantum in ipso erat, illum recreabat. Nec alieni erant ab ejus charitatem, qui objurgationibus, probris, omnisque géneris injuriis ipsum appéte-

rent: nam eadēm patiēntia, mansuetudine, vultusque hilaritatē tālia excipiēbat, qua tot inter, ac tantas vicissitudines resplenduit, dum vel moderatōrum Ordinis, vel sacræ Inquisitiōnis jussu, hac illac errare, versari, qua coactus est. Quauquam vero populi non solum, sed viri prīncipes eximiam ejus sanctitatem, & superna charismata admirarentur; ea nihilominus erat humilitate, ut magnum se peccatorem reputans, Deum enīxe deprecaretur, ut sua ab eo illustria dona removéret: homines vero exoráret, ut in eum locum mortuum ejus corpus injicerent, ubi memória sui effet prorsus obliterata. At Deus, qui ponit hūmiles in sublīme, quique servum suum, dum viveret, cœlesti sapiēntia, pro-

phetia, cōrdium perscrutatiōne, curatiōnum grātia, cœterisque donis cumulatissime exornāverat, ejus quoque mortem iis, quibus ipse antea prædixerat, loco, ac tempore, anno ætatis sue sexagésimo primo, Auximi in Picēno, pretiosam reddidit, sepulchrūmque gloriōsum. Illum dēnique etiam post óbitum miraculis coruscāntem, Benedictus décimus quartus Beatōrum, Clemens décimus tertius Sanctōrum fastis adscripsit; ejus autem officium, & missam, Clemens décimus quartus ejusdem Ordinis, ad univēsam Ecclēsiā extēdit.

¶. Iste homo &c.

*In III. Nocturno.*

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum.

*Cap. 22.*

*Lectio VII.*

In illo tempore lo-  
quebatur Iesu prin-  
cipibus sacerdotum, &  
Pharisæis in parabolis  
dicens: Simile factum  
est regnum cœlorum  
hómini regi, qui fecit  
nuptias filio suo. Et  
réliqua.

**Homilia Sancti Gre-  
górii Papæ.**

*Lib. 2. Homiliar. Ho-  
mil. 38. circa medium.*

**Q**uia jam largiente  
Dómino nuptiá-  
rum domum, id est, sanc-  
tam Ecclésiam, intra-  
stis; solérter, fratres  
aspícite, ne áliquid de  
mentis vestræ hábitu  
rex ingrériens repre-  
héndat. Cum magno  
enim cordis timore  
pensandum est, quod  
prótinus subditur: In-  
trávit autem rex, ut  
vidéret discumbéntes,  
& vidit ibi hóminem,  
non vestitum veste nup-  
tiáli. Quid, fratres  
charíssimi, exprimi per

nuptiálem vestem pu-  
tamus? Si enim ve-  
stem nuptiálem bap-  
tísma, vel fidem díci-  
mus, quis sine baptís-  
mate, & fide has núp-  
tias intrávit? Eo enim  
ipso foris est, qui nec-  
dum crédidit. Quid er-  
go debémus intellige-  
re nuptiálem vestem  
nisi charitátem? In-  
trat enim ad nuptias,  
sed cum nuptiáli veste  
non intrat, qui in sancta  
Ecclésia assístens  
fidem habet, sed cha-  
ritátem non habet.  
Recte enim cháritas  
nuptiális vestis vocá-  
tur, quia hanc in se  
Cónditor noster hábuit,  
dum ad sociandæ sibi  
Ecclésiæ nuptias venit.

**R.** Iste est, qui &c.

*Lectio VIII.*

**S**ola quippe dilectiό-  
ne Dei actum est,  
ut ejus unigénitus men-  
tes sibi electórum hó-  
minum uníret. Unde  
& Joánnes dicit: Sic

enim diléxit Deus mun-  
dum, ut Filium suum  
unigénitum daret pro-  
nobis. Quia ergo per  
charitátem venit ad  
hómines, eándem cha-  
ritátem inuótuit ve-  
stem esse nuptiálem.  
Omnis ergo vestrum,  
qui in Ecclésia pósitus  
Deo credidit, jam ad  
núptias intrávit, sed  
cum nuptiáli veste non  
venit, si charitatis grá-  
tiam non custódit. Et  
certe, fratres, si quis  
ad carnáles núptias es-  
set invitátus, vestem mu-  
táret, congaudére se  
sponso, & sponsæ ex ip-  
so sui hábitus decóre  
osténderet, inter gau-  
déntes, & festa cele-  
brántes despéctis vésti-  
bus apparére erubé-  
ceret. Nos ad Dei  
núptias vénimus, &  
cordis vestem mutare  
diffimulámus. Congau-  
dent Angeli, cum ad  
célum assummúntur  
élécti. Qua ergo men-  
te hæc spiritualia fe-

sta conspicimus, qui  
nuptiálem vestem, id  
est, charitátem, quæ  
sola nos speciosos ex-  
hibet, non habémus?

R. Sint lumbi &c.

### *Lectio IX.*

Sciéndum vero est,  
quia sicut in duó-  
bus lignis, superióre  
videlicet, & inferióre,  
vestis tèxitur, ita in  
duobus præcéptis chá-  
ritas habétur, in dilec-  
tióne scilicet Dei, &  
próximi. Scriptum quip-  
pe est: Díliges Dó-  
minum Deum tuum ex  
toto corde tuo, & ex  
tota áнима tua, & ex  
tota virtute tua, &  
próximo tuum sicut  
te ipsum. Qua in re-  
nuntandum est, quia in  
dilectione próximi  
mensura amoris pón-  
tur, cum dicitur:  
Díliges próximum tu-  
um sicut te ipsum. Dei  
autem dilectio nulla  
mensura constringitur,  
cum dicitur: Díliges

Dóminum Deum tuum  
ex toto corde tuo,  
ex tota ánima tua, ex  
tota virtute tua. Non  
enim jubétur quisque  
quantum díligat, sed  
ex quanto, cum díci-  
tur, Ex toto: quia ille  
veráciter Deum díli-  
git, qui sibi de se ni-  
hil relínquit. Duo er-  
go necesse est, ut cha-  
ritatis præcepta custó-  
diat, quisquis habére  
in nuptiis vestem nup-  
tiálem curat.

Te Deum laudámus.

*Ad Benedictus Antiph.*  
Osténdit mihi Dóminus  
flúvium aquæ viveæ,  
spléndidum tanquam  
crystállum procedén-  
tem de sede Dei, &  
Agni.

*In II. Vesperis ad*  
*Magnificat, Antiph.* Ex-  
stimo, ómnia detri-  
mémentum esse, propter  
eminéntem scíentiam  
Iesu Christi Dómini  
mei.

XXII. SEPTEMBRIS.

S. Thomæ de Villa  
Nova, Ep. Conf. Duplex.

*Lect. I. Noct. de Script.*  
*occurr. Reliqua in brevi-*  
*ário hæc die, vel 18. Sept.*

XXV. SEPTEMBRIS.

S. Mariæ de Cervel-  
lione. Duplex.

*Omnia de communi Vir-*  
*ginum, præter ea, quæ*  
*sequuntur.*

*Oratio:* Deus, qui  
nos cónspicis in tot  
periculis constitutos pro  
nostra fragilitate non  
posse subsistere: concé-  
de propitiis; ut inter-  
cedeente beata María  
fámula tua de præsen-  
tis vitæ fluctibus educ-  
ti, ad ætérnæ salutis  
portum pervenire va-  
leamus; Per Dóminum  
nostrum &c.

*In I. Noct. Lect. de script.*  
*occur.*

*In II. Nocturno.*

*Lectio IV.*

*M*aria nóbili família  
de Cervellione Bar-

cinóne in Hispânia na-  
ta, & a paréntibus in  
Dei timore primis ab  
annis enutrita, virgi-  
nitatem suam cum de-  
cem & octo effet an-  
norum, illi devóvit.  
Ejus vivéndi rátio erat,  
in pùblicum ràtius pro-  
dîre, ægrotántibus do-  
mesticis fédulo adésse,  
& in nosocómio ter in  
hebdómada paupèribus  
ministráre. Annum tri-  
gésimum agens, defúnc-  
to patre, habitum Ordini-  
nis Sanctæ Maríæ de Mer-  
cède prima ex fæminis  
fuscipliens, sanctimo-  
niàlibus ejúsdem órdi-  
nis, ducem, magístram,  
& exémplar se præbuit,  
ac distributo património in redemptiónem  
captívorum, professió-  
nem in eódem órdine,  
una cum voto de la-  
borando pro redimén-  
dis captívis emílit.

R. Propter veritatem  
& mansuetudinem &  
justiciam: \* Et dedú-

cet te mirabiliter dex-  
tera tua.

V. Spécie tua, & pul-  
chritúdine tua intènde,  
próspere procéde, &  
regna. Et dedúcet &c.

### Lección V.

Matre e vivis sublá-  
ta, cum aliquot  
honéstis fœminis ejús-  
dem instituti piam  
sanctámque vitam per-  
ègit, sólita quotidiie  
mulierum a suis frátri-  
bus redemptárum, ac  
Barcinónem advenién-  
tium pedes in hospitáli  
domo lavare: quín-  
quies in hebdómada  
sacra Eucharistia réfi-  
ci, terque jejunare,  
solo pane & aqua con-  
tenta, quotidiani flâ-  
gellis insuper, & férrea  
caténa corpus suum affli-  
gens. Siléntium, quod  
mira observántia colé-  
bat, inánibus verbis nun-  
quam infrégit, ac pá-  
cius indulgens somno,  
expetébat ab hujusmo-

di necessitate liberari, ut illo solo frueretur incessanter, quo jucundantur cœli, & Angeli lætantur; quod diurni temporis suprererat ab oratione, ac pietatis exercitiis, in pauperes juvandos impendebat, nullum officii genus prætermittens, quo afflitos consolaretur, oppresos liberaret, & vincitos educerebat de carcerebus.

**R.** Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem:  
\* Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiae.

**N.** Propter veritatem & mansuetudinem & justitiam. Propterea &c.

### Lectione VI.

Futuras maris tempestates prænunciabat, illasque saepe suis orationibus sedavit, visa aliquoties super undas incedere, quo Fratres captivorum redemptores, aliisque in

mari periclitantes servaret incolumes: unde ei María de subficio, vulgo, de Socos nomen est inditum; denique post multa virtutum insignia Barcinone migravit ad Dominum décimo tertio Kalendas Octóbris, anno salutis millesimo ducentesimo nonagesimo. Eius corpus, ex quo suavissimus odor manabat, sepultum est in ecclesiâ Fratrum Ordinis sui, quod nonagesimo post anno Episcopo Barcinonensi, Petro Aragoniæ rege, cæterisque aulæ, & civitatis primatibus adstantibus solenni pompa elevatum, incorruptum repertum fuit, ac decentiori loco, ubi religiose colitur, afferatum.

**R.** Afferentur regi virgines post eam, proximæ ejus: \* Afferentur tibi in lætitia & exultatione.

¶. Spécie tua, & pulchritudine tua, intende, próspero procede, & regna. Afferentur &c. Glória Patri. Afferentur &c.

*In III. Noct. Hom. S. Gregorii Papæ in Evangelium de decem Virg.*

XXVI. SEPTEMBRIS.  
S. Gerárdi, Ep. & M.  
*Duplex.*

*Oratio: Infirmitatem.  
&c. de comm. un. Mart.*

*In I. Nocturno.*

*Lectiones de Scriptura  
ocurrente.*

*In II. Nocturno.*

*Lectio IV.*

**G**erárdus, Venetiis ex Sagréda, pátritia familiia natus, ab ineunte ætate divino cultui déditus, monasticum amplexus est institutum sub régula sancti Benedícti in monastério sancti Geórgii Majóris Venetiárum, in quo divinis contemplationibus vacans fla-

granti ánimō concupivit Domínicum sepálchrum invisere. Cum igitur in Palestínam tènderet, pervenit in Pannóniæ partes, ubi tunc piissimus rex Stéphanus regnabat, a quo benigne excèptus primum eremíticam vitam duxit. Mox Episcopus creatus commissas sibi oves verbo & exemplo pascere nunquam déstituit, donec in persecutioне Christianórum, quæ in Pannónia, ut ipse prædixerat, post sanctissimi regis óbitum secuta est, lapidibus óbrutus, martyrii palam obtinuit, atque sanctitate, doctrina, & miraculis clarus Hungarórum apóstolus meruit nuncupari.

*R. Honéstum &c.*

*Lectio 5. de communione loco: Triumphális &c.  
R. Desiderium. &c. Lett.  
6. Coronata &c. ¶. Stola &c.*

*In III. Noct. Lectiones ex eod. comm. 1. loco.*

II. OCTOBRIS.

S. Juliáni Mart.  
*Semidup.*

*Oratio: Præsta . . ut intercedénte, de Communi un. Mart. cum reliq.*

*In I. N. Lect. de Script. occurr.*

*In II. N. de eodem Com. 1. loco.*

*In III. N. vero 2. loco.*

VII. OCTOBRIS.

S. Marci Papæ, Conf.  
*Duplex.*

*Oratio propria in brevia-  
rio die VII. Octob.*

*In I. Noct. Lectiones de script. occurr. cum RR. de communi Conf. Pont.*

*In II. Noct. Lectio 4. propria: Marcus Romá-  
nus &c. R. de comm. In-  
véri David. Lect. 5. Ad  
Sancti &c. de comm. 1.  
loco. R. Pósui. Lect. 6.  
Quidquid &c. ibid. R.  
Iste est.*

*In III. Noct. Lect. de eod. communi 2. loco.*

*In Laud. fit commun. de Ss. Martyrib. Sergio et sociis, ut in brev.*

X. OCTOBRIS.

Ss. Gereónis, et Soc.  
*MM. Duplex.*

*Oratio: Deus, qui nos concédis, &c. de communi plur. Mart.*

*In I. Noct. Lectiones de Scriptura occurr.*

*In II. Nocturno.  
Lectio IV.*

**G**éron dux, & mar-  
tyr egrégius, ac-  
céptis a Sancto Marcel-  
lino Papa fidei christi-  
ánæ præceptis, con-  
tra tumáltum Gállicum  
in exércitu Maximiáni  
pro communi defensió-  
ne impérii militabat,  
statuto autem apud  
Octodúrum zeli idólo,  
quod a singulis turmis  
adorári júferat impe-  
rator, cum generósus  
Christi milles, nec ho-  
nóribus, nec ullo mor-  
tis metu propórito, a  
vero Dei cultu abdúci  
potuisset, atque ipsius

exémplo trecénti, & sexaginta octo commilitones idólum cólere renuissent, jubénte tyráno Colóniæ Agripinæ acerbissimum mortis genus subiérunt. Ea constántia quanti apud Deum fúerit, multa post óbitum mirácula testáta sunt.

*R. Sancti tui Dómine.*

*Lectio 5. de comm. 2. loco. Nemo est Sc. R. Vérbera.*

*Lect. 6. ibid. Quis est enim Sc. R. Tanquam aurum.*

*In III. Nocturno.*

*Lectio Sancti Evangélii secundum Matth.*

*Lectio VII. Cap. 10.*

*In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Cum persequén- tur vos in civitáte ista, fúgite in áliam. Et reliqua.*

*Homilia Sancti Athaná- sii Episcopi.*

*In apol. de fuga sua ante med.*

*In lege præcéptum erat, ut constitueréntur civitátes refugiórum; ut qui quomodo cùnque ad necem quæreréntur, servári possent. In consumata- tionē porro sœculórum cum advénisset illud ipsum verbum Patris, quod Moysi ántea locútum fúerat, rursus hoc præcéptum dedit; cum vos, inquiens, persecuti fúerint in ci- vitáte ista, fúgite in áliam: paulóque post subiicit: Cum vidéritis illam abominationem desolatiónis, quæ dicta est per Daniélem Prophétam, consisténtem in loco sancto (qui legit, intelligat) tunc, qui in Judæa sunt, fúgiant ad mon- tes: & qui in techo est, ne descendat tollere aliquid de domo sua:*

& qui in agro est, non revertátur tollere túnicam suam.

**R.** Propter testaméntum Dómini, & leges patérnas sancti Dei per stíterunt in amore fraternitatis. \* Quia unus fuit semper spiritus in eis, & una fides.

**V.** Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum. Quia unus.

### Lectio VIII.

**H**aec cum scirent sancti, ejusmodi tenuerunt suæ conversationis institutum. Quæ enim nunc præcepit Dóminus, eadem quoque ante suum in carne adventum locutus est in sanctis: & hoc institutum homines ad perfectionem dicit. Nam, quod Deus jussit, id omnino faciendum est. Ideoque & ipsum verbum propter nos homo factum non indignum putavit, cum quereretur, quemád-

modum & nos, abscondere se, & cum persecutionem paterétur, fugere, & insídias declinare: cum autem a se definitum tempus ipse adduxisset, in quo corporaliter pro omnibus pati volébat, ultero se ipsum trádidit insidiántibus.

**R.** Sancti mei, qui in carne positi certamen habuistis: Mercédem laboris ego reddam vobis.

**V.** Venite benedicti Patris mei, percipite regnum. Mercédem. Glor. Patri. Mercédem.

### Lectio IX.

**A**t vero sancti homines cum hanc quoque formam a Salvatore didicissent (ab ipso enim & antea, & semper omnes docebantur) adversus persecutores, ut legítime certarent, fugiébant, & ab illis quæsiti se abscondébant. Cum enim præstituti sibi a divina providentia témperis

fiuem ignorárent, nolébant insidiántibus se témere trádere: sed contra, cùm scirent, quod scriptum est, in mánibus Dei esse hóminum sortes, & Dóminum mortificare, & vivificare, pótius in finem usque perseverábant, circummeúntes, ut ait Apóstolus, in melótis, & péllibus caprínis, egéntes, angustiáti, in solitudínibus errantes, & in spelún-cis & cavérnis terræ latentes, quoad vel definítum mortis tempus veníret, vel qui tempus ipsum definiéret Deus, cùm eis loquerétur, & insidiántes cohibéret, aut certe persequóribus eos tráderet, utcúnque illi placuisset.

Te Deum laudámus.

## XI. OCTOBRIS.

**Sanctæ Justinæ Virg. & Mart. Duplex.**

**Oratio:** Deus, qui nos beátæ Justinæ, vir-

ginis et martyris tuæ solemnitaté lètificas: da, ut quam venerámur officio; ètiam piæ conversationis sequámur exemplo. Per Domum &c.

*In I Noct. Lection. de Script. occurrit.*

*In II. Nocturno.*

### *Lectio IV.*

**Justina** virgo Patavína Vitaliano viro illústri & Propedigna cónjuge nata fidem Christianam, quam paréntes a Prosdócimo Sancti Petri discípulo accéptam pie coluerunt, una cum lacte nutrícis imbibit. Pene infans paréntibus orbata Prosdócimo Episcopo educanda relinquitur: qui puéllam dócuit nobilitatem géneris Christi humilitati subjicere, formam corporis animæ pulchritudine superare, opes per manus inopum in thesáuros cœlestes transfére, omnibúsque assue-

scere veræ pietatis officiis, quibus virgo christiana armatur ad pugnam fidei, ornatur ad thalamum sponsi.

R. Propter veritatem, & mansuetudinem & justitiam: \* Et deducet te mirabiliter dexterā tua.

V. Spēcie tua, & pulchritudine tua intende, prōspere procēde, & regna. Et.

### *Lección V.*

Unde Justina móribus prius, quam annis matūra, nondum conjúgio apta, martyrio erat adulta. Et enim cum Máximus præses in Christiános Patávii desæviens, ipsam pro tribunali de fide Christiana respondentem, nec blanditiis remolléscere, nec minis terreri cerneret, pectus virile vírginis, ferro transfigi jubet. Sicque Justina virginitatis florem sanguine purpuratum Jesu Chri-

sto læta obtulit nonis Octóbris. Quem diem Vírginis festum pia respública Véneta celebrat ob victóriam Christianórum ad Echinadas insulas de Turcis in ipso reportátam.

R. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: \* Proptréa ux̄xit te Deus, Deus tuus óleo lætitiae.

V. Propter veritatem, et mansuetudinem & justitiam. Proptréa.

### *Lección VI.*

Corpus ejus juxta martyrii campum Prosdócimus sepelivit in loco, quo Christiáni tunc orationis causa clam conveniébant, atque facellum a Prosdócmo Beátæ Mariæ Virgini pósitum légitur: ubi templo póstea Deo in honorem Justinæ dicáto, monachorum die, ac nocte in Dei laudes incumbentium cœnobium insigne accrévit, quorum exémplis & opera sub-

Justinæ patrocínio collápsa régulæ Benedic-tinæ observátio resti-tuta, & per Itáliam mónachis Cassinénsibus, quos ex ueste atra, vul-go Nigros vocant, pro-pagáta eit.

R. Afferéntur regi vírgines post eam, pró-ximæ ejus: \* Afferéntur tibi in lætitia, & exultatione.

\* Spécie tua, & pulchritudine tua intende, próspero pro-céde, & regna. Afferéntur. Glória Patri. Afferéntur,

In III. Noct. de com. Virg. i. loco.

## XII. OCTOBRIS.

S. Maximiliáni Epis-copi & Martyris. Dupl.

*Omnia de communi uni-us Martyris præter sequen-tia.*

*Oratio:* Déus, qui nos beáti Maximiliáni in martyris tui, atque pontificis ánnua solem-

nitáte lætificas: con-céde propítius; ut cu-jus natalitia colimus, de ejúsdem étiam pro-tectione gaudeámus. Per Dóminum nostrum &c.

*In I. Noct. Lect. A Mileto, ex eodem commu-ni i. loco.*

*In II. Nocturno.*

*Lectio IV.*

Maximiliánus Celéjæ in Pannónia Chri-stianis ac claris parén-tibus natus, ab ineún-te ætate in timore Dei, litterarumque stú-diis honéste edueátus, præclaræ semper Índo-lis, & specialis pietá-tis sp̄cimen præsétu-lit. Annis adolescén-tiæ cum magna vitæ innocéntia & integri-tate exactis, cum mul-tis præcélleret virtuti-bus, tamen benignitas in páuperes máxime in eo eníuit, quorum e-gestati & misériis sub-levándis sic stúduit,

ut opes étiam amplas  
a paréntibus sibi relis-  
tas, in egéntium usus  
Christi nómine erogá-  
rit. Quod benefaci-  
éndi stúdium per om-  
nem vitam insígni cum  
laude coluit.

**R.** Honéstum. &c.

*Lectio V.*

**N**ec látuit virtútum ejus splendor. Vacánte enim episcopátu Laureacénsi, communi totius cleri populique voto Episcopus Laureacénsis, ipso plúrimum, sed frustra reluctánte, designátur. Quo in múnere talém se caritatis affectu, humilitate profunda, patientia, omníque virtútum exercitio exhibuit, qualēm dignitatis sanctitudo postulábat. Ad límina Apostolorum Romam profectus, accépta a Sixto secundo benedictiōne, ad suos revertitur. Ubi

colèndo Dómini agro, in magnis defudans láboribus, sanctissimo vi- tæ exemplo, & salutáribus mónitis multos ad salútis viam per- duxit.

**R.** Desidérium &c.

*Lectio VI.*

**C**um jam per episco- párum suum diffe- minatæ fidei plantas, inereméntum dante Do- mino, succréscere cér- neret, pátriæ in infide- litatis erróre adhue de- tentæ misértus, in Pan- nóniam ejus juvandæ zelo revertitur. Ubi cum in umbra mortis sedentes prædicando ad lumen veritatis dirí- gere conarètur, ab E- julásio præside compre- hensus, ob constantissi- mam Christianæ fidei confessiōnem, cápitis obtruicatiōne martyrii glóriam adeptus est. E- jus sacra ossa Passávii in basílica Sancti Sté- phani extra chorūm

débito honore affer-  
vántur.

R. Stola &c.

*In III. Nocturno Homilia in Evangelium: Si quis venit ad me, de communi unius Martyris I. loco.*

## XVI. OCTOBRIS.

S. Francisci Bórgiæ  
Conf. Semisup.

*Omnia, ut in breviario die X. Octobris.*

## XX. OCTOBRIS.

S. Joánnis Cántii,  
Conf. Semidup.

*Omnia de communi Confessoris non Pontificis præter sequentia.*

*Oratio: Da, quæsu-  
mus, omnípotens Deus:  
ut sancti Joánnis con-  
fessoris exemplo in-  
sciéntia sanctórum pro-  
ficiéntes, atque áli-  
is misericordiam exhib-  
éntes, ejus méritis  
indulgéntiam apud te  
consequámur. Per Dó-  
minum nostrum.*

*Ad I. Vesperas.*

*Hymnus.*

\*Gentis Polónæ glória,  
Clerique splendor nō-  
bilis,  
Decus iycæi, & pátriæ  
Pater, Joánnes inlyte;  
\* Legem supérrni Núminis  
Doces magíster, & facis:  
Nil scire prodest; sédulo  
Legem nitámur éxequi.  
\* Apóstolórum límina  
Pedes viátor visitas;  
Ad patriam, quam tén-  
dimus,  
Gressus viámque dírige.  
\* Urbem petis Jerúsalem,  
Signata sacro sanguine;  
Christi colis vestigia,  
Rigásque fusis flétibus.  
\* Acérba Chrifli vúlnera  
Hæréte nostris córdibus,  
Ut cogitémus cónsequi  
Redemptiónis prétium.  
\* Te prona mundi máchina  
Clemens adóret Trinitas,  
Et nos novi per grátiam  
Novum canámus cánti-  
cum. Amen.

*Ad Matutinum.*

*Hymnus.*

\*Corpus domas jejúniis,  
Cædis cruénto vér-  
bere,  
Ut castra pœniténtium  
Miles sequáris innocens.

\* Sequámur & nos fédulo  
Gressus paréntis óptimi;  
Sequámur, ut licéntiam  
Caruis refrénet spíritus.  
• Rigénte bruma próvidum  
Præbes amictum páuperi,  
Sítim famémque egéntium  
Esca potúque súblevas.  
\* O qui negásti némini  
Opem rogánti, pátrium  
Regnum tuére, póstulant  
Cives Polóni, & éxteri.  
\* Sit laus Patri, sit Filio,  
Tibique Sancte Spíritus:  
Preces Joánnis impetrent  
Beáta nobis gáudia.  
Amen.

*In I. Noct. Lect. de  
Scriptura occurrente.*

*In II. Nocturno*

*Lectio IV.*

Joánnes in oppido  
Kenty Cracoviénis  
diœcésis, a quo Cantii  
cognómen duxit, Stanislaο & Anna, piis &  
honéstis paréntibus na-  
tus, morum suavitáte,  
innocéntia, gravitáte  
ab ipsa infántia spem  
fecit maximæ virtutis.  
In universitate Craco-  
viénse philosophiæ ac  
theologiæ primum au-  
ditor, tum per omnes

academíæ gradus af-  
cendéndo profeſſor ac  
doctoř, sacra, quam  
annis multis trádidit,  
doctrína mentes audié-  
tium non illustrábat mo-  
do, sed & ad omuēm  
pietatēm inflammábat,  
simul docens scilicet, &  
faciens. Sacerdos fac-  
tus, nihil de littera-  
rum stúdio remittens,  
studium auxit christià-  
næ perféctionis. Utque  
passim offendí Deum  
maxime dolébat, sic  
eum sibi & populo pla-  
care oblato quotidie  
non sine multis lácry-  
mis incruento sacrifici-  
o fatigébat. Ilkuſien-  
sem parochiam annis  
aliquot egrégie admi-  
nistrávit; ied animarum  
periculo commotus  
póstea dimissit, ac postu-  
stulante academia ad  
pristinum docéndi of-  
ficiū rediit.

¶. Honéstum fecit il-  
lum Dominus, & cu-  
stodivit eum ab inimí-  
cis, & a seductóribus

tutávit illum, \* Et de-  
dit illi claritátem æ-  
ternam.

¶. Justum dedúxit Dó-  
minus per vias rectas,  
& osténdit illi regnum  
Dei. Et dedit illi.

*Lectio V.*

**Q**uidquid témporis  
a stúdio supérerat,  
partim salúti proximó-  
rum sacrí præfertim  
conciónibus curándæ,  
partim oratióni dabat,  
in qua cælestibns quan-  
dóque vísionibns & col-  
lòquiis dignátus fertus.  
Christi vero passióne  
sic afficiebátur, ut in  
ea contemplánda toras  
intérdum noctes dúce-  
ret insónnes, ejúsque  
causa mélius recolén-  
dæ Jerosólymam pere-  
grinátus sit: ubi &  
martyrii desidério fla-  
grans, Turcis ipsis Chri-  
stum crucifixum prædi-  
cáre non dubitávit.  
Quater étiam ad Apo-  
stolórum límina pedes,  
atque viária onústus

sárcina Romam venit,  
tum ut Sedem Apostó-  
licam, cui máxime ad-  
dictus fuit, honoráret,  
tum ut sui (sic enim  
ajébat) purgatórii pæ-  
nas expósita illic quo-  
tidie peccatórum vénia  
redímeret. Quo in ití-  
nere a latrónibus clim  
spoliátus, & nunquid  
habèret prætérea, inter-  
rogátus, cum negáisset,  
áureos deinde aliquot  
suo insútos pállio re-  
cordátus, fugiéntibus  
hos étiam clamans ób-  
tulit latrónibus: qui vi-  
ti sancti candórem si-  
mul, & largitátem ad-  
miráti étiam abláta ul-  
tro reddidére. Aliénæ  
famæ ne quis detráhe-  
ret, descriptis beáti Au-  
gustíni exemplo in pa-  
ríete versículis, se at-  
que álios perpétuo vó-  
luit admónitos. Famé-  
licos de suo étiam ob-  
sónio satiábat. Nudos  
autem non emptis mo-  
do, detractis quoque si-  
bi véstibus & cálceis

operiébat, démisso ipso interim usque ad terram pállio, ne domum nūdipes redire videretur.

**R.** Amávit eum Dóminus, & ornávit eum, stolam glóriæ induit eum, \* Et ad portas paradísi coronávit eum.

**V.** Induit eum Dóminus lorícam fidei, & ornávit eum. Et ad portas.

### Lectione VI.

Brevis illi somnus, atque humi; vestis, quæ nuditátem, cibus, qui mortem duntaxat arcéret; virginálem pudicítiam velut lílum inter spinas àspero cilicio, flagellis atque jejúniis custodívit. Quin & per annos ante óbitum triginta circiter & quinque ab esu cárnium perpétuò abstínuit. Tandem dièfum juxta, ac meritórum plenus, cum vicinæ, quam præfensit, morti se diu, di-

ligentérque præparásset, ne qua re ámplius tenerétur, si quid domi supérerat, id omnino pauperibus distríbuit. Tum Ecclésiæ sacraméntis rite munitus, dissolví jam cùpiens, & esse cum Christo, prídie Nativitatis ejus in cælum evolávit, miráculis ante & post mortem clarus. Mórtuus ad próximam académia ecclésiam Sanctæ Annæ delátus est, ibique honorifice sepultus, auctáque indies populi veneratiōne ac frequētia, inter primarios Poloniæ, ac Lythuaniæ patrónos religiosissime colitur. Novísque coruscans miráculis a Cleménte Décimo tértio Pontifice máximo, décimo séptimo Kalendas Augústi, anno millésimo septingentésimo sexagésimo séptimo, solénni ritu Sanctórum fastis adscriptus est.

**R.** Iste homo perfé-  
cit ómnia , quæ locú-  
tus eit ei Deus , & dixit  
ad eum : Ingrédere in  
réquiem meam : \* Quia  
te vidi justum coram  
me ex ómnibus génti-  
bus.

**V.** Iste est , qui con-  
témpsit vitam mundi .  
& pervénit ad cælestia  
regna. Quia te vidi.  
Glória Patri. Quia te.

*In III. Nocturno Lec-  
tiones de Homilia S. Gre-  
gorii Papæ in Ev. Sint  
lumbi vestri præcincti  
&c. ut in communi Confesso-  
ris non Pontificis 1. loco.*

*Aa Laudes Hymnus ,  
ut in primis Vespris.*

*Ad II. Vespertas.*

*Hymnus.*

\* **T**e deprecánte corpo-  
rum  
Lues recédit , improbi  
Morbi fugántur , pristina  
Rédeunt salútis múnera.  
\* Phtisi , febríque , & úl-  
cere

Diram redáctos ad ne-  
cem ,

Sacrátas mortis vídi-  
mas

Ejus rapis e fáucibus.  
• Te deprecánte , túrido  
Merce abáctæ flúmine ,  
Tractæ Dei poténtia  
Sursum fluunt retrógra-  
dæ.

\* Cum tanta possis sédi-  
bus

Cæli locátus , pósclimus ,  
Respónde votis lúppli-  
cum ,

Et invocátus súbveni.  
• O una semper Trinitas !  
O Trína semper únitas !  
Da supplicánte Cántio  
Æterna nobis præmia.  
Amen.

## XXI. OCTOBRIS.

**Ss. Ursulæ , & Sociar;**  
**Virg. & Mart. Duplex.**

*Offic. de com. Virg. præ-  
terea , quæ hic sunt propria.*

*Antiph. ad Magnif. in  
utrisque Vespa. & ad Bene-  
dictus in Laud. Prudéntes  
vírgines , aptátæ vestras  
lámpades ; ecce spon-  
sus venit , exite óbvi-  
am ei.*

**V.** Adducéntar regi  
vírgines post eam.

**R.** Próximæ ejus af-  
feréntur tibi.

**Oratio:** Da nobis,  
quæsumus, Dómine De-  
us noster: Sanctarum  
vírginum, & marty-  
rum tuarum Ursulæ &  
sociarum ejus palmas  
incessabili devotione  
venerari; ut, quas digna-  
mente non possumus  
celebrare: humilibus  
saltē frequentemus  
obséquiis. Per Dómi-  
num.

*In I. Noct. Lett. de  
Script. occur.*

*In II. Nocturno.*

*Lectio IV.*

**G**ratiano imperatore,  
Flavius Clémens Máxi-  
mos, Romani exér-  
citus in Británnia dux,  
arrèpta tyrannide, im-  
perator a milítibus ac-  
clamatur. Inde cópias  
in Gallias transmittens,  
ab infénsis Gratiano le-  
gionibus excéptus, im-  
prium sibi corroborat.  
Cumque Armoricorum  
überem régionem,

ejèctis antiquis habi-  
tatòribus, Briránnicis  
milítibus, quos secum  
dúxerat, divisiſſet; quo  
novas colónias propa-  
gáret in pósteros, Con-  
náni Británnici réguli,  
quem Britannórum du-  
cem habébat in exér-  
citū, consilio missa  
legatione in Británni-  
am, singulis milítibus  
novis colónis slugulas  
vírgines conjúgio fæ-  
derandas póstulat.

**R.** Propter veritatem.

*Lectio V.*

**H**aud visa Británnice  
régulis absúrda pe-  
ticio: uide in gratiā  
novi imperatoris, &  
quod filias suas nónuī  
gentilibus suis, iisque  
donatis nova província,  
prædivítibus, honestissi-  
me collocandas sci-  
rent; pro número mi-  
litum tótidem deléc-  
tæ sunt vírgines, om-  
nes número undecim  
mille; quarum prin-  
ceps erat Ursula Dio-  
nóci Cornúbiæ regis fi-

lia, despouſata Connāno, duci Britannórum mīlitum in exērcitu māximi. Cunctæ igitur Londīni collēctæ, impōſitæ sunt invitæ navīgiis. Solventes nautæ, dum Armoricorum régionem cōgitant, a fœva procélla in Germānicum littus dejiciuntur.

**R. Dilexisti.**

### *Lectio VI.*

Cōntigit adēſſe tunc ibi Hunnórum cōpias, quas a Gratiáno imperatōre adversus Máximum evocātas ferunt. Nacti igitur bárbari præclárum illud vírginum agmen, impotenti libidinis æstu furéntes in eas irrunt. Sed cum hostánte Ursula mortem potius oppétere, quam vírginei pudoris jaclúram pati invicto ánimi vigore decrevissent, Hunni in rábiem im-

manitatis convérſi ad unam omnes trucidant. Sicque Ursula super cōmitum suárum, velut cœlestium margaritárum, pretiósūm ácērvum glorióſa víctima procumbens, púrpura pro Christo fusi sanguinis decorata, triumphatórem tot vírginum exērcitum géminis, nempe virginitatis, & martyrii láureis insignem duens cœlum víctrix intravit. Quarum corpora Colonienses summo honore condidérunt: earumque illústrem agónem Christiánus orbis florénti semper memória celebrat.

**R. Afferentur.**

*In III. Nocturno Homilia in Evang. Símile erit regnum cœlorum décem virginibus, ut in communi Virg. I. loco.*

XXII. OCTOBRIS.  
S. Fidei Virg. Már. t.  
*Semidup.*

*Oratio: Indulgéntiam, de communi Virg.*

*In I. Noct. Lect. de Script occur.*

*In II. Noct. de eodem Comm. 2. loco.*

*In III. Noct. ibidem 1. loco.*

XXIV. OCTOBRIS.

S. Raphaélis Archán-geli. *Duplex.*

*Ad Vesperas.*

*Antiph. Missus est An-gelus Ráphaél, cum re-liquis de laudibus. Psalmus: Dixit Dóminus. cum re-liquis de dominica: & loco ultimi Psalmus: Laudáte Dóminum omnes gen-tes.*

*Capitulum. Tob. 12.*

**Q**uando orábas cum lácrymis, & se-pe-liébas mórtuos, & de-relinquébas prándium tuum, & mórtuos ab-scindédas per diem in domo tua, & nocte se-

peliébas eos; ego óbtuli oratióne m tuam Dómino.

*E. Deo grátias.*

*Hymnus.*

\***T**ibi Christe spendor Patris,  
Vita, virtus córdium,  
In conspéctu Angelórum  
Votis, voce psállimus;  
Alternántes concrepándo  
Melos damus vócibus.

\*Collaudámus venerántes  
Omnes cœli príncipes,  
Sed præcipue fidélem  
Médicum, & cōmitem  
Raphaélem, in virtúte  
Alligántem dæmonem.

\*Quo cultóde procul pelle,  
Rex Christe piissime,  
Omne nefas inimíci,  
Mundo corde & corpore;  
Paradíso redde tuo  
Nos sola cleméntia;

\* Glóriam Patri melódis  
Personémus vócibus,  
Gloriam Christo canámus,  
Glóriam paráclito:  
Qui trinus, & unus Deus  
Extat ante sœcula. Amen.

*V. Stetit Angelus  
juxta aram templi,*

*E. Habens thuríbu-lum áureum in manu sua.*

*Ad Magnificat, Antiphona.*

Ego sum Ráphaël Angelus, qui asto ante Dóminum: vos autem benedícite Deum, & narráte ómnia mirabilia ejus.

*Oratio:* Deus, qui beatum Raphaélem Archángelum Tobiae famulo tuo cómitem dédisti in via: concéde nobis famulis tuis; ut ejusdem semper protégámur custódia; & muniamur auxilio. Per Dóminum. &c.

*Ad Matutinum, Invitatorium:*

Regem Archangelorum Dóminum, \* veníte, adorémus.

*Psalm.* Veníte, exultémus.

*Hymnus.* Tibi Christe. ut supra.

*In I. Nocturno.*

*1. Antiph.* Ingréssus Tobias invénit júvenem præcinctum, & quasi parátum ad ambulandum: & ignórans,

quod Angelus esset, salutávit eum.

*Psalm.* Dómine Dominus noster. cum reliquis ut in Dediçione S. Michaelis, die XXIX. Septembris.

*2. Antiph.* Angelus Ráphaël se ipsum occultans, ait: Ego sum Azarias magni Ananíæ filius.

*3. Antiph.* Sanum ducam filium tuum in regionem Medórum, & sanum tibi redúcam, allelúja.

*V.* Data sunt Angelo incénsa multa,

*R.* Ut adoléret ea ante altáre áureum, quod est ante oculos Dómini.

De libro Tobiae.

*Leslio I. Cap. 12.*

Vocávit ad se Tobias filium suum, dixitque ei: Quid pólsumus dare viro isti sancto, qui venit tecum? Et respóndens Tobias, dixit patri suo: Pater,

quam mercédem dábimus ei? aut quid dignum pótterit esse beneficiis ejus? me duxit, & redúxit sanum; pecúniam a Gabélo ipse recépit; uxorem ipse me habére fecit; & dæmónium ab ea ipse compéscuit; gáutium paréntibus ejus fecit; me ipsum a devorátiōne píscis erípuit; te quoque vidére fecit lumen cœli; & bonis ómnibus per eum replēti sumus. Quid illi ad hæc potérimus dignum dare? Sed peto te, pater mi, ut roges eum, si forte dignábitur medietátem de ómnibus, quæ alláta sunt, sibi assúmere.

¶. In illo tempore exaudítæ sunt preces ambórum in conspéctu glóriæ summi Dei: \* Et missus est Angelus Dómini, sanctus Ráphaél, ut curáret eos ambos, quorum uno tempore sunt oratió-

nes in conspéctu Domini recitátæ.

¶. Tobias & Sara in tribulatiōne pósiti, cum lácrymis oráre cœpérunt. Et missus est.

### Lectio II.

Et vocántes eum, pater scilicet & filius, tulérunt eum in partem: & rogáre cœpérunt, ut dignarétur di-mídiām partem ómnium, quæ attúlerant, accéptam habére. Tunc dixit eis occúlte: Benedícite Deum cœli, & coram ómnibus vivéntibus confitémini ei, quia fecit vobíscum misericórdiam suam. Etenim sacraméntum regis abscondere bonum est; ópera autem Dei revealare & confiteri honoríficum est. Bona est oráatio cum jejúnio & eleemósyna, magis quam thesáuros auri recóndere: quóniam eleemósyna a morte li-

berat, & ipsa est, quæ purgat peccata. & facit invenire misericordiam, & vitam æternam. Qui autem faciunt peccatum & iniquitatem, hostes sunt animæ suæ. Manifesto ergo vobis veritatem, & non abscondam a vobis occultum sermonem. Quando orabas cum lacrymis, & sepeliébas mortuos, & derelinquébas prandium tuum, & mortuos abscondébas per diem in domo tua, & nocte sepeliébas eos, ego obtuli orationem tuam Domino. Et quia accéptus eras Deo, necesse fuit, ut tentatio probáret te.

R. Egréssus Tobias invénit júvenem splendidum stantem præcinctum, & quasi paratum ad ambulandum, & salutavit eum, & dixit: \* Unde te habémus, bone júvenis?

V. Et ignórans, quod Dómini Angelus effet, salutavit eum, & dixit. Unde te.

### Lectio III.

Et nunc misit me Dominus, ut curárem te, & Saram uxorem filii tui a dæmonio liberarem. Ego enim suum Ráphaél Angelus, unus ex septem, qui astamus ante Domum. Cumque hæc audíssent, turbati sunt, & trementes cecidérunt super terram infaciem suam. Dixitque eis Angelus: Pax vobis: nolite timere. Etenim cum essem vobiscum, per voluntatem Dei eram: ipsum benedícite, & cantate illi. Vidébar quidem vobiscum manducare, & bibere: sed ego cibo invisibili & potu, qui ab hominibus videri non potest, utor. Tempus est ergo, ut revertar ad eum, qui

me misit: vos autem benedícite Deum, & narráte ómnia mirabília ejus. Et cum hæc dixisset, ab aspéctu eórum ablátus est, & ultra eum vidére non potuérunt. Tunc prostráti per horas tres in fáciem, benedixérint Deum, & exurgéntes narravérunt ómnia mirabília ejus.

**R.** Ingréssus Ange-lus ad Tobíam, salu-távit eum, & dixit: Gáudium sit tibi sem-per, \* Forti ánimo esto; in próximo enim est, ut a Deo curéris.

**V.** Et respón-dens To-bías, ait: Quale gáu-dium mihi erit, qui in ténebris sédeo, & lumen cœli non vídeo? Forti. Glória Patri. Forti.

### In II. Nocturno.

**I.** *Antiph.* Díxit autem Angelus: Apprehénde bránchiam pisces, & trahe eum extra aquas.

*Psalm.* Cœli enárrant, cum reliq. ut 29. Sept. **2. Antiph.** Obscro te, Azaríá frater, ut di-cas mihi, quod remé-dium habébunt ista, quæ de pisce serváre jussisti.

**3. Antiph.** Lúmina fel-sanat, sed virtus cor-dis & jécoris diaboli expéllit potestátem.

**V.** Ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dómini,

**R.** De manu Angeli. Sermo Sancti Augu-stíni Episcopi.

**Serm. I. in Dominica 15. de B. Tobia, qui est 226. de Temp.**

**Lectio IV.**  
Beátus Tobias, qui panem suum nóverat frángere esuriénti, mercédem célerem mercenário præparat laboráuti. Patiénter lectione percépta, quæ nuper est recitata, admirabámur patris, filiique tractátum, quemadmodum Angelus mo-

net, quem æstimabant terrénum sub cœlesti glória mercenárium. Ad hoc enim cœtitatis incurrit exitium, ut Angelum suscipereat médicum, qui divinis fácibus incensus sic auhelavit: Honesta est oratio cum jejúnio, & eleemosyna. Oratio justi est clavis cœli. Ascéndit precatio, & descéndit Dei misératio. Licet lata sit terra, altum cœlum, audit tamen Deus hominis línguam, si mundam habet consciéntiam. Cum sénibus loquitur, si sic solus nostrar gémitus. Sufficit auribus imber oculorum: fletus citius audit, quam voces. Oratio ínvidi solet de auribus propulsari. Erat patris & filii anima una; dum esset proprietas membrorum, erat illis singularis germánitas animorum. Fili, inquit, dimittamus i-

stum hominem, adjícientes ad mercédem plácitam, quia nobis multa opere suo cónkulit bona: & rogare cæpit mercenárium, ut mercédis suæ sumat effectum. Frater, inquit, accipe, quod tuum est, & tunc vade salvus: récipe mercédem tuam, quia mihi & filio meo bonam præbuisti misericórdiam: tolle, ut dixi, substântiam, quam cum filio meo reportasti: nam grátia, quam tibi debémus, non potest ponderári.

¶. Interrogávit Tobías Angelum: De qua domo, aut de qua tribu es tu? Qui respóndens ait: \* Ego sum Azarias, Apaniæ magni filius.

¶. Genus quæris mercénarii, an ipsum mercenárium, qui cum filio tuo eat? Sed ue forte solícitus sis, Ego sum.

## Lechio V.

**C**ontínuo Angelus gaudet de cogitáta mercéde, qui missus fúerat gratis facere pietátem. Tobis, inquit, vel Tobías, quid de mea mercéde satis supérflue cogitáti? Hábete, quod vobis donávit Pater ille cœlestis. Ego minister sum curatiónis, ille est auctor sanitatis. Nescítis, cujus mercenárii ope pérfrui meruistis. Defunctos captivitatis sepeltre nou timuistis. Tobis, ascendérunt ad Dóminum ópera tua, quia relícto prándio reddidisti mórtuum sepulturæ. Ego Dómino medulláta intuli sacrifícia pro venerábili sepultura. Ego dírectus sum operárius fori cœlestis. Mórtuum seplístis, & mortis aculeum non timuistis. Ipse sepultus pro vobis voce tátita proclaimávit. Probatiónis fúerat cæ-

citas oculórum, unde patiéntia tua clárius meruisset de cœléstibus ornaméntum. Ego sum Ráphaél, unus ex septem Angelis, qui astámus ante claritatem Dei. Non indígeo fructu humánæ mercédis, dívitem me facit conversátio Majestatis. Dives est ille, qui me misit, gratis jussit impéndi, quod gratis ipse concéssit. Nec ipsum honórem gratiárum mihi deputétis, quia nihil meis víribus percepistis. Deum benedicte, & illi confitémini, & ipsum glórficáte, quia vobiscum fecit bona.

R. Exívit Tobías, ut laváret pedes suos, & ecce pisces immánis exívit ad devorándum eum: qui expavéscens, clamávit voce magna, dicens: Dómine, invádit me. Et dixit ei Angelus: Apprehénde bránciam ejus, & tra-

he eum ad te: \* Exéntera hunc píscem , & cor ejus , & fel , & je-  
cur repónē tibi: sunt enim necessária ad me-  
dicaménta utiliter.

¶. Attráxit autem Tobías píscem in síc-  
cum , & palpitare cæ-  
pit ante pedes ejus , &  
ait Angelus ei. Exéntera.

### *Lectio VI.*

**S**úbito patefacto my-  
stérii cælestis honó-  
re , voce Raphaélis  
Archángeli attóniti To-  
bis & Tobías , collápsi  
in terram proruérunt,  
vocem trémulam péni-  
tus occultavérunt , quia  
vocem insólitam audié-  
runt. Quid Metuistis  
pater Tobis , filiusque  
Tobías , mercenárium  
habére cœlestem , &  
tamquam operárium  
locáre terréstrem ? Ce-  
lávit vobis Angelus no-  
men. Azariás sum , in-  
quit , Ananíæ magni  
filius. Et cum dixit :  
Ego sum Raphaël Ange-

lus , celávit in primo  
nómine dignitátem ,  
ne fáceret locatóri ter-  
tórem. Si enim dice-  
ret : Ego sum Angelus ,  
non effet Tobiae mer-  
cenárius. Serváta est  
dignitas nóminalis , ut  
postrémo magnitudo  
claréceret dignitatis.  
Videte , charíssimi ,  
quantum sic eleemosy-  
næ méritum : Ange-  
lum mérituit habére o-  
perárium. Vidétis ,  
quantum próficit mórtuos  
sepelire , ut oblá-  
tio ejus per Angelum  
Raphaélem ad cœle-  
stem ascénderet maje-  
státem. Vidétis , quia  
eleemosyna a morte lí-  
berat , & ipsa purgat  
peccáta ; facit purga-  
tionem oculórum ; lí-  
berat a ténebris pecca-  
torum ; Tobis via sua  
dedúcitur ; Sara tot vi-  
ris contristata per An-  
gelum matrimonio co-  
pulátur.

R. Ubi introferis do-  
mum tuam , dixit

Angelus Raphaël ad Tobíam, statim adóra Dóminum Deum tuum, & grátias agens ei, ac céde ad patrem tuum, & osculáre eum : \*

Statímque lini super óculos ejus ex felle isto píscis, quem portas tecum; scias enim quóniam mox aperiéntur óculi ejus, & vidébit pater tuus lumen cœli, & in aspéctu tuo gaudébit.

ψ. Tolle tecum ex felle isto píscis: erit enim necessárium. Statímque. Glótia Patri. Statímque..

### In III. Nocturno.

1. Ant. Est hic Sara Raguélis filia, quæ tibi conjúgio dábitur, & omnis substántia ejus.

*Psalm. Cantáte Dómino cum rel. ut 29. Sept.*

2. Ant. Septem viros hæbuit, quos dæmónum oppréssit, tímeo, ne mihi símile contingat.

3. Ant. Per tres dies oratiōni cum uxore tua vacábis, ut in sémine Abrahæ benedictiōnem in filiis conseqüaris.

ψ. Apprehéndit Angelus Raphaël dæmónum:

ꝝ. Et relegávit illud in desérto superiōris Ægypti.

Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

### Léctio VII. Cap. 5.

In illo témpore: Erat dies festus Judæorū, & ascéndit Jesus Jerosólymam. Et reliqua,

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

*Tradat. 17. in C. 5. Joan.*

Mirum non esse debet a Deo factum miraculum, mirum enim esset, si homo fecisset. Magis gaudére, quam mirári debémus, quia Dóminus noster,

D d d d

& Salvátor Iesús Chri-  
stus homo factus est,  
quam quod divína in-  
ter hómines Deus fé-  
cit. Plus est enim ad  
salútem nostram, quod  
factus est propter hó-  
mines, quam quod fe-  
cit inter hómines; &  
plus est, quod vítia  
sanávit animárum,  
quam quod sanávit lan-  
guóres córporum mo-  
riturórum.

**R.** Benedícite Deum  
cœli, dixit Angelus  
Ráphaél, & coram óm-  
nibus vivéntibus con-  
fitémini ei \* Quia fe-  
cit vobis oム miserí-  
córdiam suam.

\*. Ipsum benedícite,  
& cantáte illi, & nar-  
ráte omnia mirabília  
ejus. Quia fecit.

### Lectione VIII.

Sed quia ipsa áima  
nec eum növerat,  
a quo sananda erat:  
& óculos habébat in  
carne, unde facta 'cor-  
poralia vidèret; non-

dum habébat sanos in  
corde, unde Deum la-  
téntem agnosceret. Fe-  
cit, quod vidéri pote-  
rat, ut sanarétur, un-  
de vidéri non pote-  
rat. Ingréssus est locum,  
ubi jacebat magna  
multitúdo languéntium,  
& cæcórū, claudó-  
rum, aridórum,

**R.** Tempus est, ut  
revértar ad eum, qui  
me misit, dixit Ange-  
lus Ráphaél: \* Vos au-  
tem benedícite Dómi-  
num, & narráte ómnia  
mirabília ejus.

**V.** Confitémini ei co-  
ram ómnibus vivénti-  
bus, quia fecit vobis  
cum misericórdiam su-  
am. Vos autem. Glò-  
ria Patri. Vos autem.

### Lectione IX.

Et cum esset médicus  
& animárum, & cór-  
porum, & qui venisset  
sanare omnes áimas  
crediturórum; de illis  
languéntibus unum élé-  
git, quem sanaret, ut

unitatem significaret. Si mediocri corde, & quasi humano captu & ingénio considerémus faciéntem, & quod ad potestatēm pertainet, magnum àliquid perfecit; & quoad benignitatem, parum fecit. Tot jacébant, & unus curátus est, cum posset uno verbo omnes erigere.

Te Deum laudamus.

*Ad Laudes, et per Horas.*

1. *Ant.* Missus est Angelus Raphaël ad Tobiam & Saram, ut curaret eos.

*Psalm.* Dòminus regnavit, cum rel. de Laud. Dominicæ.

2. *Ant.* Ingrēssus Angelus ad Tobiam, salutavit eum, & dixit: Gaudium sit tibi semper.

3. *Ant.* Ferti animo esto, Tobias; in proximo enim est, ut a Deo cureris.

4. *Ant.* Benedícite Deum cæli, & coram óm-

nibus vivētibus confitemini illi, quia fecit vobiscum misericordiam suam.

5 *Ant.* Pax vobis, nō timere: Deum benedicite, & cantate illi.

### Capitulum.

Quando orábas cum lácrys, & sepiébas mórtuos, & derelinquébas prandium tuum & mórtuos abscondébas per diem in domo tua, & nocte sepiébas eos, ego obtuli orationem tuam Domino. *R.* Deo grātias.

### Hymnus.

\* Christe sanctorum decus Angelorum, Rector humani generis, & auctor, Nobis sacratum tribue benignus Scandere cœlum.

\* Angelum nobis medicum salutis Mitte de cœlis Raphaël, ut omnes Sanet ægrótos, pariterque nostros Disrigat actus.

D d d d 2

\* Hinc Dei nostri génitrix  
    María,  
Totus & nobis chorus  
    Angelórum  
Semper affístat, simul &  
    beáta  
Cóncio tota.  
\* Præflet hoc nobis Déitas  
    beata  
Patris, ac Nati, paritér-  
    que Sancti  
Spíritus, cujus réboat in  
    omni  
Glória mundo. Amen.  
    ℣. In conspéctu An-  
    gelorum psallam tibi,  
Deus meus :

℟. Adorábo ad tem-  
plum sanctum tuum, &  
confítébor nómini tuo.

*Ad Benedictus. Antiph.*  
Ego sum Rápaél Ange-  
lus, qui asto ante Dó-  
minum: vos autem be-  
nédicite Deum, & nar-  
rate ómnia mirabília  
ejus, Allelúja.

*Oratio:* Deus, qui  
beátum Raphaélem  
Archángelum Tobíæ  
fámulo tuo cómitem  
dediti in via: concé-  
de nobis fámulis tuis;  
ut ejúsdem semper pro-  
tegámur custódia; &

muniámur auxílio. Per  
Dominum &c.

*Ad Tertiam.*

*Antiph. Ingréffus An-*  
gelus.

*Capit. Quando ora-*  
bas, ut in *Laud.*

℟. *Breve. Stetit An-*  
gelus, \* Juxta aram  
templi. Stetit,

℣. Habens thuríbu-  
lum áureum in manu  
sua. Juxta.

Glória Patri. Ste-  
tit Angelus.

℣. Ascéndit fumus  
arómatum in conspé-  
tu Dómini

℟. De manu Angelii.

*Ad Sextam.*

*Antiph. Forti ánimo.*

*Capitul. Tob. 12.*

*Et nunc misit me Dó-  
minus, ut curárem  
te; & Saram uxórem  
fíllií tui a dæmónio li-  
berárem. Ego enim  
sum Rápaél Angelus,  
unus ex septem, qui  
astámus ante Dóminum.*

℟. *Breve: Ascéndit  
fumus arómatum,* \*

In conspectu Dómini.  
Ascéndit.

℣. De manu Ange-  
li. In conspectu. Gló-  
ria Patri. Ascéndit.

℣. In conspectu An-  
gelorum psallam ti-  
bi, Deus meus,

℟. Adorábo ad tem-  
plum sanctum tuum,  
& confitébor nómini  
tuo.

*Ad Nonam.*

*Antiph.* Pax vobis.

*Capitul.* *Tob.* 12.

**T**empus est, ut re-  
vértar ad eum,  
qui me misit: vos au-  
tem benedícite Deum,  
& narráte ómnia mi-  
rabilia ejus.

℣. *Breye.* In con-  
spéctu Angelorum, \*  
Psallam tibi, Deus  
meus. In conspectu.

℣. Adorábo ad tem-  
plum sanctum tuum,  
& confitébor nómini  
tuo. Psallam tibi. Gló-  
ria Patri. In conspectu.

℣. Adoráte Deum

℟. Omnes Augeli  
ejus.

*In II. Vesperis.*

*Antiph.* Missus est An-  
gelus, cum reliquis de-  
laudibus.

*Psalm.* Dixit Domi-  
nus, cum reliquis de do-  
minicis, & loco ultimi

*Psalmus:* Confitébor tibi  
Dómine in toto corde  
meo, \* Quóniam au-  
disti. *ex Fer.* 6. *in Psalt.*

*Capitulum, Hymnus,*  
& *versus*, ut in I. Ve-  
speris.

*Ad Magnificat, antiph:*  
Princeps glorióssime,  
Ráphaél Archángele,  
esto memor nostri; hic  
& ubique semper pre-  
cáre pro nobis Fílium  
Dei. Allelúja, allelúja.

*Oratio, ut in Laudib-  
us supra.*

**XXXI. OCTOBRIS.**

**S. Wolfgangi Epis.**  
*Confes.* *Duplex.*

*Omnia de communi Con-  
fessoris Pontificis, præter  
ea quæ sequuntur.*

*Oratio:* Deus, qui no-  
bis ætérnæ salútis bea-  
tum Wolfgangum epi-

scopum & ministrum  
tribuisti : præsta, quæ-  
sumus : ut quem docto-  
rem vitæ habuimus in  
terris : intercessorem  
habere mereamur in  
cœlis. Per Dóminum,  
&c.

*In I. Nocturno Lect. de  
Script. occur.*

*In II. Nocturno.*

*Lectio IV.*

**W**olfgangus nóbili in  
Suèvia génere pro-  
gnatus, rerum externa-  
rum fuit, & sui con-  
témptor egrégius, so-  
lum ex ànimo Deum  
quærens, honóres am-  
plissimos ab Henrico Tre-  
virensium episcopo sibi  
oblátos recusávit; illó-  
que demortuo, & pol-  
licitationibus aliorum  
contémpsis, monásti-  
cam tandem vitam,  
eujus semper desidério  
flagráverat, est amplé-  
xus. Sacris ordinibus  
a Beáto Udalrico initiá-  
tus, cum in Pannóniam  
prædicandi Evangélii

causa se prius contulí-  
set, propter conjunc-  
tam in eo exímia cum  
pietate prudéntiam,  
Othónis imperatóris  
stúdio, totiúsque cleri,  
& populi acclamatió-  
ne, Ecclésiæ Ratisbo-  
nensi rite præficitur.

R Invéni David, &c.

*Lectio V.*

**S**uscépto episcopátus  
múnere, grègem  
Dómini verbo pavit,  
& exemplo, sanctissi-  
misque Ecclésiam tem-  
perávit institútis. Mo-  
nastério Sancti Emmerá-  
ni, quod jam diu E-  
piscopi administráve-  
rant, restitútis provén-  
tibus, magno illius bo-  
no insignem virum Ro-  
mualdum præpósuit.  
Sanctimoniálium cœ-  
nóbium, quod ipse  
fundáverat, tam fanc-  
te instituit, ut collap-  
sa in áliis disciplina,  
eo exemplo sit fácile  
restauráta : novóque  
pietatis odore capto

Brigida Bavariæ ducis filia, sponsum Christum secuta, ad sacras se virginem aggregavit. Bohemis, quo ampliora apud illos fides incrementa caperet, contempto suæ Ecclesiæ detrimento, rejectis aliorum consiliis, proprium dari episcopum libenter permisit.

¶. Posui adjutorium &c.

### *Lectio VI.*

Egregiam viri sanctitatem comprobaverunt energumeni, & variis languoribus oppressi, quos precatio sanavit. Divino afflatus instinctu, sanctum Henricum imperatorem regnatulum, fratrem ipsius Brunonem ad episcopatum promotum iri, e sororibus alteram reginam, abbatis alteram fore praedixit. Denique cum viginti & amplius annis in seduli pastoris munere peractis, extrè-

mum sibi diem imminentre intelligeret, quæ ex usitata liberalitate supererant, per manus pauperum praemisit, sacraeque Eucharistiae viatico premunitus in sancti Othmari æde, ut divinitus anteà futurum acciperat, sanctissimam vitam pari morte conclusit Ratisbonæ in templo sancti Emmerani sepultus.

¶. Iste est. &c.

### *In III. Nocturno.*

*Homilia in Evangel.*  
Vigilate, quia nescitis de eodem communi a. loco.

*Nona Lectio de Homil.*  
*Vigiliae omnium Sanctorum,*  
cujus etiam fit comm. in *Laudibus.*

### II. NOVEMBRIS.

S. Justi Mart. Eccl.  
Tergestine Patróni.  
Duplex.

*Omnia de communi un. Mart. præter seq.*

*Oratio: Præsta — ut qui,*

*In I. Noct. Lect. de scr. occur.*

*In II. Noct. de comm. I. loco.*

*In III. Nocturno.*

Lectio sancti Evangeli secundum Joannem.

*Lectio VII. Cap. 12.*

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

*Tract. 51. in Joan. sub med.*

Ipse Dominus Jesus erat granum mortificandum, & multiplicandum; mortificandum infidelitate Judaeorum, multiplicandum fide populorum. Jam vero exhortans ad passionis suae sectanda vestitia, Qui amat, inquit, animam suam,

perdet eam. Quod duabus modis intelligi potest. Qui amat, perdet: id est, si amas, perdes. Si cupis vitam eternam in Christo, noli mortem timere pro Christo. Item alio modo; qui amat animam suam, perdet eam. Noli amare, ne perdas: noli amare in hæ vita, ne perdas in æterna vita.

R. Corona aurea super caput ejus: \* Expressa signo sanctitatis, gloria honoris, & opus fortitudinis.

V. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Expressa.

*Lectio VIII.*

Hoc autem, quod posteriorius dixi, magis habere videtur evangelicus sensus. Sequitur enim: Et qui odit animam suam in

hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Ergo quod supra dictum est, qui amat (sub-intelligitur, in hoc mundo) ipse útique perdet; qui autem odit (útique in hoc mundo) in vitam æternam ipse custodit eam. Magna, & mira sententia, quemadmodum sit hóminis in ánimam suam amor, ut pereat, ódium, ne pereat. Si male amaveris, tunc odisti: si bene óderis, tunc amasti. Felices, qui odérunt custodiendo, ne perdant amando.

**R.** Hic est vere martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit: \* Qui minas iudicium non timuit, nec terrénæ dignitatis gloriā quæsivit, sed ad cœlestia regna pervenit.

**R.** Justum deduxit Dóminus per vias rectas, & ostendit illi regnum

Dei. Qui. Gloria Patri. Qui.

### Lectio IX.

Sed vide, ne tibi subrépat, ut te ipsum velis interímere sic intelligéndo, quod debeat odissé in hoc mundo ánimam tuam. Hinc enim quidam maligni, atque pervérsi hómines, & in se ipsis crudeliores & sceleratiōres homicidæ, flammis se donant, aquis se præfocant, præcipítiose collidunt, & pereunt. Hoc Christus non dōcuit: imo etiam diabolo præcipítium sugerenti respóndit: Redi retro sáthanás: scriputum est: Non tentabis Dóminum Deum tuum. Petro autem dixit, significans, qua morte clarificatúrus erat Deum: Cum essem júnior, cingébas te, & ambulábas, quo volébas: cum autem serueris, alter te ciu-

get, & feret, quo tu non vis. Ubi satis ex-  
préssit, non a se ipso,  
sed ab alio debére oc-  
cidi, qui vestigia sé-  
quitur Christi.

**Te Deum laudámus**

**V. NOVEMBRIS.**

**S. Emerici Hungáriæ  
Ducis, Confessoris.  
Duplex.**

*Oratio:* Deus, qui  
beatum Emerscum ju-  
venili flore niténtem  
in Sanctórum tuórum  
consórtium sublimásti:  
præsta, quæstumus; ut  
quem tibi fecisti esse  
devótum, ejus apud  
te perpétuum senti-  
mus auxílium. Per Do-  
minum. &c.

*In I. Noct. Lect. de  
scriptura occurrente.*

*In II. Nocturno.*

*Lectio IV.*

**E**mericus, beáto Sté-  
phano apóstolo &  
rege Hungáriæ patre,  
matre vero Giséla,

Henríci pii imperató-  
ris sorore, fœmina  
cum prímis pia, natus:  
mox ab ipsis pueritiæ  
annis totum se pie-  
tatis, ac devotionis  
studiis trádidit. Noc-  
túrnis horis, quibus  
alii præsértim téne-  
ra ætate, somno, ac  
quiéti liberálius indul-  
gêre consuevérunt, ip-  
se collucéntibus in cu-  
biculo facibus, quæ  
pro dignitaté régiae  
prolis adhibebántur,  
divinas laudes, psalmosque Davídicos de-  
cantare magno devo-  
tionis fervore solébat;  
idéntidem ad ejúsmodi  
laudum, psalmorúm-  
que finem véniām de-  
lictórum summa ánni-  
demissióne a Divino  
Númine stagitando.

**R.** Honéstum fecit il-  
lum Dóminus, & cu-  
stodívit eum ab inimí-  
cis, & a seductóribus  
tutávit illum.\* Et de-  
dit illi claritátem æ-  
térnam.

¶. Justum deduxit  
Dominus per vias rec-  
tas, & ostendit illi re-  
gnum Dei. Et dedit illi.

## Lectio V.

Cujus pia exercitia,  
dum pater ipsius  
sanctus Stephanus cre-  
brius obseruat, cœle-  
stem Patrem, e cuius  
manu datum hoc op-  
timum se suscepisse  
gaudebat, laudat, &  
glorificat; spe ampla  
concepita de futura fi-  
lli insigni sanctitate, &  
gloria. Ubi vero eos  
adolescentiae annos E-  
mericus attigit, quibus  
ut plurimum cœ-  
teri voluptati se se dé-  
dere, animumque de-  
liciis laxare soliti sunt,  
ipse mox sensibus, &  
corpori frœnum conti-  
nentiæ injecit, eaque  
amplexus est, quæ ju-  
veniles artus extenu-  
ando, corpus spiritui  
subjicerent.

¶. Amavit eum Dó-  
minus, & ornavit eum:

stolam gloriæ induit  
eum: \* Et ad portas  
paradisi coronavit eum.

¶. Induit eum Domi-  
nus loricam fidei, & or-  
navit eum. Et ad.

## Lectio VI.

Vesprimii uno danta-  
xat amanuensi có-  
mite, ædem divo Ge-  
orgio sacram nocte in-  
græsus, pia observa-  
tione Deum percuncta-  
batur, quid potissimum  
ab eo præstari vellet,  
quod foret ei acceptissi-  
mum? Cui cum clara  
oborta luce respónsum  
fuisse, virginitatem  
placere; eam perpé-  
tuo coléndam suscepit.  
Divino igitur auxilio  
ad eam conservandam  
ardéntibus assidue vo-  
tis implorato, illibá-  
tam conservavit puri-  
tatem; intacta etiam  
viginis régiae integri-  
tatem, quam volente  
patre desponsáverat.  
Cum ad regni guberná-  
cula capessenda admo-

vére sanctum júvenem pater vellet, Deo mélius áliquid disponénte, patre in vivis relícto migrávit in cœlum anno reparatæ salutis millésimo trigésimo primo. Multis post mortem miraculis cláruit. Quibus permótus Benedictus octavus, dictus Nonus, sanctum Emerícum una cum patre sancto Stéphano in Sanctórum catálogum rétulit.

R. Iste homo perfécit omnia, quæ locútus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: \* Quia te vidi justum coram me ex omnibus géntibus.

V. Iste est, qui contémptit vitam mundi, & pervénit ad cœlestia regna. Quia. Glória Patri. Quia.

In III. Noct. Lect. de comm. 1. loco.

## VI. NOVEMBRIS.

S. Leonárdi Conf.  
Semidup.

*Oratio: Adésto, de communi Conf. non Pont.*

*In I. Noct. Lect. de Script. occur. Reliqua omnia de eod. Communi 1. loco.*

## VII. NOVEMBRIS.

S. Prosdócimi Ep. C.  
Duplex.

*Oratio: Exaudi, de communi Conf. Pont.*

*In I. Noct. Lect. de script. occur. Reliqua omnia de eodem com. 2. loco.*

## XIV. NOVEMBRIS.

S. Mennæ Mart.  
Duplex.

*Oratio: Præsta --- ut qui, de communi unius Mart.*

*In I. Noct. Lect. de Scriptura occur. cum R.R. de eodem communi.*

*In II. Nocturno.*

*Lectio IV.*

Mennas Ægyptius, Christiánus miles, in

persecutiōne Diocletiāni & Maximiāni imperatorum, cum pœnitentiā causa in solitūdinem secessisset, natālia die imperatorum, quo pōpulus célébri spectaculo tenebātur, in théātrum prosiliens, libera voce gentilium superstitiōnem insectabātur. Quāmobrem comprehēnsus, & Pyrrho præside, in metrōpoli Cottiēnsium Phrygiæ vinc̄tus, loris crudeliter ceditur; deinde equileo tortus, lampadibus ardētibus ad corpus admotis, plagisque ciliatio confricatis, tum per tribulos & virgas férreas mānibus ac pēdibus colligatis tractus, plumbatis etiam contūsus, demum glādio interficitur, in ignēmque conjic̄itur. Corpus inde a Christiānis eréptum sepultum est, ac pōstea Constātinópolim translātum.

*Resp. Honestum &c.*

*Lectio 5. Príncipes.*

*Resp. Desidérium.*

*Lectio 6. Vere frustra.*

*Resp. Stola.*

*In III. Nocturno, ut supra in festo S. Justi die 2da Novemb.*

## XV. NOVEMBRIS.

S. Leopoldi marchiōnis Austriae, Conf. Duplex.

*Oratione:* Deus, qui beatum Leopoldum a saeculi curis ad cœlestem gloriam transvestisti: concéde, quæsumus; ita nos per hæc temporalia pertransire; ut æternæ vitae consortia mereamur. Per Dominum.

*In I. Noct. Lectiones de Scriptura occurr. cum R.R. de communi Conf. non Pont.*

*In II. Nocturno.*

*Lectio IV.*

Leopoldus Austriae princeps ab insigni in Deum pietate, Pius

cognominatus in primo ætatis flore ea virtutis semina concepit, quæ annorum progreßu in singularem vitæ sanctitatem excreverunt. Relucabant in adolescētia cum Dei timore summa vitæ intégritas, continētia, & humilitas: in provectiori ætate iustitia, misericordia, sapiētia, religionis cultus præcipius. Patre defuncto, curis licet conjugalibus, & principatus sollicitudine præpeditus, pietatis, & misericordiæ munera diligenter obibat; inopes fovébat; opprēssos sublevabat; laicos roborabat; déniue inter tot aulæ inquinamēta, immaculatum se ab hoc saeculo custodiébat.

R. Honestum &c.

*Lechto V.*

**E**cclésiæ Românæ Pontifices tanta veneratione prosecutus est, ut ab Innocentio

secundo sancti Petri Filii meruerit appellari. In clerum, virosque Religiōsos beneficus, duo monastēria celeberrima, Claustro-Neoburgense, & Sanctæ crucis in Valle Nemorosa construxit, & amplissime dotavit. Mellécense quoque a se instauratum magnis sūmpcibus, & cœlibus illustravit. Demum cum annis quadraginta Austriae principatum Iaudabiliter gubernasset, anno supra millésimum centésimo trigésimo sexto, vita sanctissime functus, sacris Ecclésiæ Sacramentis munitus, ab hoc mundo ad cœlestem gloriā translatus est.

R. Amavit eum. &c.

*Lechto VI.*

**E**jus corpus ad Claustrum Neoburgi conditum innúmeris cœcepit clarere miraculis, quibus Deus tantam viri sanctitatem voluit manifestam: namque ad

ejus invocationem mórtui suscitáti, cæci illumináti, surdi auditum, muti loquélam, claudi gressum, captivi libertátem, váriis morbis oppréssi sanitátem sunt consecuti. His clarissimis sanctimóniæ documéntis rite compértis, Innocéntius octávus Sanctórum catálogo eum adscrípsit. Ejus sacra ossa e tumulo ab imperatōre Maximiliáno eleváta in eádem ecclésia honorificéntius repósita, débita coluntur veneratiōne.

**R** Iste homo. &c.

*In III. Nocturno.*

Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

*Lectio VII. Cap. 19.*

**I**n illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis parabolam hanc: Homo quidam nóbilis ábiit in régionem longinquam accípere sibi regnum, & revérti. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

*Ex Comment. in Luc. lib. 5. cap. 78.*

**H**omo nóbilis ille est, cui cæcus supra clamabat: Fili David, miserere mei: & venienti Jerosolymam concinabant: Hosanna Filio David! Benedictus qui venit in nómine Dómini, Rex Israél. Longinqua régio Ecclésia est ex géntibus, de qua eidem hómini nóbili, qui lóquitur: Ego autem constitutus sum rex ab eo, dicitur a Patre: Póstula a me, & dabo tibi géntes hæreditatē tuam, & possessionem tuam términos terræ. Quæ videlicet hæritas, ac posséssio bifaria ratione longinqua vocatur: vel quia a finibus terræ clamat ad Deum; vel quia longe est a peccatóribus salus: & cum Deus ubique sit præsens, longe tamen ab eorum sensu, qui idóla colunt. Deus verus abest. Sed

qui erant longe, facti  
sunt prope in sanguine  
Christi.

**R.** Iste est, qui &c.

### Lectione VIII.

**V**ocatis autem decem servis suis, dedit eis decem mnas. Denarius númerus ad legem pertinet propter decálogum. Vocat itaque paterfamilias decem servos; quia eligit discípulos per littaram legis imbútos. Dat illis decem mnas, quia legis dicta spiritualiter intelligénda revélat. Post passionem quippe resurrectionemque suam apéruit illis sensum, ut intelligérent Scripturas. Mina namque, quam Græci minam vocant, centum drachmis appénditur, & omnis Scripturæ sermo, quia vitæ cœlestis perfectionem súggerit, quasi númeri centenarii pondere fulgescit.

**R.** Sint lumbi, &c.

### Lectione IX.

**N**egotiámini, dum vénio. Verba, inquit, legis ac Prophétarum mystica interpretatione discussa populis offerte, atque ab eis fidei confessióne, morúinque probitatem recipite; juxta quod psalmista suis adjutoribus præcipit, dicens: Súmite psalmmum, & date tympanum; hoc est, laudem prædicationis in cordis intentione percípite, & devotionem óperis in carnis castigatione adhibete. Tympanum quippe est pellis in ligno exténta; pellis vero in ligno exténta, caro est nostra ad exemplum Dominicæ crucis afficta.

Te Deum laudámus.

### XVI. NOVEMBRIS.

**S.** Gertrúdis Virg.  
*Duplex.*

*Omnia, ut in breviario die XV. Novembris.*

## XXIII. NOVEMBRIS.

S. Felicitatis Mart.

Duplex.

*Oratio propria in breviario.**In I. Noct. Lect. de script. occurr. cum R. R. de communi non Virg.**In II. Noct. Lectio 4. propria: Beata Felicitas &c. R. Propter veritatem. Lect. 5. Ego maxime &c. R. Dilexisti. Lect. 6. Per mulierem &c. R. Fallax gratia.**In III. Noct. Lectio-nes cum R. R. de eod. com-muni non Virg. in Evang. Simile est regnum cæ-lorum thesáuro.*

## XXIV. NOVEMBRIS.

S. Chrysogoni Mart.

Duplex.

*Oratio propria in brev. die XXIV. Nov.**In I. Noct. Lect. de script. occurr. cum R. R. de communi un. Mart.**In II. Noct. Lectio 4. propria in brev. Chrysó-gonus &c. usque ad vo-**ces: Cui imperator, Resp. Honestum ex eodem com-muni. Lectio 5. propr. Cui imperator &c. Resp. Desiderium. Lect. 6. Príncipes &c ac comm. 2. loco. R. Stola.**In III. Nocturno**Lectio Sancti Evan-gélii secundum Matth.**Lectio VII. Cap. 10.**In illo tempore: Di-xit Jesus discipulis suis: Nolite arbitrari, quia pacem vénérim mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium. Et reliqua.**Homilia Sancti Hi-làrii Episcopi. Can. 10.**Quæ ista divisio est? Inter prima enim legis præcepta accépi-mus: Honora patrem tuum, & matrem tuam: & ipse Dóminus ait: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Quid sibi vult missus pótius gladius in terram, &**Eeee*

separátus a patre filius, & filia a matre, & nūrus aduersus socrum, & hóminis domestici ejus inimici? igitur exinde pùblica auctóritas impietati proferretur: ubique ódia, ubique bella, & glàdius Dómini inter patrem & filium, & inter filiam matremque desceviens.

**R.** Coròna áurea super caput ejus: \* Expressa signo sanctitatis, glòria honòris, & opus fortitudinis.

**V.** Quóniam prævenisti eum in benedictionibus dulcédinis, posuisti in cùpte ejus corónam de lápide pretioso. Expressa.

### Lectione VIII.

**G**làdius telórum ómnium telum acutissimum est, in quo sit jus potestatis, & judicii sevéritas, & animadversio peccatórum. Et hujus quidem teli uero Glòria Patri. Qui minas,

mine novi Evangélii prædicacionem appellatam frequens Prophétis auctóritas est. Dei igitur verbum nuncupatum meminérimus in gládio: qui glàdios missus in terram est, id est, prædicatio ejus hóminum córdibus infusa; fitque gravis in domo sua defensio, & doméstica novo hómini erunt inimica: quia ille per verbum Dei diffus ab illis, manére & intérieur, & extérieur, id est, & corpus, & anima in spíritus novitate gaudébit.

**R.** Hic est vere martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit: \* Qui minas júdicum non timuit, nec terrenæ dignitatis glóriam quæsivit, sed ad cœlestia regna pervenit.

**V.** Justum deduxit Dóminus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Qui minas,

*Lectio IX.*

Pergit deinde eodem  
præceptórum, &  
intelligéntiæ decúrsu.  
Nam posteáquam re-  
linquénda ómnia, quæ  
in sæculo charíssima  
sunt, imperáverat, ad-  
jècit: Qui non acci-  
pit crucem suam, &  
séquitur me, non est  
me dignus. Quia qui  
Christi sunt, crucifixé-  
runt corpus eum vitiis,  
& concupiscéntia. Et  
indignus est Christo,  
qui non crucem suam,  
in qua compátimur,  
commórimur, conse-  
pelimur, conrefurgi-  
mus, accípiens Dó-  
minum sit secútus, in  
hoc sacraménto fidei  
spíritus novitáte vic-  
turus.

**Te Deum laudámus.**  
Nota: Hœ lect. desump-  
tæ sunt ex octav. Rom:

**XXVI. NOVEMBRIS.**

**S. Mauri Mart.** *Dupl.*

*Oratio: Præsta--- ut  
qui, de Communi un. Mart.*

*In I. Noct. Lect. de  
Script. occur.*

*In II. Noct. de eodem  
Comm. 1. loco.*

*In III. Noct. vero 2. loco.*

**XXVII. NOVEMBRIS.**

**S. Valeriáni Ep. C.**

*Duplex.*

*Oratio: Exáudi, de  
communi C. Pont.*

*In I. Noct. Lect. de  
script. occur.*

*Reliqua de eodem com-  
muni 2. loco.*

**XXVIII. NOVEMBRIS.**

**S. Cleméntis Papæ,  
Mart.** *Duplex.*

*Omnia, ut in Brévia-  
rio die XXIII. Novemb.*

**XXIX. NOVEMBRIS.**

**S. Joánnis a Cruce  
Conf.** *Duplex.*

*Omnia, ut in Breviario  
die XXIV. Novembris.*

# OFFICIA

*quærēnda in Appendice bujus libelli.*

---

**De Ss. Angelis Custódibus.**

**De Octáva eorúndem.**

**De 7 Dolóribus B. M. V.**

**De Dedicatiōne ecclésiae.**

**De Patrocínio B. Mariæ V.**

**Off. Commem. de Ss. Cörpore Christi.**

**Off. Commem. de Concept. B. Mariæ V.**

**Et Commemoratio de S. Nicoláo Ep.**

---



